ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS XXXI - SERIES II - VOL. VI

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M • DCCCC • XXXIX

An. et yol. XXXI • " 28 Ianuarii 1939 (Ser. Il, v. VI) - Num. Í

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTAEIUM OFFICIALE

ACTA PH PP. H

CONSTITUTIO APOSTOLICA

.AYEIRENSIS

DIOECESIS AVEIRENSIS, OLIM SUPPRESSA^ RESTITUITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Omnium ecclesiarum inter sollicitudines non mediocri afficimur gaudio quotiens quaeque dioecesis, quam iustis de causis haec Apostolica Sedes olim abolere opportunum duxerit, mutatis atque faventibus rerum adiunctis/ in integrum restitui potest. Iamvero cum christifideles territorium incolentes illius quae fuerat dioecesis Aveirensis, quam ei. me. Clemens Quartus Decimus, Decessor Noster, Iosephi Primi Lusitanorum Regis Fidelissimi vota benigne excipiens, Apostolicis sub plumbo Litteris, die duodecima Aprilis mensis, anno millesimo septingentésimo septuagesimo quarto datis, erexerat et metropolitanae Ecclesiae Bracharensi suffraganeam constituerat, quam dein fel. rec. Leo Tertius Decimus, et ipse Antecessor Noster, per Apostolicas sub plumbo Litteras *Gravissimum Christi,* die tricésima mensis Septembris, anno millesimo octingentesimo octogesimo primo datas, abolevit, enixis precibus a Nobis expostulaverint, ut dioecesis illa in integrum restitueretur, Nos, perpen-

den tes quantum id fidei roborandae ac rei catholicae provehendae proficere valeat, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. E. E. Cardinalium S. Congregationi pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositorum consulto, habitoque venerabilis Fratris Petri Ciriaci, Archiepiscopi titularis Tarsensis et Nuntii Apostolici in Lusitania, favorabili voto, oblatis Nobis precibus annuere censuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Aveirensem quam supra diximus ecclesiam iterum in dioecesim erigimus et constituimus. Veteres attamen dioecesis fines, ut nostrorum temporum adiunctis aptius respondere possint, paulo immutare statuimus. Restitutam itaque Cathedrali Ecclesiae Aveirensi omnes et singulas tribuimus ecclesiasticas paroecias in praesenti existentes in territoriis, vulgo *concelhos,* quae sequuntur, nempe: *Águeda, Anadia, Aveiro, Ilhavo, OUveira de Bairro, Vagos, Albergaria-a-Velha, Estarreja, Murosa* et *Server do Votiga;* paroecias ipsas proinde a dioecesibus Coninbricensi, Portugallensi et Visensi, ad quas modo pertinent, seiungimus ac separamus. Urbem vero *Aveiro* in sedem episcopalem restituimus; paroecialem autem ecclesiam titulo *Dominae Nostrae de Gloria* in cathedralem evehimus, eique et eiusdem dioecesis pro tempore Episcopis omnia tribuimus iura, honores, insignia ac privilegia, quibus ceterae per orbem cathedrales ecclesiae earumque Antistites iure communi fruuntur. Restitutam autem hanc Aveirensem dioecesim suffraganeam constituimus, uti antea, metropolitanae Ecclesiae Bracharensi, eiusque pro tempore Episcopos metropolitico Archiepiscopi Bracharensis iuri subiicimus. Quum vero cathedrale capitulum in praesenti constitui nequeat, et usquedum constituatur, indulgemus ut ad iuris tramitem pro canonicis dioecesani consultores interim eligantur. Volumus praeterea ut, cum primum fas erit, dioecesanum seminarium iuxta Codicis Iuris Canonici praescripta et normas a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus traditas erigatur; interea vero iis, qui in sortem Domini vocati sint, iuxta quae eadem S. Congregatio ad rem decrevit, provideatur. Quod autem ad dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura, officia et alia huiusmodi spectat, serventur quae sacri canones ad rem praescribunt. Quod vero ad clerum peculiariter spectat, decernimus ut, simul ac hae Litterae Nostrae de praefatae dioecesis restitutione ad effectum deductae fuerint, eo ipso clerici, quos in territorio eiusdem dioecesis legitime exstare contigerit, eidem dioecesi adscripti censeantur. Mensam autem episco-

palem constituent pecuniae reditus, quam Commissio pro restituenda dioecesi donavit, nec non indultorum proventus, quae antiquam Cruciatae Bullam substituunt, curiae episcopalis taxae et emolumenta atque piorum fidelium oblationes. Denique usque dum de proprio Episcopo restituta dioecesis a Nobis provideatur, Nos venerabilem Fratrem Ioannem Evangelistam de Lima Vidal, Archiepiscopum titularem Oxyrynchitanum, eiusdem dioecesis Administratorem Apostolicum suprema Nostra auctoritate eligimus et constituimus, cum omnibus iuribus et facultatibus, quae Episcopis residentialibus competunt, nec non officiis et obligationibus, quibus Episcopi isti adstringuntur. Ad quae omnia, uti supra disposita et constituta, exsecutioni mandanda venerabilem quem supra memoravimus Fratrem' Petrum Ciriaci, Nostrum Nuntium in Lusitana Republica, delegamus eique facultates tribuimus necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus imponimus ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum transmittendi authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia/ ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Statuimus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque quibuslibet, etiam speciali mentione dignis. Nemini autem hanc paginam restitutionis, erectionis, constitutionis, dismembrationis, concessionis, statuti, electionis, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpse-

rit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die quarta et vicesima mensis Augusti, Pontificatus Nostri anno septimo decimo. **V**

Fr. TH PIUS, O. P., Card. BOGGIANI — *Cancellarius 8. R. E.*

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI — *S. C. Consistorialis a Secretis*

Vincentius Bianchi Cagliesi, *Proton. Apost.*
Ludövicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Oanc. Ap., Vol. LX, n. 26 - **D. Francini.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BASILICAE MINORIS DIGNITATE AC TITULO AUGETUR CATHEDRALE TEMPLUM DIOECESIS ALBAE REGALENSIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Albae Regalensis Episcopus refert ad Nos hodiernum dioecesis suae templum cathedrale loco vetustioris sacrae Aedis erectum fuisse, quae iam proxima exstiterat, quamque Turci diruerant ac vastaverant. Fertur vero idem primum antiquiusque templum exstruetum fuisse temporibus Sancti Stephani Hungariae Regis, quem sollemnitatibus iubilaei clerus populusque Hungarici hoc anno devote feliciterque celebrarunt. Recentior autem ecclesia, quae, uti diximus, et cathedralis est Albae Regalensis dioecesis, tum amplitudine sua tum artis operibus insignibus conspicua est, copiosa sacra supellectili exornatur et apto ac sat frequenti ditatur clero, qui sacras functiones sacro in loco peragit, bonumque christifidelium spirituale fovendum sollerter curat. Haec animo repetentes, cum memoratus Episcopus Albae Regalensis, dioecesis sibi commissae cleri populique fidelis vota depromens, amplissimo quoque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Strigoniensium Archiepiscopi atque Hungariae Primatis commendationis ofiîcio aucta, humillimis Nos iteraiisque supplicationibus deprecatus sit ut templum cathedrale praedictum ad titulum dignitatemque Basilicae minoris evehere dignemur, ad Sollemnium quae hoc anno celebrata

sunt memoriam' Quòque servandam, Nos optatis huiusmodi annuendum ultro libenterque censemus. Quae cum ita sint, audita etiam Sacra Rituum Congregatione, omnibus rei momentis/attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitùdine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum ecclesiam cathedralem dioecesis Albae Regalensis dignitate ac titulo *Basilicae minoris,* iuribus privilegiisque adiectis, praecedentia inter alias Cathedrales excepta, honestamus. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec edicimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum : irritumque ex nunc" et"inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xxx m. Maii an. MCMXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

* E. Card. **PACELLI**, *a Secretis Status:*

II

TEMPLUM SUB S. BARTHOLOMAEI APOSTOLI TITULO IN LOCO « MEERSSEN », INTRA FINES DIOECESIS RUREMONDENSI DEO DICATUM, AD DIGNITATEM BASILICAE MINORIS EVEHITUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Uti ad Nos refert Venerabilis Frater hodiernus Ruremondensium Episcopus, intra dioecesis suae fines, in loco quem *Meers s en* nuncupant, conspicuum exstat templum paroeciale in honorem Sancti Bartholomaei Apostoli Deo dicatum, quod nuper cura parochi decani, subsidio Gubernii Hollandici atque eleemosynis christifidelium instauratum ampliatumque est. Idem templum iam saeculo decimo quinto exstructum èst loco antiquioris Sanctissimo Eucharistiae Sacramento ac Beatae Mariae Virgini inscripti, in quo fertur miraculum Eucharisticum tertio decimo saeculo habitum esse ita ut ex ipso tempore ob hanc praesertim causam continenti pietate ac devotione christifideles ex omnibus regionibus illuc confluxerint et confluant. Nil mirum proinde si eadem in sacra Aede, indulgentiis ditata Sanctissimi

Sacramenti erecta etiam sit ac floreat Sodalitas; cuius cura peculiares Sacrae Functiones, frequenti populo ac devoto adstante, peraguntur. Nunc autem venerabilis Frater Ruremondenorum Episcopus ad incrementum quoque maius obtinendum pietatis et venerationis fidelium erga Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, a Nobis suppliciter demisseque expostulat ut, votis etiam cleri populique Ruremondensis dioecesis obsecundantes, hodiernum templum, quod pulcritudine renidet dignamque omnium existimatione est ob structuram suam atque artis opera quibus exornatur, Basilicae minoris titulo ac dignitate honestare velimus. Placet proinde Nobis huiusmodi optatis concedere; ideoque, audita quoque Sacra Rituum Congregatione, praesentium Litterarum tenore, apostolica Nostra auctoritate, templum sub Sancti Bartholomaei Apostoli titulo, in loco *Meerssen,* dioecesis Ruremondensis intra fines Deo dicatum, *Basilicae minoris* dignitate ac titulo perpetuum in modum augemus, privilegiis adiectis quae de iure competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xx m. Septembris, an. MCMXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

E. Card. **PACELLI**, *a Secretis Status.*

III

VENERABILIS DEI FAMULA FRANCISCA XAVERIA CABRINI, INSTITUTI MISSIONARIARUM A SACRO CORDE' IESU FUNDATRIX, BEATI RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Benignus Deus miseriis hominum sublevandis singulares aliquando suscitat Filii sui Redemptoris Nostri asseclas, qui ad bonum aliorum procurandum ea, quae onerosa esse et multum praebere laboris videantur, plena voluntate et sui ipsorum contemptu propter Christum Iesum operantur, ut *coronam accipiant incorruptam* : cum enim homines multi facile

sustineant consuetudinem maiorum, molestias ac labores innumerabiles ac prope infinitos propter pecuniarum vel honorum cupiditatem ac temporalem voluptatem et *illi quidem,* ut ait Apostolus, *ut corruptibilem coronam accipiant* (I Cor./ IX, **25),** quanto magis veri Christi fideles eos ipsos labores sustinere ac molestias non modo exoptant sed volunt, ut supernae vocationis suae bravium assequantur, gaudentes in passionibus et exultantes in tribulationibus aliumque sapientes in stigmatibus propter Christum Iesum susceptis ad bonum proximorum provehendum! Quod sane praeterito saeculo quaedam nomine Francisca Xaveria Cabrini, itala virgo, mirabiliter assequi conata est. Eadem enim Francisca, Missionariarum Sacri Cordis Iesu Instituto condito, septem iam et sexaginta Domos religiosarum earumdem dum vivebat erexit, deque causa hac multa in Dei gloriam et proximi bonum est aggressa; gravissimas omne genus inter difficultates, quas animo laeto iugiter sustinuit; mundum propterea contempsit et asperam sibi elegit vitam laboribus plenam, quibus, nulla requie sibi imposita, continenter usque ad mortem alacriterque vacavit; tenui licet utens valetudine negotia explevit perardua, itinera longissima periculis referta perfecit, tamen in omnibus sive bonis sive malis plene in Domino confisa, prae oculis verba continenter habens : « Omnia possum in eo qui me confortât ». Dioecesis Laudensis intra fines in oppido a Sancto Angelo nuncupato orta, Famula Dei idibus iuliis, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo, a piis honestisque parentibus eadem die Sacro Baptismate abiuta est, eidemque nomina Maria, Francisca imposita sunt. Nomen autem Xaveria a Venerabili Dei Serva postea assumptum est ob magnam erga Sanctum Franciscum Xaverium devotionem suam, eiusdemque missionarium zelum admirata. A puerilibus ludis aliena]3ueritiam pietate christianisque virtutibus ornata transegit; et tredecim annos nata virginitatis emisit votum, quod sex post annos in perpetuum iteravit. Prompta et vivido ingenio, publice docendi iure legitime sibi comparato, quamvis Deo inservire in aliqua iam constituta religiosa familia exoptaret, suo tamen parocho obediens, magisterium in oppido « Vidardo » fere biennium magna cum laude gessit; dein Cottonei sex per annos orphanotrophio non multo antea creato maxima prudentia «t caritate praefuit. Eodem in loco apud parvum populare Beatae Mariae Virginis Gratiarum Sanctuarium, Laudensis Episcopi consilium secuta, anno MDCCCLXXX die quarta decima mensis novembris prima iecit fundamenta Instituti, quod « Missionariarum a Sacro Corde Iesu » nuncupatum, die XII m. martii, anno MDCCCLXXXVIII, *Decreto laudis* ab Epi-

scoporum et Regularium Sacra Congregatione honëstatum est; supremam vero a Sancta Sede approbationem anno MCMVII die xn m. iulii obtinuit. Instituti condendi exordia valde difficilia atque humillima fuere; tantisque in discriminibus Franciscae Xaveriae prudentia ac fortitudo enituerunt; omni quidem destituta ope, ipsa, in Divina Providentia tantum confìsa, se toto pectore dedit ad novam firmandam religiosarum familiam quam Regulis seu Constitutionibus, quae valde temporibus accommodatae videntur, munivit; quamque Apostolicae Sedis iussu uti moderatrix generalis usque ad mortem pro vide rexit. Nani in gravi hoc suo munere obeundo sorores vèrbo et exemplo'ad pietatem, ad doctrinam',*vké* sese iinpendendas et super impendendas, ad cuncta pro Iesu amore sustinenda adversa Dei Famula informavit ^suavitate tamen ac prudentia; atque adeo mirabiliter se aliquando' gessit, 'tit"peculiari Dei auxilio ac Spiritus lumine pollere visa sit; in omnibus autem negotiis erga Romanum Pontificem et Sanctam Sedem observantissima, continenterque ea, quae ab Ecclesia eiusdemque Praesulibus statuta essent tanquam tutissinias agendi regulas habuit; nil denique aliud sibi constanter proposuit, nisi operibus suis suarumque sororum gloriam Dei, omnia experta quae ad bonum aliorum et quidem Italicorum spectarent, quam maxime provehere. Tunc temporis enim miserabilior erat Italicorum, praesertim operariorum, condicio qui, patrii soli angustia et paupertate pressi, turmatim ad plura centena millia in longinquas regiones Americae potissimum, tum Septentrionalis cum Meridionalis, despectui ob paupertatem habiti, durisque addicti laboribus, spirituali auxilio plene destituti, commigrabant. Eorum miserata sortem, ut eos, qui sine templo, sine scholis, sine nosocomiis, sine spiritualibus sacri ministerii subsidiis; longe a patria degebant, adiuvaret, Summi Pontificis etiam voluntati obtemperans, illuc se contulit Dei Famula vero Christi missionario spiritu commota et non semel quidem, ita ut Oceanum Atlanticum vigintiquattuor vicibus transmeaverit totamque Americam per longitudinem, pericula spernens tenuique sui corporis valetudini non parcens, impigre peragraverit; ac merito propter facinora sua *mater Italorum migrantium*-appellata sit. At non modo apud populos transmarinos Americae tum Septentrionalis cum Meridionalis, sed etiam apud Europae gentes sive in Italia sive in Gallia, in Anglia quoque et in Hispania Venerabilis Serva Dei consueta alacritate suarum sororum domos instituit ut proximi bonum curaret pueliarumque institutionem christianam proveheret, spiritualem tamen uniuscuiusque utilitatem quam maxime per totum vitae suae curriculum iugiter prae oculis habens; ita ut nil modernis hisce

temporibus itemque sancti Evangelii praeceptis magis consentaneum **quaiÈL**/huiusmodi factorum genus cogitari possit. Ex quibus tani-magni momenti negotiis, qui sequerentur, labores angoresque etsi.,nullo tempore recusaret, prompta semper, ad agendum in nomine Domini atque auxilio Dei suffulta plus .viro- digna quam fragili foemina : moribus tamen plane mutabilibus continenter enituit; et simplicitatem cordis et magnam in Divina Providentia fid^uciam, indeflexam palam monstravit. Animo vero libenti atque hilari Dei Famula vitam etiam poenitentem .duxit: constat sane-eam parcissimam in edendo, ceteris rebus stricte necessariis ad vivendum contentam fuisse. Omnia verba sua, optata, cogitationes ad Deum dirigens, cum erga Sacratissimum Cor Iesu immenso amore flagraret, suas quoque socias sub nomine ac tutela Eius praecipua posuit; cultum vero Beatissimae Virginis Mariae, quam sub título Matris Gratiarum iam ab incunabulis Instituti sui Fundatricem nuncupaverat, inter eas usque ad mortem omni studio ac sollertia fovit. Cum denique omnium virtutum ornamento ac nativi etiam ingenii dotibus effulgeret, demisse semper de semetipsa sensit; plausus, honores, laudesque* fugiens, suaeque ideo humilitatis insignia sororibus exempla reliquit. Sancta v.erQ vita ac sollertissima iuncta est Dei Famula Ghicagiae mense decembri die vicesimo secundo, anno millesimo nongentesimo decimo, septimo dum eadem in urbe, licet fracta laboribus, in nosocomium amplificandum incumbebat; eiusdemque corpus antea ad lpçum « West Park », haud longe a Neo-Eboracensi civitate, paucis post diebus translatum fuit atque humatum in sacello pro defunctis sui Instituti sororibus; eademque dein in urbe Neo-Eboracensi postremis hisce annis repositum in adiecta Instituto « Mother Cabrini-High School » ecclesia, inibi nunc in pace Christi quiescit. Ab illo tempore christifideles ad Famulae Dei sepulcrum gratias a Deo per eius intercessionem adprecantes continenter confluunt, admirandas virtutes stupendaque recolentes gesta, quae Nostrorum etiam Decessorum rec. men. Leonis Pp. XIII, Pii Pp. X ac Benedicti Pp. XV, nec non plurimorum tum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium tum Episcoporum, itemque civilium sive in Italia sive in America magistratuum suffragiis testimoniisque praedicabantur. Nil propterea mirum si, inquisitionibus ordinariis tum in Chicagiensi tum in Laudensi dioecesi rite iam peractis, beatificationis Venerabilis Famulae Dei Franciscae Xaveriae Cabrini causa a Nobismetipsis digna habita fuerit, quae Sacrae Rituum Congregationi cognoscenda committeretur; ita ut anno millesimo nongentesimo tricesimo primo Nos ipsi die tricésima mensis martii manu propria Com-

missionem causae signaverimus; eademque, introducta cum fuerit, minoribus interea superatis iudiciis, adeo progressa deinceps fuerit, ut mox etiam super Venerabilis Servae virtutibus disceptari coeptum sit; Nosque, amplo decreto nono kalendas decembris anni millesimi nongentesimi tricesimi septimi edito, Venerabilis Dei Famulae Franciscae Xaveriae Cabrini virtutes heroicum attigisse fastigium declaraverimus. Agitata dein quaestione de duobus miraculis, quae in ea ipsa America, in qua ad animorum bonum atque ad Dei gloriam memorata *Italorum emigrantium mater* pluriimim sane adlaboravit, per eiusdem intercessionem a Deo patrata ferebantur, post duas Congregationes, antepraeparatoriam scilicet et praeparatoriam, nec non aliam generalem congregationem, quae coram Nobis die decima nona mensis iulii, hoc ipso anno habita est, rebus omnibus acerrimo iudicio investigatis, die tricésima prima m. iulii anno volvente millesimo nongentesimo tricesimo octavo proposita miracula constare Nosmetipsi sancivimus, ulteriusque propterea in casu procedi posse. Cum igitur esset de virtutum heroicitate deque miraculis prolatum consilium, illud tantum supererai discutiendum num Venerabilis ipsa Dei Famula inter Beatos coelites tuto recensenda foret. Hoc dubium a Dilecto Filio Nostro Alexandro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Verde, Causae relatore, propositum est in Comitiis generalibus coram Nobis in Apostolico Palatio apud Castrum Gandulphi habitis die secunda mensis augusti anni vertentis, omnesque qui aderant, tam Cardinales quam Sacrorum Rituum Consultores, unanimi consensione affirmative responderunt. Nos autem in tanti momenti negotio Nostram aperire mentem distulimus, donec enixis precibus a Patre luminum subsidium posceremus. Quod cum impense fecissemus, tandem mensis augusti huiusmet anni die sexta, Transfigurationi dicata Domini Nostri Iesu Christi, qui cum sit « *Candor lucis aeternae, speculum sine macula et imago bonitatis* » (Sap., VII, 26) suam hanc formam in Venerabili Francisca Xaveria mire impressit, Eucharistico Sacro rite litato, adstantibus Dilectis Filiis Nostris Camillo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Laurenti rec. mem., qui tunc temporis Sacrorum Rituum Congregationi praepositus erat, atque Alexandro Cardinali Verde, Causae Ponente seu relatore, nec non dilectis filiis Alphonso Carinci, Congregationis Rituum Secretario, et Salvatore Natucci, Sanctae Fidei Promotore Generali, auctoritate Nostra apostolica ediximus tuto procedi posse ad sollemnem Dei Famulae Franciscae Xaveriae Cabrini beatificationem. Quae cum ita sint, universae Religiosae Familiae Missionariarum a Sacro Corde Iesu ab eadem fundatae vota implen-

tes-, praesentium Litterarum tenore atque Apostolica auctoritate Nostra, facultatem facimus ut Venerabilis Dei Famula Francisca Xaveria Cabrini, ipsius Instituti missionarii Fundatrix, *Beatae* nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus ac lipsana, seu reliquiae, non tamen sollemnibus in supplicationibus deferenda, publicae fidelium venerationi proponantur, atque imagines Eius radiis decorentur. Praeterea eadem Apostolica Nostra auctoritate concedimus ut de illa recitetur Officium et Missa celebretur singulis annis de Communi Virginum, cum lectionibus et orationibus propriis per Nos adprobatis, iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat concedimus in dioecesi Laudensi, ubi nata est Serva Dei, atque in Chicagiensi archidioecesi cum Chicagiae migraverit ad Dominum, et in Neo-Eboracensi, ubi corpus in pace quiescit; itemque in templis et sacellis ubique terrarum sitis, quibus utitur Institutum Missionariarum a Sacro Corde Iesu, ab omnibus fidelibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et quod ad Missas attinet, ab omnibus presbyteris tam e saeculari quam e religioso clero ad ecclesias sive sacella, in quibus festum agatur, convenientibus. Demum facultatem impertimur ut sollemnia beatificationis Venerabilis Servae Dei Franciscae Xaveriae Cabrini supradictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitima auctoritate designandis, intra annum, servatis servandis, postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac decretis de non cultu editis ceterisque contrariis quibuslibet. Volumus autem ut harum litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, in disceptationibus etiam iudicialibus eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatione hisce ostensio Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xin mensis novembris, anno MCMXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

- *i* . iv

VENERABILIS DEI FAMULA MARIA DOMINICA MAZZAREULO^ CONFUNDATRIX INSTITUTI FILIARUM MARIAE AUXILIATRICIS., BEATA ^RENUNTIATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Anno millesimo nongentesimo tricesimo quarto in Sanctorum numerum Nos ipsi sollemniter adscriptum ediximus Sanctum Ioannem Bosco, qui, Societatis a Sancto Francisco Salesio Fundator nec non Instituti Filiarum Beatae Mariae Auxiliatricis, ut hisce modernis temporibus ob inventuram, disciplinarum atque artium progressiones plus aequo elatas iuvenes puellaeque christianae sapientiae principia ne obliterarent et ab Ecclesia Dei ne abducerentur, incensa erga eos easque caritate et misericordia complexus, res, Deo iuvante, mirandas iisdem tutandis patravit operariosque idoneos efformavit multos nostraeque societati veluti in hereditatem reliquit, qui imbuti eius spiritu eumque vestigiis feliciter secuti in vinea Domini alacriter continenterque adlaborárent. Ad suum autem pro sororibus puellisque Institutum sub invocatione Mariae Auxiliatricis constituendum ac propagändum Sanctus Ioannes praedictus adiutricem habuit validissimam Mariam Dominicam Mazzarello, quae sub sapienti sancti eiusdem magisterio, quamvis usque ad mortem magnis humilitatis sensibus quam maxime enituerit, oboedientia tamen coacta ipsius novae religiosae familiae ab incunabulis eiusdem regimen suscepit; tanto consilio, licet solum decem fere annorum spatio, tenuit; tantaque sollertia dilatavit, ut merito confundatricis titulo a Sacra Rituum Congregatione postea decorata fuerit. Dioecesis Aquensis apud montanum locum, quem « Mornese » nuncupant, Venerabilis Dei Serva nata est die nona mensis Maii, anno millesimo octingentesimo tricesimo septimo, a parentibus, honestis piisque ruriculis, ipsique, salutaribus eadem die Baptismatis aquis ablutae, nomina Maria Dominica imposita sunt. Ab ineunte aetate modestiam in ore, habitu, incessu, moribusque suis eximiam ostendit; amantissimis religiosorum parentum suorum curis respondens, quamvis vividum sortita ingenium vehementem immo naturam, ad praecepta docilis eorum et voluntati obsequens, ea ipsa etiam minus sibi acceptabilia, quae ei praescripta vel tantum suasa essent statim explebat. Progredientibus annis puritatis suae lilium integrum servare omni prorsus studio intendit pietatisque

flores augere, ita ut, puellula adhuc, voto perpetuae castitatis se obstrinxerit, et ad cotidie Missam audiendam horis antelucanis rigidi etiam hiemis ad paroecialis ecclesiae ianuas nondum patentes algidum aerem, frigus, nivemque perferens diu exspectare ne timuerit; de sero autem cum ad ecclesiam accedere sibi non daretur, versus eam conversa e domo, fenestris apertis, preces effundens genibus flexis humi longas protraxerit moras. Postquam adulescentula ad Eucharisticas Dapes accessit, mox erga Iesum Christum amore ardenti flagrans, Sacram Synaxim cotidie assumebat. Interea abhorrens a vanitate foeminarum propria et a mundanis oblectamentis aliena, vel rem domesticam matre duce domi gerebat diligentia haud communi, vel in vineis familiaribus sub sollicita genitoris tutela sollertem agrorum laboribus operam libenter dabat. Sed cum quindecim annos nata gravi morbo correpta fuerit, agresti vita relicta, Famula Dei ad suendi artem perdiscendam se dedit, ut postea in aptam domum alias vici puellas congregaret, quas non modo artem memoratam doceret sed e periculis ereptas ad agnoscendum etiam et amandum Iesum traheret atque adduceret. Cum vero Piae Mariae Immaculatae Unioni nomen dederit, post aliquod tempus addita sibi socia ex eadem Unione, vitam fere religiosarum more aggredi coepit, ut puellas sibi creditas non modo rebus domesticis et arte suendi sed officiis quoque pietatis ac religionis facilius educaret. Sic provide tanquam e parvo semine -ex hoc genere vitae sensim sine sensu initia futuri Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis constitui videntur. Hac enim vivendi Mariae Dominicae eiusque sociarum ratione cognita, Sanctus Ioannes Bosco, qui tunc temporis, suadente quoque Pio Pp. IX Decessore Nostro, aliud suo pro pueris priori simile Institutum puellis instituendis destinatum consulto conceperat, ne sibi deessent aptae sive in ipso Instituto condendo sive in «odem moderando ac ministrando adiutrices, quandam vitae ducendae normam Servae Dei sociisque dedit; easque vero, felice inceptus quem optaverat exitu comperto, opportunis stabilibusque regulis munivit. At initia operis frugiferi difficultates omne genus gravarunt, sive quae ab hominibus procedebant immo a parentibus propinquisque novensilem religiosarum, sive quae a victu ceterisque vitae necessitatibus, ita ut Instituti praesertim exordio Famula Dei eiusque sociae paupertate vel potius egestate magna laboraverint, quamvis etiam tunc sanctum Ioannem Bosco imitata venerabilis ipsa spem suam pienissima fide in Deo conlocaret, ac propterea nihil eius animi tranquillitatem ac fiduciam turbare valeret. Familiae religiosae primis temporibus in oppido natali Servae Dei constitutae regimen Venerabilis Maria Dominica potestate antea tantum vicaria quasi ad tempus tenuit; sed duobus post

annis ab Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis initio, scilicet anno millesimo octingentesimo septuagesimo quarto, Venerabilis ipsa unanimi sororum suffragio moderatrix generalis renuntiata est; apparuitque tunc quam profundae humilitatis spiritu Famula Dei imbuta esset : nonnisi enim vi oboedientiae ac verbis quoque suadentibus Sancti Ioannis Bosco, qui religiosarum capitulo intererat, adduci potuit ut ad Institutum regendum se se apponeret. Cum tamen oneri atque honori moderatricis novi Instituti prorsus imparem se existimaret, eius virtutes insignes, promptum ac nativum in rebus practicis gerendis ingenium, magna denique sua fiducia in Ioanne Bosco tanquam in sancto viro conlocata, ita ut ab illius voluntate nutuque iugiter docilis penderet illiusque spiritu caritatis ut imbuerentur sociae diligentissime curaret, omnium sororum alumnarumque eius existimationem et affectum Eidem conciliarunt. In perficiendo autem et ampliando Instituto, tum quidem vix inchoato, quamvis litterarum paene rudis, optima prudentiae, sollertiae ac sapientiae suae specimina dedit; semper tamen matrem sororibus se ostendens, occasione data, humilitate plenam. Nil mirum propterea si Filiarum Mariae Auxiliatricis Institutum, adhuc Maria Dominica vivente, mirabiliter propagatum fuerit; postea vero adprobatum et ab Apostolica Sede confirmatum per orbem fere totum vel in Missionum etiam locis inter infideles, visibili Dei auxilio, dilatatum sit; ita ut plura Filiarum Mariae Auxiliatricis millia nunc in emolumento animarum promovendo atque in christiana puellarum praesertim institutione procuranda, primam suam magistram ac moderatricem vestigiis fideliter secuta, fructuose laborent. Niceae Montis ferrati, cum eandem in urbem anno millesimo octingentesimo septuagesimo octavo princeps Instituti domus iam fuerit translata, gravi morbo correpta Dei Famula imminentis mortis nuntium laeta accepit, infirmi corporis dolores submisso patientique animo perferens ac dissolvi cupiens et esse cum Christo, Ecclesiae sacramentis iterum iterumque munita, Iesu, Mariae, Ioseph sanctissima nomina ore clamitans, placidissimo exitu supra quadragesimum quarto suae aetatis anno ad coelestis Sponsi nuptias die quartadecima mensis Maii, anno millesimo octingentesimo octogesimo primo convolavit. Iam multo ante ipsa mortem suam proximam praesentiebat; sed non inclementia tempestatis, non difficultates itinerum, non dolores corporis aut infirmitas valetudinis Venerabilem Dei Famulam detinere potuerant, quin dissitas quoque Instituti domos inviseret ad socias in bonum firmandas. Iugiter in omnibus vitam egerat in exemplum adducendam. Simplex in agendo, parca in sumendis cibis, impigra in explendis officiis, larga etsi paupérrima in donando, prudens ac fortis in sociis mo-

derandis quamvis in rebus Instituti Sancto Ioanni Bosco se totam committeret, in orando piissima, in innocentiae nitore ac virginitatis servando diligentissima. In Eucharistiam vividissima religione flagrabat quasi praesentem Iesum suis oculis videret, neque minore ardore Beatam Virginem sub titulo praecipue Auxiliatricis colebat. Aliquando etiam secretorum cordium ac spirituum discretione pollere visa est. Sanctitatis proinde fama, qua iam dum vitam mortalem agebat Venerabilis Dei Famula exornabatur, post eius obitum ac funus in dies vividior apud omnes facta est. Nil mirum proinde si ab anno millesimo nongentesimo decimo primo ad annum millesimum nongentesimum decimum septinum Ordinaria auctoritate processus de more facti sint, ac Nosmetipsi anno millesimo nongentesimo vicesimo quarto manu propria die vicesima mensis Maii Introductionis Causae Commissionem signaverimus. Inquisitionibus igitur iudicialibus in Famulae Dei vitam resque gestas ad iuris normam expletis, ceterisque omnibus rite absolutis, Nos, cum mox etiam super Venerabilis Servae Dei virtutibus disceptari coeptum sit, decreto quinto nonas Maias anno millesimo nongentesimo trigesimo sexto edito, Venerabilis Dei Famulae Mariae Dominicae Mazzarello virtutes heroicum attigisse fastigium declaravimus. Postea quaestio suscepta est de duobus miraculis, quae, ipsa virgine intercedente, patrata a Deo ferebantur; Nosque, rebus omnibus iudicio severissimo ponderatis, cum eadem vera atque explorata fuerint renuntiata post duas Congregationes antepraeparatoriam nempe ac praeparatoriam, nec non aliam Generalem Congregationem, quae coram Nobis die decima mensis Maii anni huius habita est, per decretum septimo Kalendas Iunias vertentis anni editum de utroque miraculo constare ediximus, ulteriusque proinde in casu procedi posse. Illud igitur discutiendum supererai num Venerabilis Ancilla Dei inter Beatos coelites recensenda tuto foret. Hoc dubium propositum est a dilecto filio Nostro Alexandro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Verde, Causae Ponente seu Relatore in generali Sacrae Rituum Congregationis coetu coram Nobis habito die decima nona mensis Iulii, volventis anni, omnesque tum Cardinales Sacris tuendis Ritibus praepositi tum qui aderant Patres Consultores unanimi suffragio affirmative responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus precesque iterandas esse censuimus, ut ad sententiam in tam gravi negotio ferendam caeleste auxilium Nobis compararemus. Quod cum impense fecissemus, tandem die trigesima prima mensis Iulii nempe Dominica octava post Pentecosten, hoc ipso anno, Eucharistico Sacro rite litato, accitis adstantibusque Sanctae Romanae Ecclesiae Camillo Cardinali Laurenti rec. mem., tunc tem-

poris Sacrae Congregationis Rituum Praefecto, et Alexandro Cardinali Verde, Causae Relatore, nec non dilectis filiis Alphonso Carinci, enunciatae Congregationis a Secretis, et Salvatore Natucci, Generali Fidei Promotore, *tuto* procedi posse ad sollemnem Venerabilis Servae Dei Mariae Dominicae Mazzarello Beatificationem auctoritate Nostra pronuncia vimus. Quae cum ita sint tam Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis vota implentes quam Societatis a Sancto Francisco Salesio, praesentium Litterarum tenore, Apostolica Nostra auctoritate facultatem facimus ut Venerabilis Dei Famula Maria Dominica Mazzarello, Confundatrix Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis, BEATAE nomine in posterum nuncupetur, eiusdemque corpus ac lipsana seu reliquiae, quae tamen in sollemnibus supplicationibus non sunt deferenda, publicae fidelium venerationi proponantur; itemque permittimus ut eiusdem Servae Dei imagines radiis decorentur. Praeterea pari auctoritate Nostra concedimus ut de ea quotannis Officium recitetur de Communi Virginum cum lectionibus propriis per Nos adprobatis, et Missa de eodem Communi cum orationibus propriis per Nos pariter adprobatis celebretur, servatis rubricis; sed tamen in dioecesi Aquensi tantum cum in eiusdem finibus nata sit Serva Dei atque inibi ipsa migraverit ad Dominum; nec non in templis seu sacellis ubique terrarum sitis quae sive ad Institutum Filiarum Mariae Auxiliatricis sive ad Societatem a Sancto Francisco Salesio pertineant, ab omnibus fidelibus tam saecularibus quam religiosis, qui horas canonicas recitare teneantur; et, quod ad Missas attinet, ab omnibus sacerdotibus ad templa seu sacella memorata, in quibus Beatae ipsius festum agatur, convenientibus. Denique largimur ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Mariae Dominicae Mazzarello, servandis servatis, supradictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitime auctoritate designandis, intra annum postquam eadem sollemnia in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac decretis de non cultu editis, ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque enunciate Congregationis sigillo munita, eadem prorsus fides etiam in disceptationibus iudicialibus adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatione hisce Litteris ostensis, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx m. Novembris, an. MCMXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 21}. Decembris 19S8. — Cathedrali Ecclesiae Albae luliensi praefecit R. D. Aaron Márton, hactenus Administratorem Apostolicum eiusdem dioecesis.

die 7 Ianuarii 1939. — Titulari episcopali Ecclesiae Dorylaënsi R. P. Laurentium Zeller, Abbatem Praesidem Congregationis Brasiliensis O. S. B.

die 8 Ianuarii 1939. — Metropolitanae Ecclesiae Guatimalensi R. D. Marianum Rosse il, eiusdem Ecclesiae metropolitanae Vicarium Capitularem.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis, ut infra, datis decretis Sacri Consilii Christiano Nomini propagando, Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XI dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum :

die 13 Decembris 1938. — Cathedrali Ecclesiae Portaugustanae praefecit R. D. Thomam McCabe, dioecesis Lismorensis sacerdotem.

— Cathedrali Ecclesiae Betsuadensi R. P. Dominicum Grassi, e Pontificio Instituto a Ss. Apostolis Petro et Paulo et a Ss. Ambrosio e Carolo pro missionibus ad exteras gentes.

— Titulari episcopali Ecclesiae Beleciensi R. P. Ioannem Theodorum Suhr, O. S. B., quem constituit Vicarium Apostolicum Daniae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Irenopolitanae in Isauria R. P. Ioan-

nem Germanum Mousset, e Societate Parisiensi Missionum ad exteras gentes, quem constituit Vicarium Apostolicum de Taiku.

— Titulari episcopali Ecclesiae Amathusiae in Cypro R. P. Patritium Cleary, e Societate Sancti Columbani, quem constituit Vicarium Apostolicum de Nancheng.

die 14 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Tymbriadensi R. P. Gualterium Fitzgerald, S. I., quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Raphaelis Crimont, Vicarii Apostolici de Alaska.

die 15 Decembris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Amorianae Exc. D. Hugonem MacSherry, hactenus Episcopum tit. Acilisenum et Vicarium Apostolicum Districtus Orientalis Promontorii Bonae Spei.

die 5 Ianuarii 19S9. — Cathedrali Ecclesiae Kottarensi R. P. Rochum Agniswami, S. I.

— Cathedrali Ecclesiae Chilawensi, noviter erectae, R. P. Aloisium Perera, e Congregatione Oblatorum B. M. V. Immaculatae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Pertensi R. D. Job Tchen, Congregationis Missionis, quem constituit Vicarium Apostolicum de Chengtingfu.

die 7 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Paraetoniensi R, P. Franciscum Bruls, Societatis Mariae, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Iosephi Guiot, Vicarii Apostolici Planorum Sancti Martini.

II

NOMINATIONES

Decretis, ut infra, datis Sacra Congregatio de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit :

die 18 Novembris 19S8. — R. P. Thomam a Marcellano, ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum, *Praefectum Apostolicum Solimôes Superioris.*

die 25 Novembris. — R. P. Leandrum Nieto Bolándier a Sancto Nicolao Tolentinate, ex Ordine Recollectorum Sancti Augustini, *Praefectum Apostolicum de Palaioan.*

die 7 Ianuarii 1939. — R. P. Ambrosium Leblanc, O. F. M., *Praefectum Apostolicum JJrawaënsem.*

— R. P. Patritium Usher, Societatis Sancti Columbani pro missionibus apud Sinenses, *Praefectum Apostolicum de Bhamo.*

— R. P. Edmundum Wolf, e Societate pro missionibus ad Afros, *Praefectum Apostolicum de Korhogo.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DECRETUM

INDULGENTIA PLENARIA <(TOTIES QUOTIES » DIE II MENSIS NOVEMBRIS VEL DIE DOMINICA SUBSEQUENTI LUCRIFIERI POTEST.

Summus Pontifex Pius X, per Decretum S. Congregationis S. Officii die XXV mensis Iunii a. MDCCCCXIV datum,[1] omnibus christifidelibus, qui quamlibet ecclesiam aut quodlibet publicum oratorium (vel semipublicum pro legitime utentibus) die secunda mensis Novembris pie visitavissent, plenariam indulgentiam **a** toties quoties » suetis conditionibus lucrandam concessit, fidelibus defunctis solummodo applicandam.

At identidem, decursu temporis, ad hoc Sacrum Tribunal supplicationes pervenerunt, quibus postulabatur ut eadem indulgentia die quoque dominica subsequenti lucrifieri posset; idque eo consilio ut ii etiam pretiosissima hac concessione frui possent, qui die Commemorationis omnium fidelium defunctorum id non peregerint. Quam ad rem SSmus D. N. Pius divina Providentia Pp. XI, in audientia die x mensis Decembris a. MDCCCCXXXVIII infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiori concessa, statuere ac decernere dignatus est plenariam eiusmodi indulgentiam vel die **II** mensis Novembris, vel subsequenti die dominica lucrifieri posse, firmis manentibus ceteris conditionibus tum memorati Decreti S. Congregationis S. Officii, tum Decreti S. Paenitentiariae quoad plenariam indulgentiam « toties quoties » lucrandam.[2]

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Eomae, ex Aedibus S. Paenitentiariae Apostolicae, die 2 Ianuarii 1939.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. © S.

S. Luzio, *Regens.*

[1] ***Acta Ap. Sedis,*** **vol. VI, a. 1914, p. 378.**

[2] ***Acta Ap. Sedis,*** **vol. XXII, a. 1930, p. 363.**

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

DE HILDESHEIM

NULLITATIS MATRIMONII (KLEPSIG-SCHMIDT)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñi Aloysii Schmidt, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum* sive per se sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 25 Februarii 1939, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Aloysio Schmidt, curare debent ut de hac edictali citatione ipse moneatur.

Albertus Canestri, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S.R. Rotae, die 22 Decembris 1938.

T. Pendola, *Notarius.*

Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Louis Schmidt, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, .par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 94) le 25 Février 1939, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessus rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Louis Schmidt, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, 19 gennaio 1939, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Barone Gabriele Apor di Altorja, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario del Regno d'Ungheria, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Sabato, 21 gennaio 1939, il Santo Padre ha ricevuto in solenne udienza Sua Eccellenza il Signor Prof. Filippo dei Marchesi Serlupi Crescevi, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica di San Marino, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 10 gennaio 1939, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi, hanno discusso sopra due miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione del Venerabile Servo di Dio Giustino de Jacobis, Vescovo tit. di Nicopoli e primo Vicario Apostolico dell'Abissinia, della Congregazione della Missione di S. Vincenzo de' Paoli.

Martedì, 24 gennaio 1939, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *generale,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno dato il loro voto :

1) Sul *Tuto* per la beatificazione della Venerabile Serva di Dio Emilia di Vialar, fondatrice dell'Istituto delle Suore di S. Giuseppe dell'Apparizione.

2) Su due miracoli che si asseriscono operati ad intercessione della Beata Gemma Galgani, Vergine di Lucca, che vengono proposti per la sua solenne canonizzazione.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

22 dicembre 1938. Il Revmo Padre Ginseppe Creusen, della Compagnia di Gesù, *Consultore della Suprema Sacra Congregazione del Sant'Offizio.*

7 gennaio 1939. L'Illmo e Revmo Monsig. Vittorio Bartoccetti e i Revmi Padre Ludovico Nolan, dell'Ordine dei Frati Predicatori, Padre Cosma Sartori, dell'Ordine dei Frati Minori, e Padre Antonio Constantin, dei Missionari d'Africa, *Consultori della Sacra Congregazione de Propaganda Fide.*

12 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Massimo Massimi, *Memoro della Sacra Congregazione de Propaganda Fide.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

12 novembre 1938. Monsig. Filippo Pellegrini, *Cappellano Comune Pontificio Soprannumerario.*

18 » » Monsig. Biagio Martini, *Cappellano Comune Pontificio Soprannumerario.*

22 dicembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Pro - tettore dell'Istituto delle Suore della Riparazione,* Casa di Nazareth (Milano).

24 » » Monsig. Nicola Nacci, *Cappellano Comune Pontificio Soprannumerario .*

Assistenti al Soglio Pontificio:

5 gennaio 1939. S. E. Revma Monsig. Natale Gabriele Moriondo, Vescovo di Caserta.

11 » » S. E. Revma Monsig. Luigi Paulini, Vescovo di Concordia.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

14 novembre 1938. Monsig. Gaspare Bentivegna, dell'archidiocesi di Monreale.

» » » Monsig. Carlo Kolb, della diocesi di Strasburgo.

30 novembre 1938. Monsig. Giulio Czapik, dell'Amministrazione Apostolica di Debrecen.
14 dicembre » Monsig. Nicodemo Tarasiewicz, della diocesi di Pinsk.

Prelati domestici di Sua Santità.

9 settembre 1938. Monsig. Michele Köszeghy, dell'archidiocesi di Golocsa.
Monsig. Golomanno Gonczlik, della medesima archidiocesi.
13 » Monsig. Antonio L. Leininger, della diocesi di Columbus.
» » Monsig. Edoardo Hettinger, della medesima diocesi.
25 ottobre Monsig. Antonio Meneghetti, della diocesi di Treviso.
-6 novembre Monsig. Tommaso Grogan, della diocesi di Townsville.
» i) Monsig. Michele W. Lyons, della diocesi di Indianapolis.
8 Monsig. Francesco A. Reardon, dell'archidiocesi di Cincinnati.
10 Monsig. Leopoldo Neis, dell'archidiocesi di Portalegre.
14 Monsig. Giuseppe Wendling, della diocesi di Strasburgo.
» Monsig. Antonio Wursthorn, della medesima diocesi.
» Monsig. Emmanuele Trabadelo y Muiña, della diocesi di Matanzas.
16 Monsig. Pietro Jullien, dell'archidiocesi di Chambéry.
» Monsig. Clemente Cossettini, dell'archidiocesi di Udine.
17 Monsig. Giuseppe P. Morrison, dell'archidiocesi di Chicago.
» Monsig. Giovanni G. Mielcarek, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Tommaso F. Friel, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Giovanni Campbell, della medesima archidiocesi.
21 » Monsig. Buggero Tredici, della diocesi suburbicaria di Velletri.
23 » Monsig. Francesco Wakim, dell'archidiocesi di Nuova York.
28 Monsig. Onofrio Buonocore, della diocesi di Ischia.
29 •Monsig. Giovanni J. Sweeney, della diocesi di Trenton.
» Monsig. Massimiliano Wujek, della medesima diocesi.
» Monsig. Tommaso U. Reilly, della medesima diocesi.
30 Monsig. Luigi S. Quinlan, della diocesi di Camden.
» Monsig. Giacomo A. Moroney, della medesima diocesi.
Monsig. Sigismondo Mihalovics, dell'archidiocesi di Strigonia.
1 dicembre Monsig. Pietro Caccia, della diocesi di Como.
9 » Monsig. Francesco Antonio Bios y Galiano, della diocesi di Matagalpa.

17 dicembre 1938. Monsig. Giovanni Croce, della diocesi di Chiavari.
» » » Monsig. Vincenzo Masciello, della diocesi di Bovino.
21 » » Monsig. Giorgio Jacquin, della diocesi di Digione.
22 » » Monsig. Pietro Mahony, della diocesi di Sandhurst.
» » » Monsig. Giovanni Steinlage, della diocesi di Amarillo.
» » » Monsig. Francesco Giuseppe Pokluda, della medesima diocesi.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

12 gennaio 1939. A S. E. il sig. dott. Giuseppe Bonifacio de Andrada e Silva, Ambasciatore Straordinario e Plenipo tenziario del Brasile presso la S. Sede.
» » » A S. E. il sig. dott. Carlo Aldunate, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Chile presso la S. Sede.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

17 novembre 1938. Al sig. Carlo C. Kerwin, delFarchidiocesi di Chicago.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

20 dicembre 1938. A S. E. il sig. Marchese Carlo Pacelli, Consigliere Generale dello Stato della Città del Vaticano.
12 gennaio 1939. A S. E. il sig. dott. Aurelio Giovanni Vassiliu, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario di Romania presso la S. Sede.

La Commenda con Placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

6 ottobre 1938. Al sig. avv. Giovanni Bertini, della diocesi di Prato.
1 dicembre » Al sig. Alberto Jourdain (Francia).

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

30 aprile 1938. Al sig. Paolo Tournon (Francia).
30 luglio » Al sig. Vittore Thiran, della diocesi di Namur.
28 ottobre » Al sig. Stefano Germain de Montauzan, dell'archidiocesi di Lione.
» » » Al sig. Agostino Cretinon, della medesima archidiocesi.
7 novembre » Al sig. dott. prof. Giuseppe Milone, delParcaidiocesi di Napoli.

9 novembre 1938. Al sig. Leslie Alessandro Toke, della diocesi di Soutliwark.
1 dicembre » Al sig. dott. Patrizio O'Brien, della diocesi di Rockampton.
9 » » Al sig. Carlo Lepoutre, dell'archidiocesi di Cambrai.
10 » » Al sig. cav. Daniele G. Callahan, dell'archidiocesi di Filadelfia.
» » » Al sig. cav. Luca E. Hart, dell'archidiocesi di S. Luigi.
» » » Al sig. cav. Francesco P. Matthews, della diocesi di Omaha.
» » Al sig. dott. Edoardo W. Fahey, dell'archidiocesi di San Paolo di Minnesota.
14 » » Al sig. Valentino Arenas y Armiñán, dell'archidiocesi di San Cristoforo dell'Avana.
15 » » Al sig. Giovanni Vittadini, della diocesi di Lodi.
21 » » Al sig. Vincenzo Fogliano, dell'archidiocesi di Napoli,
2 gennaio 1939. Al sig. prof. Gioacchino Renato Enrico Pietro Stefano du Plessis de Greneday, della diocesi di Angers.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

28 marzo 1938. Al sig. Stefano Moldoványi, della diocesi di Sabaria.
8 novembre Al sig. Alfredo Van Melle, dell'archidiocesi di Malines.
18 » Al sig. prof. Fernando De Visscher (Belgio).
19 » Al sig. ing. Fernando Maggi, della diocesi suburbicaria di Albano.
29 Al sig. Lodovico Arnoux, dell'archidiocesi di Parigi.
30 Al sig. prof. Clemente De Lafontan de Goth, del Vicariato Apostolico di Shanghai.
Al sig. Giovanni Eusebio Krysinski, del medesimo Vicariato Apostolico.
17 dicembre Al sig. dott. Stefano Malier, della diocesi di Hartford.
» » Al sig. Domenico Burns, della medesima diocesi.
21 » Al sig. Adriano Giovanni M. Vervoort, della diocesi di Bois-le-Duc.
30 » Al sig. Leonida Piazzi (Roma).

La Commenda dell'Ordine di S. *Silvestro Papa:*

19 giugno 1938. Al sig. Francesco Casnati, della diocesi di Como.
10 ottobre » Al sig. Remo Baggini, della diocesi di Vigevano.
5 novembre » Al sig. Atalia Mantoura, del Patriarcato di Gerusalemme.
12 dicembre » Al sig. ing. Antonio Ceresa, della diocesi di Novara.
19 » » Al sig. Salvatore Smirne, della diocesi di Nocera dei Pagani.
22 » » Al sig. cav. avv. Abramo Mastronuzzi, della archidiocesi di Taranto.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

17	agosto	1938.	ÀI «ig. Tranquillino Bianchi (Italia).
6	novembre	»	Al sig. dott. ing. Camillo Micketti, dell'archidiocesi di Chieti.
		»	Al sig. geometra Francesco Margaritora, della medesima archidiocesi.
		»	Al sig. Silvio Gava, della diocesi di Castellammare di Stabia.
8	»	»	Al sig. Arcangelo Taiana, della diocesi di Como.
16	»	»	Al sig. Michele Hô' Pháp, del Vicariato Apostolico di Hué.
21	»	»	Al sig. Felice Cortinovis, dell'archidiocesi di Torino.
23	»	»	Al sig. Giorgio Fares, della diocesi di Trenton.
12	dicembre	»	Al sig. prof. Andrea Festa, del Vicariato Apostolico dell'Eritrea.
15		»	Al sig. Pietro Petrani, della diocesi di Ivrea.
3	gennaio	1939.	Al sig. Aldo Tamba, dell'archidiocesi di Bologna.
»	»	»	Al sig. architetto Mario Mariani (Roma),

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

u	luglio	**1935.**	Monsig. Achille Onorati, della diocesi suburbicaria di Velletri.
15	settembre	**1938.**	Monsig. Stefano Lengyel, della diocesi di Timisoara.
»	»	»	Monsig. Venceslao Havlik, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Carlo Geysa Kienitz, della medesima diocesi.
13	ottobre	»	Monsig. Federico Molnar, dell'archidiocesi di Strigonia.
	»	»	Monsig. Enrico Szabo, della medesima archidiocesi.
»		»	Monsig. Stanislao Mazanek, dell'archidiocesi di Cracovia.
20	»	»	Monsig. Giuliano Hincky, della diocesi di Strasburgo.
27	»	»	Monsig. Edoardo Flores Ruiz, della diocesi di Chiapas.
3	novembre	»	Monsig. Alberto Galieti, della diocesi suburbicaria di Albano.
»	»	»	Monsig. Francesco Vannini, dell'archidiocesi di Ancona.
10	»	»	Monsig. Pier Franco Zucchini, della diocesi di Faenza.
	»	»	Monsig. Costantino Ferrari (Roma).
»	»	»	Monsig. Giuseppe Krosninski, della diocesi di Tarnovia.
»	»		Monsig. Mattia Giuseppe Gausweidt, della archidiocesi di Portalegre nel Brasile.

10 novembre 1938. Monsig. Giuseppe de Nadal, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Filippo Diel, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni Antonio Perez, della medesima archidiocesi.
17 » » Monsig. Giuseppe Mlodochowski, della diocesi di Tarnovia.
» » » Monsig. Silvio Cinquini, della diocesi di Livorno.
» » » Monsig. Giuseppe Kapala, della diocesi di Scepusio.
» » » Monsig. Pasquale Proia, della diocesi di Aquino.
» » » Monsig. Reinoldo Hillenbrand, dell'archidiocesi di Chicago.
» » » Monsig. Davide F. Cunningham, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni Kozlowski, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Malachia P. Foley, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Alessandro Morgantini, dell'archidiocesi di Pisa.
24 novembre » Monsig. Mario Cagna, della diocesi di Casale Monferrato.
» » » Monsig. Carlo Kadlec, dell'archidiocesi di Praga.
» » » Monsig. Giorgio Grüner, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Vymetäl, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Svoboda, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Carlo Bock, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Andrea Hauser, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Kronek, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Dvorak, della diocesi di Bude j o vice.
» » » Monsig. Tommaso B. McDonald, della diocesi di Kansas City.
» » » Monsig. Francesco Saverio Saliba, della diocesi di Gozo.
» » » Monsig. Carlo Riu, dell'archidiocesi di Santiago di Cuba.
» » » Monsig. Sebastiano Folgar, della medesima archidiocesi.
1 dicembre » Monsig. Francesco Machac, della diocesi di Hradec Kxálové.
» » » Monsig. Francesco Jelinek, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Groh, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco Komarek, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Emanuele Fenzl, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Michele Di Bartolo, della diocesi di Agrigento.
» » » Monsig. Rocco Cusumano, dell'archidiocesi di Palermo.
3 » » Monsig. Tomislao Firis, della diocesi di Crisio.
lo » » Monsig. Angelo Vianello, della diocesi di Chioggia.
29 » » Monsig. Clarenzio J. Riordan, della diocesi di Lincoln.
» » » Monsig. Maurizio W. Helman, della medesima diocesi.
5 gennaio 1939. Monsig. Giovanni Terenzi, della diocesi suburbicaria di Palestrina.

Cameriere Segreto Soprannumerario di Spada e Cappa:

15 dicembre 1938. Il sig. Francesco Bonnyman, della diocesi di Southwark.

Camerieri d'onore in adito paonazzo di S. S.:

15 luglio 1938. Monsig. Giuseppe Antonio Fernandes, della diocesi di Meliapor.
» » » Monsig. Antonio Federico Theodore, dell'archidiocesi di Madras.
25 settembre » Monsig. Giuseppe Volpicelli, della diocesi di Segni.
17 novembre » Monsig. Scipione De Lisio, della diocesi di Campobasso.

Cappellano d'onore extra Urbem *di S. S.:*

1 dicembre 1938. Monsig. Luca Weiss, dell'archidiocesi di Trento.

NECROLOGIO

1 dicembre 1938. Monsig. Wulstano Pearson, Vescovo di Lancaster.
17 » » Monsig. Luigi Durou, Arcivescovo di Guatemala.
24 » » Emo Signor Card. **LEONE DE SKRBENSKY**, del Titolo di S. Stefano al Monte Celio.
29 » » Monsig. Tommaso Francesco Lillis, Vescovo di Kansas City.
30 » » Emo Signor Card. **ALESSANDRO KAKOWSKI**, del Titolo di S. Agostino, Arcivescovo di Varsavia.
5 gennaio 1939. Monsig. Bernardo O'Kane, Vescovo di Derry.
10 » » Monsig. Santino Maria da Silva Coutinho, Arcivescovo di Maceiò.
20 » » Monsig. Giuseppe Maria Leo, Arcivescovo di Trani e Barletta.
26 » » Monsig. Matteo Angelo Filipello, Vescovo di Ivrea.

An. et Vol. XXXI 25 Februarii 1939 (Ser. II, Y. VI) - Num. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

✝

SUMMUS POBÎTIFEX

P l1 uU fel a*H ir» • X . i1

»IE X FEBRUARII HORA 5,31

SANCTISSIME OBDORMIVIT IN DOMINO

SSMI DOMINI NOSTRI PII PAPAE XI

EXTREMA AEGROTATIO, OBITUS, FUNEBRIA

AEGROTATIO

Summus Pontifex Pius XI, die dominica, quinta Februarii mensis, post meridiem, nimis fatigatus, decumbere coactus est atque, Sacram Dapem quotidie pientissime libans, in lecto mansit, spe in Domino fretus vires recuperanda ut proxima die 11 Italiae Episcopos Romam convocatus alioqui posset.

At supervenit catarrhus cum febri et, die 9, bis, hora prima post meridiem et quarta cum dimidio, cordis vires ipsi defecerunt.

Vespere tamen, Familiares Pontificis, ipsius iussu, Mariale Rosarium una cum eo devote recitarunt eique eas iaculatorias preces in memoriam revocabant, quas ipse infans a pia matre didicerat. Beatissimus Pater saepe saepius Ssmum Crucifixum aspiciens Eum verbis « Deus meus et omnia » supremis oris viribus appellabat atque, audiens quamplurimas preces a fidelibus pro sua salute ubique fundi, respondit se gratissimo animo eas rependere, omnes divinas Benedictiones implorans pro fidelibus ipsis ac pro tota Ecclesia, renovans Deo suae vitae oblationem pro pace Christi universo Orbi.

Postea quasi somno correptus est. Hora autem quarta matutina sequentis diei 10, ingravescente febri et cordis viribus magis ac magis deficientibus, medici hoc nuncium ediderant :>

Sua Santità, che da qualche giorno presentava fatti catarrali tracheobronchiali con lieve movimento febbrile, si è aggravato nelle prime ore della notte per sopraggiunta elevazione termica (40°) ed aumento dei disturbi respiratori. Le condizioni circolatorie, che già destavano preoccupazioni all'inizio della malattia, vanno rapidamente peggiorando»

Prof. Aminta Milani Prof. Filippo Rocchi.

Interim Exc. P. D. Alphonsus de Romanis, Sacrarii Apostolici Praefectus, Summo Pontifici cum visibili animi pietate assentiente Extremam Unctionem administravit ac postea rituales preces ad morientes iuvandos recitavit, dum R. D. Didacus Venini, cubicularius intimus Pontificis, Missam pro moriente in proximo sacello celebrabat.

OBITUS

SUMMUS PONTIFEX PIUS XI HORA 5,31 **DIEI X FEBRUARII PlACIDISSIME OBDORMIVIT IN DOMINO.**

Adstabant cum Emo Card. Eugenio Pacelli a Secretis Status eodemque S. R. E. Camerario et Excmo P. D. Alphonso C. de Romanis, Sacrarii Apostolici Praefecto, Emus Card. Camillus Caccia Dominioni, Exc. D. Albertus Arborio Mella di Sant'Elia, Praefectus Cubiculi Secreti Pontificis, Exc. D. Dominicus Tardini, Secretarius S. C. pro Negotiis EE. EE., Exc. D. Ioannes B. Montini, Secretariae Status Substitutus, RR. DD. Carolus Confalonieri, Didacus Venini, Fridericus Callori di Vignale, Marius Nasalli Rocca di Corneliano, cubicularii intimi Pontificis, Exc. D. Marchio Camillus Serafini, Civitatis Vaticanae Gubernator, Comes Francus Ratti, nepos Pontificis; qui omnes instanter pro moriente preces effundebant.

Statim post Pontificis obitum Missam in proximo sacello celebravit R. D. Carolus Confalonieri ac postea, ibidem et super altaria in eodem cubiculo quo Pontifex spiritum emiserat erecta, pro illius animae suffragio sacrum fecerunt Emi Patres Cardinales Ioannes B. Nasalli Rocca di Corneliano, Fridericus Tedeschini, Aloysius Maglione, Eugenius Tis serant, Camillus Caccia Dominioni, Nicolaus Canali et Dominicus Iorio, aliique Praelati et Cappellani Secreti.

Interim Eihus Card. Eugenius Pacelli S. R. E. Camerarius, summi imperii actu Palatii possessionem capiens, iussit ianuas de more claudi ac subinde mortem Pontificis Emo Cardinali in Urbe Vicario significavit, qui statim ad clerum et populum hanc edidit notificationem :

Francesco per misericordia di Dio Vescovo di Frascati
della S. R. C. Cardinale Marchetti Selvaggiani
Vicario Generale e Giudice Ordinario di Roma e suo Distretto.

Col cuore profondamente commosso rivolgiamo oggi la parola a Voi, diletti cattolici di Roma.

Sua Eminenza Reverendissima il Signor Cardinale Camerlengo della Santa Romana Chiesa, cui spetta dare pubblica fede alla morte dei Romani Pontefici, Ci ha fatto pervenire or ora il funesto annunzio ufficiale della morte del Santo Padre Pio XI, avvenuta questa mattina alle ore 5,31.

Il nome di questo grande Pontefice rimarrà sempre nella Storia per lo zelo e la sapienza con cui governò la Chiesa. Roma dovrà a Lui, suo

Vescovo, imperitura riconoscenza per. le prove innumerevoli della sua inesauribile generosità, e specialmente per l'erezione di tante nuove Parrocchie.

Non dubitiamo pertanto che Voi, o Romani, non mancherete di innalzare a Dio fervorose preghiere per il riposo della grande anima di tanto Pontefice e Vostro benefattore.

Vi esortiamo quindi a prendere parte numerosi ai pubblici e solenni funerali che secondo la consuetudine saranno celebrati nella Patriarcale Basilica Vaticana.

Ordiniamo inoltre che in tutte le chiese di quest'Alma Città, tanto del Clero Secolare quanto dei Regolari e in qualsiasi maniera privilegiate, si suonino in modo funebre le campane *dell'Ave Maria* e a un'ora di notte di oggi **10,** e domani **11** Febbraio.

Appena trasportati i preziosi Resti mortali del Sommo Pontefice nella Basilica Vaticana, si celebreranno solenni esequie in tutte le chiese suddette.

I Sacerdoti, tanto Secolari che Regolari, sono esortati ad offrire il Santo Sacrificio in suffragio del defunto Sommo Pontefice, e le Comunità dell'uno e dell'altro sesso, come pure i Fedeli tutti, spno invitati a raccomandare a Dio l'anima benedetta di Lui.

Prescriviamo in ultimo che in tutte le Messe e nelle altre sacre funzioni si aggiunga la colletta « pro Pontifice eligendo », fintanto che durerà la vacanza della Santa Sede.

FRANCESCO Card. MARCHETTI SELVAGGIANI.

Praefectus autem Caeremoniarum Apostolicarum has instructiones ad luctum exteriore quoque habitu significandum pro suo officio vulgavit :

VARIAZIONI E DISPOSIZIONI DA OSSERVARSI CIRCA IL VESTIARIO DEGLI EMINENTISSIMI E REVERENDISSIMI SIGNORI CARDINALI IN « SEDE VACANTE ».

Muna distinzione tra i Cardinali creati dalle sa. me. di Pio X, di Benedetto XV e di Pio XI.

Sottana e mozzetta violacea di panno, fascia di seta con fiocchi simili senza oro, calze violacee.

Rocchetto liscio con piccola frangia alla sola estremità delle maniche.

Mun cambiamento circa il cappello rosso o nero.

Scarpe nere.

Gli Eminentissimi appartenenti ad Ordini religiosi monastici e mendicanti non faranno mutazione nel loro vestiario.

Tutti gli Eminentissimi Cardinali, durante la vacanza della Santa Sede, con l'abito Cardinalizio, eccettuate le sacre funzioni, incederanno in sola mozzetta, senza rocchetto.

Nelle Congregazioni useranno il consueto abito piano con ferraiolone violaceo.

I Cappellani Caudatari avranno la solita sottana paonazza con fascia simile e croccia, quando gli Emi indosseranno la cappa : nelle altre circostanze la sottana nera e ferraiolone simile.

Per mandato del Sacro Collegio :

Carlo Respighi,
Proton. Apost., Prefetto delle Cerimonie Pontificie.

VARIAZIONI E DISPOSIZIONI SULLA FORMA DELL'ABITO PRELATIZIO DA USARSI DAI VESCOVI E DALLA PRELATURA NELLE SACRE FUNZIONI, DURANTE LA VACANZA DELLA SANTA SEDE.

I Vescovi ed i Prelati, tanto nelle Cappelle quanto nelle altre sacre funzioni useranno la sottana nera con la coda e senz'alcun ornamento di altro colore. Si potrà tuttavia adoperare la detta sottana anche senza la coda.

Fascia nera di lana con i fiocchi simili.

Mantelletta di lana nera con le mostre simili.

Rocchetto liscio senza merletti con piccola frangia nella sola estremità delle maniche.

Le calze saranno di lana nera e parimenti il collare.

Nel fiocco del cappello non vi è variazione.

Con l'abito piano useranno le calze nere ed il ferraiolone nero di lana.

Per mandato del Sacro Collegio :

Carlo Respighi,
Proton. Apost., Prefetto delle Cerimonie Pontificie.

RECOGNITIO ET EXPOSITIO CORPORIS

Hora undecima eiusdem diei x Februarii Emus Card. S. R. E. Camerarius cubiculum ubi defunctus iacebat Pontifex una cum Praelatis R. Camerae Apostolicae de more adiit et Cadaver rite recognovit. Actus rero recognitionis quem R. C. A. Notarius legit hic est iuxta suetam formam :

IN DEI NOMINE, AMEN.

RECOGNITIO CADAVERIS SANCTAE MEMORIAE PII PAPAE XI

OLIM ACHILLIS RATTI

Die decima mensis Februarii anni Domini millesimi nongentesimi trigesimi noni. Cum Sanctissimus Dominus Noster Divina Providentia Pius Papa XI, sicut Altissimo placuit, hodie, hora circiter quinta cum dimidio antemeridiana, in Palatio Apostolico Vaticano, debitum naturae persolverit, Emus et Revmus P. D. Eugenius Pacelli Cardinalis S. R. E. Camerarius, associatus ab Illmis et Revmis Dñis Camerae Apostolicae Clericis atque ab Excmis et Revmis Dñis Frigdiano Giannini, Vice Camerario, Bartholomaeo Cattaneo Thesaurario Generali, Tito Trocchi, Auditore Generali, se contulit ad locum, vulgo appartamento, Pontificium dicti Palatii, et, ingressus cum omnibus supradictis in cubiculo praefati Pontificis, ibi ipsius corpus, adhuc in suo lecto existens, exam-inatum invenit. Eique debitis reverentiis redditis, ac pro Eius anima Deo precibus effüsis, anulum piscatorium praefati Pontificis sibi tradendum petiit ab Ulm o et Rmo Duo Alberto Arborio Mella di S. Elia, Praefecto dicti Cubiculi, qui anulum praedictum ex quadam bursa sumptum praelaudato Emo ac Revmo Dno Cardinali Camerario tradidit et consignait, quem idem Emus et Revmus Dominus accepit ad effectum deferendi ad primam proximam Congregationem Emorum et Revmorum DD. S. R. E. Cardinalium, deque illo dictum Illmum et Revmum Dnum Albertum Arborio Mella di Sant'Elia, praesentem, quieta vit in forma <(omni ». Successive praelaudatus Emus et Revmus Dominus Cardinalis Camerarius mandavit confici inventarium cubiculi praedicti et mansio-

num dicti Palatii, cum interventu illius vel illorum R. C. A. Illmorum ac Rmorum Clericorum qui ad id deputati fuerint. Super quibus etc.

Actum in praedicto cubiculo, praesentibus infrascriptis testibus.

Eugenius Cardinalis Pacelli, *S. R. E. Camerarius.*
Albertus Arbori o Mella di Sant'Elia, *Praefectus Cubiculi Secreti.*
t Frater Frigdianus Giannini, *Vice Camerarius S. R. E.*
t Bartholomaei Cattaneo, *Thesaurarius Gen. R. C. A.*
t Titus Trocchi, Arch. Laced., *Auditor Generalis R. C. A.*
Ioannes Biasiotti, *Decanus Clericorum Camerae.*
Alphonsus Bruni, *Clericus R. C. A.*
Iosephus Malusardi, *Clericus R. C. A.*
Petrus Borgia, *Clericus R. C. A.*
Hugo Descuffi, *Clericus R. C. A.*
Gulielmus Felici, *Notarius R. C. A.*
Aloysius Angelini Rota, *R. C. A. Notarius, Secretarius et Cancellarius.*

Postea Illmi ac Revmi Domini Clerici Camerae omnium et singulorum Officiorum in Congregatione plenae Camerae eadem die x Februarii habita ab Emo et Revmo D. Card. Eugenio Pacelli, S. R. E. Camerario, eis collaturum, possessionem coeperunt in aedibus Vaticanis et in Castro Gandulphi per acta Illmi D. Aloysii Angelini Rota, R. C. A. Secretarii et Cancellarii, quibus singula inventaria adnexa fuerunt.

Circa meridiem eiusdem diei Congregatio particularis Cardinalium in Aedibus Vaticanis habita est, praesentibus Cardinalibus Granito Pignatelli di Belmonte, Ascalesi et Caccia Dominioni una cum Emo S. R. E. Card. Camerario et Exc. D. Vincentio Santoro, Sacri Collegii Secretario.

Post meridiem autem, hora quarta, corpus Beatissimi Patris funebri piaque pompa translatum est e cubiculo in Sixtinum Sacellum, ubi primum Emi Patres, Antistites et Praelati de Palatio et de Curia, necnon Legati exterarum Civitatum praesentes ac deinde, toto tempore pomeridiano et matutinis horis insequentis diei, fideles romani turmatim confluentes, effusis precibus, illud pientissime venerati sunt.

Inter Primores, qui in Sixtino Sacello ad corpus defuncti Pontificis pie venerandum adfuerunt recensenda est Celsitudo Sua Humbertus Sabaudiae Princeps, Solii Italici Heres, qui antea cum suis Administris ad Emos Cardinales Pacelli, S. R. E. Camerarium et Granito Pignatelli

di Belnionte, Nasalli Rocca di Corneliano, Caccia Dominioni, primos cuiusque ordinis Sacri Collegii, simul accesserat, ut eis nomine Augusti Italiae Regis et Imperatoris eiusque Familiae moeroris sensus ob mortem Pontificis exprimeret.

Item adfuerunt Excmi Viri : Comes Galeazzo Ciano, Italici Regni Administer exteris negotiis gerendis; Aloysius Federzoni, Senatus Italici Regni Praeses, idemque Regiae Academiae Italiae Praeses; Comes Constantius Ciano di Cortellazzo, Deputatorum Camerae eiusdem Regni Praeses;-Fulvius Testi, Romanae Provinciae civilis Praefectus; Princeps I. Iacobus Burghesius, Romanae Provinciae Praeses; Princeps Petrus Colonna, Urbis Romae Gubernator : qui singuli antea Emo D. Cardinali S. R. E. Camerario, respectivo Italici Gubernii, Senatus et Camerae, Romanae Provinciae Populique Romani nomine, doloris sensus significaverant.

Die sabbato, xi Februarii, mane hora ix, Episcopi Italiae omnes Romae praesentes in Sixtino Sacello prope corpus defuncti Pontificis coadunati, Officium Divinum defunctorum recitare et Sacro adsistere pientissime voluerunt ac postea Emos Patres Cardinales in Curia praesentes, in Aula Consistoriali, ad normam Constitutionis Pii X, *Vacante Sede Apostolica*, tit. I, cap. 2 pro Congregatione prima generali convocatos, obsequii gratia simul adivere.

DELATIO CORPORIS AD PATRIARCHALEM BASILICAM VATICANAM

Hora autem quinta post meridiem eiusdem diei xi Februarii, corpus Beatissimi Patris, pontificalibus indutum vestibus rubri coloris cum pallio, fanone et aurea mitra, in Basilicam sancti Petri processionali ordine delatum est. Incedebant primum excubiae tum Palatinae tum Helveticae, bussolantes, Cubicularii tum secreti tum honoris, duodecim sediarii cum intorticiis, necnon, e clero vaticanae basilicae, post cruciferum cum acolythis, Pont. Seminarium Romanum, Capitulum cum cereis accensis, et Exc. D. Beniaminus Nardone, canonicorum decanus, qui, nigro pluviali indutus primam absolutionem in Sixtino sacello corpori Beatissimi Patris dederat. Sequebantur Exc. P. D. Robertus Vicentini, Patriarcha Antiochenus Latinorum et Emi Archipresbyteri Vicarius, Exc. D. Albertus Arborio Mella di Sant'Elia, Cubiculi secreti Praefectus, Exc. P. D. Iosephus Migone, Eleemosynarius, Exc. P. D. Alphonsus C. de Romanis, Sacrarii Apostolici Praefectus, ceterique Praelati Palatini et Cubicularii secreti participantes; itemque princeps

Marcus Antonius Colonna, Pontificio solio Adsistens, Marchio Ioannes Sacchetti, Forerius Maior, Tribunus Protectorum Dominici Lateris. Postea Lectica, super qua corpus quiescebat Beatissimi Patris, a sediariis efferebatur, a Protectoribus Dominici Lateris circumdata, sequentibus Nepote Pontificis, Comite Franco Ratti ceterisque de Camera Secreta.

Post feretrum incedebant etiam Emi Patres Cardinales in Curia praesentes : Granito, Dolci, Vidal y Barraquer, Nasalli Rocca, Verde, Pacelli, Verdier, Rossi, Fumasoni Biondi, Tedeschini, Salotti, Villeneuve, Sibilia, Marmaggi, Maglione, Boetto, Tisserant, Pellegrinetti, Pizzardo, Caccia Dominioni, Canali, La Puma, Cattani, Massimi.

líos sequebantur Emus D. Ludovicus e Principibus Chigi Albani della Rovere, Ordinis Hierosolymitani Magnus Magister, exterarum Nationum Legati, Excinus Marchio Camillus Serafini, Civitatis Vaticanae Gubernator, et quamplurimi Archiepiscopi, Episcopi, Praelati Romanae Curiae, Cubicularii et Cappellani secreti et honoris, Ordinum religiosorum Superiores, Patritii Nobilesque Romani.

Post cantum psalmi *Miserere* et antiphonae *Libera me, Domine,* ad Confessionem B. Petri Cadaveri supra lecto funebri imposito alteram absolutionem impertivit Exc. P. D. Petrus Pisani, Archiepiscopus tit. Constantiensis, Canonicus vaticanus.

Deinde, frequentissimo comitante populo, ipso praecedente Capitulo, sacra resonante psalmodia, corpus Pontificis delatum est in sacellum Ssmi Sacramenti, ubi idem Archiepiscopus Constantiensis tertiam impertivit absolutionem. Corpus, facibus hinc inde accensis et Protectoribus Dominici Lateris vigilantibus, ita positum est intra septa sacelli, ut, cancellis licet clausis, fideles illud cernere ac venerari facile possent.

Per tres insequentes dies ingentissimus fidelium concursus fuit, qui devotissime ante Pontificis exuvias orabant : qua frequentissima peregrinatione romanorum pietas erga Patrem et Pastorem desideratissimum apprime refulsit.

Postridie, decimasecunda Februarii mensis, dominica, exsequiae ad animam Pontificis suffragandam, de more per dies novem continuas persolvendae, initium habuerunt in Basilica vaticana, Missam sollemnem celebrante Exc. P. D. Francisco Beretti, Episcopo tit. Caesariensi Philippi et adstante Revmo Capitulo, populique ingenti multitudine.

TTJMTJLATIO ET DEPOSITIO IN CRYPTIS PATRIARCHALIS BASILICAE VATICANAE

Hora post meridiem quarta diei decimaequartae Februarii, feria tertia, initium datum est sollemni depositioni corporis Summi Pontificis in cryptis patriarchalis Basilicae vaticanae, de explicita defuncti voluntate, qui ibidem ultimam sepulturam elegerat.

E sacello Ssmi Sacramenti, funebri pompa Cadaver translatum est ante altare Cathedrae, praecedente Capitulo vaticano cum cereis accensis. Feretrum antecedebat pluviali nigro indutus et alba mitra redimitas Exc. P. D. Robertus Vicentini, Patriarcha Antiochenus Latinorum, Emi Archipresbyteri Vicarius, qui antiphonam *Exultabunt Domino* movit, cantoribus deinde *Miserere* concinentibus. Lecticam a sediariis datam et a Protectoribus Dominici Lateris circumdatam, prosequebantur Praelati Camerae Secretae et Cubicularii secreti participantes, Emus Card. Eugenius Pacelli, Archipresbyter Basilicae et Camerarius S. R. E. cum Praelatis R. C. A.; postea Emi Cardinales in Curia praesentes, nempe Granito Pignatelli di Belmonte, Gasparri, Dolci, Ascalesi, Vidal y Barraquer, Nasalli Rocca di Corneliano, Verde, Lauri, Hlond, Schuster, Lavitrano, Verdier, Rossi, Liénart, Fumasoni Biondi, Tedeschini, Salotti, Villeneuve, Dalla Costa, Sibilla, Marmaggi, Maglione, Cremonesi, Suhard, Boetto, Tisserant, Pellegrinetti, Hinsley, Pizzardo, Caccia Dominioni, Canali, Iorio, La Puma, Cattani, Massimi, Mariani, Mercati; qui omnes in choro ante Cathedram loca occupaverunt.

Hierosolymitani Ordinis Magnus Magister, Emus D. Ludo vicus e Principibus Chigi Albani della Rovere, cum Equitibus aderat : item Excmus Marchio Camillus Serafini, Civitatis Vaticanae Gubernator.

A cornu Evangelii sedebant Nepotes defuncti Pontificis et a cornu Epistolae Legati civilium regiminum apud Sanctam Sedem, Patricii Nobilesque Romani.

Adstabant etiam Officiales Secretariae Status : Excmi DD. : Dominicus Tardini, a Secretis pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis, Ioannes Montini, Substitutus ac Cifrarum Secretarius, aliique plures.

Archiepiscopi et Episcopi quamplurimi et Praelati ex aliis Collegiis, necnon Parochorum Urbis Collegium, una cum Excmo P. D. Cardinalis Urbis Vicarii Vicesgerente, loca hinc inde tenebant.

Aderant etiam Delegati e Deusio, civitate natali Pontificis.

Dum Pontificis corpus in funebrem aream reverenter demittebatur, Chorus antiphonam *Sicut oervus* decantavit, qua absoluta, R. D. Ioannes Ferraro, Cancellarius et Custos Tabulam Capituli vaticani, rogituni sepulturae legere coepit.

IN NOMINE DOMINI. AMEN

SEDE VACANTE

Obitus, depositio et tumulatio Sanctae memoriae — Pii Papae Decimi primi — Pro Revmo Capitulo Sacrosanctae Patriarchalis Basilicae — Principis Apostolorum de Urbe — Die x (feria vi) mensis Februarii, Anno Dominicae Redemptionis millesimo nongentesimo nono et trigesimo.

Summus Pontifex Pius XI, antea Ambrosius Damianus Achilles Ratti, cum, toto sui Pontificatus tempore, praeclara documenta pro re catholica tuenda, in dificillimis Ecclesiae temporibus exhibuisset, gravi morbo correptus, die x februarii feria sexta, anno Domini MCMXXXIX, hora ante meridiem quinta cum momentis triginta et uno, sanctissime obdormivit in Domino, in aedibus Vaticanis, annum agens aetatis suae octogesimum primum, menses octo diesque decem, septimodecimo anno sui Pontificatus expleto.

Is ortum habuit in oppido Deusio, in extremis finibus Dioecesis Mediolanensis, die trigesima prima mensis Maii, anno MDCCCLVII volvente. Studiorum curriculo exacto Mediolani, Modiciae et Romae, sacerdotio initiatus est anno MDCCCLXXIX, ac deinde, ad amplissimos doctoris gradus promotus, in studia excelsae eruditionis toto animo incubuit. Vasta doctrina imbutus per complures annos celeberrimis Italiae bibliothecis praefectus, Ambrosianae atque Vaticanae, doctissimus vir cito innotuit. Atque ne indignum quidem videtur ut memoriae tradatur; praeclarum virum, Pontificem celeber r imum futurum, complures annos canonicum fuisse Nostri Revmi Capituli Vaticani.

Consecrationem Episcopalem obtinuit in Varsaviensi Poloniae civitate, dum illam legationem regeret, die xxvin mensis Octobris anni MCMXXL, ac mense Iunii insequentis anni, a Benedicto XV Pontifice Mediolanensis Archiepiscopus renuntiatus est et S. R. Eccl. Cardinalis, Titulo S. Martini ad Montes. Anno MCMXXII ineunte, mortuo Benedicto XV sanctissimae recordationis, cuius obitus die xx Ianuarii obvenerat, Achilles Ratti, qui nuper munus suum Archiepiscopale Mediolani inceperat, ad summum pontificatum evectus est die sexta mensis Februarii eiusdem anni Patrum Cardinalium suffragio, eodemque die de alto Podio externo Basilicae Vaticanae, more antiquo instaurato, Urbi et Orbi proclamatus est.

Paucis horis post obitum prodigialis huius Pontificis, cadaveris reco-

gnitio peracta est in Palatio Apostolico Vaticano ab Emo et Revmo Eugenio Card. Pacelli S. R. Eccl. Camerario, qui fuerat a Secretis Status eiusdem Pontificis, per Acta Aloysii Angelini Rota Secretarii et Cancellarii Rev. Camerae Apostolicae, atque ipsum cadaver, eadem die decima Februarii in Cappellani Sixtinam, renovato more pristino, translatum est, non tamen antea sectum neque aromatibus conditum, iniecta tantum quadam chimica materie ad corruptelam cadaveris procrastinandam.

Ad Cappellani Sixtinam, sacrum cadaver demortui Pontificis expositum veneraturi accesserunt plurimi inter cleros et nobilissimos viros Romanae societatis. Accesserunt etiam Princeps Heres Sabaudiae stirpis et primores viri praesentis Italici regiminis nec non complures inter S. R. E. Cardinales, Episcopos, Senatores atque cuiusque ordinis primores et optimates. Sequente autem die, sabbato, circa horam quintam cum dimidio, ipsum cadaver, sacris vestibus iuxta consuetudinem indutum pallioque pontificali ornatum ac in feretro gestatorio positum, elatum est a gestatoribus sedis pontificiae, in Basilicam Vaticanam inferendum — Acolvti et Cappellani Chori, quorum est feretrum gestatorium portare, aderant singuli singulos sediarios comitantes — Decanus Canonicorum Capituli Vaticani, Exenhis et Revmus Dominus Beniaminus Nardone — nam hoc ipso tempore sacrum corpus Pontificis demortui Capitulo Vaticano custodiendum traditur — cadaver Pontificis aqua lustrali aspersit antequam e Cappella Sixtina efferretur, precesque rituales dixit, ac deinde funebris pompa per Aulam et Scalam regiam deducta est.

Comitabantur Pontificale feretrum S. R. ID. Cardinales, Praesules Domus Pontificiae, Cubicularii aliique de Curia, et in primis Status Civitatis Vaticanae Gubernator, nec non Canonici et universus Clerus Basilicae Vaticanae, Custodes Dominici lateris atque Excubiae Helveticae militiae excubiaeque Palatii cum eorum ducibus.

Cum autem sacrum cadaver ad Basilicam Vaticanam pervenisset, in Templum, ducta pompa, inlatum est. Quod, postquam ante Confessionem Principis Apostolorum super appositum excelsum feretrum depositum fuisset, Excmus et Revmus Petrus Pisani Archiepiscopus Constantiensis, Canonicus Vaticanus absolutionem iuxta ritum impertivit.

Quo facto Pontificis cadaver in sacellum Ssmi Sacramenti Basilicae Vaticanae, ab iisdem sediariis, sine pompa, translatum est per ingressum a latere positum, ibique, super excelsum feretrum compositum, publicae venerationi expositum extitit, facibus hinc inde accensis atque custodibus Dominici lateris vigilantibus, cancellis tamen clausis.

Die sequenti, Dominica in Sexagesima, hora octava, ianuis Templi patefactis, ingens illico populi multitudo ordinatim ingressa est, quae

usque ad vesperam huius diei, decima secunda Februarii, et duobus sequentibus diebus turmatim ante exanime sacrum corpus Pontificis muta ac venerabunda transibat. Quod accidit usque ad duodecimam horam feriae tertiae, cum omnia Basilicae cancella atque portae ingressusque clausa fuerunt.

Die autem xiv Februarii, feria tertia, circa horam quartam post meridiem, parentalia ad Altare Cathedrae persoluta sunt, sacra peragente Bxcmo et Illmo Roberto Vicentini Patriarcha Antiocheno, in praesentiarum Vicario Cardinalis Archipresbyteri Ss. Basilicae Vaticanae.

Itaque sacrum Pontificis cadaver e Cappella Ssmi Sacramenti, ubi paulo ante convenerat Capitulum Vaticanum cum Emo Cardinali Archipresbytero et Nostra Ven. Cappella Iulia, post benedictionem et incensationem sacri Cadaveris, eoque ab excelso feretro a sediariis ablato, ducta pompa, dum a musicis cantatur psalmus *Miserere* translatum est ante Altare Cathedrae S. Petri. Ibi, expleto psalmo *Miserere* atque musicis concentibus eiusdem Ven. Cappellae Iuliae dicta antiphona « in Paradisuni deducant te Angeli » praedictus Patriarcha cadaver aspersit aqua benedicta et in fine orationem « Deus qui fundasti » recita vit.

Aderant S. R. E. complures Cardinales, Episcopi, plurimique de Curia, Revmum Capitulum Vaticanam cum universo clero Basilicae, parrochi rectoresque ecclesiarum, complures relig, congregationes, nec non innumeri invitati, inter quos Nationum legati, ordines équestres, Nobiles Romani aliique plurimi clarissimi viri cuiusque ordinis.

Peracta benedictione cupressinae capsae, in quam sacrum cadaver demortui Pontificis deponendum est, gestatores sedis idem cadaver suo loco extulerunt, atque in eadem benedicta capsa, iuxta morem parata, condiderunt. Ad quam accesserunt Illmi et Revmi Cubicularii intimi demortui Pontificis Callori, Venini et Confalonieri, loco Excmi et Revmi Arborio Mella, in praesens aegrotantis, qui sericum velum album supra faciem Pontificis defuncti ac super pedes straverunt; eodemque tempore unus ex praedictis cubiculariis, manticuluni coccineum ad pedes cadaveris deposuit, in quo clara voce ipse declaravit contineri numismata nummosque ex auro, argento, aere cusa tempore Pontificatus Pii XI. Intra capsam pariter missum est volumen pergameneum inclusum custodia ex plumbo cylindraceae formae, continens eiusdem venerandi Pontificis elogium, quod composuerat et hic recitavit Illmus et Revmus Antonius Bacci ab epistolis ad Principes.

PIUS XI PONT. MAX.

Ambrosius Achilles DamÀanus Ratti Deusii, in oppido Archidioecesis Mediolanensis, die XXXI mensis Maii, anno Rep. Sal. MDCCCLVII natus, insequenti die lustrali sacri fontis aqua expiâtus est.

Prima iuventute ineunte, ad sacerdotium divino instinctu vocatus, ad S. Petri Martyris, Modiciae, Mediolani, Romae in sacras profanasque disciplinas summa cum laude incubuit; atque die XX Decembris, anno MDCCCLXXIX in Lateranensi Archibasilica sacerdotalem ordinem dignitatemque suscepit.

Primum in patrio Seminario sacrorum alumnis instituendis sollertem operam dedit; dein vero, pro eximiis, quibus pollebat, litterarum optimarumque artium ornamentis, Ambrosianae, ac mox Vaticanae Bibliothecae Praefectus renuntiatus est; quo in munere obeundo, sive eruditis hominibus consilio assidens, sive operosas peragens investigationes, de humanis divinisque disciplinis optime meruit.

A t ad latiorem laboris honorisque campum Dei nutu vocabatur; siquidem saeviente fere ubique per Europam immani "bello, in Poloniam sequester pacis mittitur; ibique, mandato Summi Pontificis Benedicti XV, qua Visitator Apostolicus, qua Nuntius, non modo Iesu Christi Vicarii partes actuosa navitate sustinuit, sed illud etiam « antemurale christianitatis », novo oborto infensissim,o bello, strenuo vigore ac singulari ausu tuitus est.

Rebus tandem compositis, anno MDCCCCXXI in patriam reversus, Mediolanensi Ecclesiae Archiepiscopus praeficitur, ac Romanae Purpurne maiestate summo cum omnium plausu decoratur.

Perbrevi tantum temporis spatio Ambrosiana urbs potuit tanto Pastore perfrui; etenim Benedicto XV, in maximo catholici orbis moerore, e vivis sublato, in eius locum, die VI mensis Februarii a. MDCCCCXXII, gratulantibus christifidelibus omnibus, suffectus est, sibique Pio XI nomen indidit.

Innumerabilia sunt ac miranda prorsus quae in Dei gloriam et Catholicae Ecclesiae incrementum per septem et decem annos in Summo Pontificatu gessit. Sacras expeditiones, missis usquequaque gentium Evangelii praeconibus, pluribusque Dioecesibus, Vicariatibus vel Praefecturis Apostolicis conditis, summopere propagavit; sacrorum alumnos^ novis excitatis Seminarii, Athenaeis studiorumque Universitatibus ac sapientibus editis normis, ad litterarum aliorumque disciplinarum studia

cohortatus est; insurgentes errores atque haereses praeclarissimis impertitis documentis, damnavit atque compescuit; itemque, ut cleri operam faciliorem latioremque efficeret, in sacri apostolatus partes eos omnes cooptavit, qui, in Catholica Actione militantes. Iesu Christi Regnum omni ope provehnnt.

Publicas cum Civitatibus necessitudines quam impensissime fovit, auxit; ac novas cum Rebuspublicis non paucis conventiones sanxit: in quibus illae notatu dignae, quae inter Apostolicam Sedem et Italiae Regnum feliciter initae sunt.

Ter Iubilaea sacra catholico orbi indixit; quinto scilicet huius saeculi exeunte lustro; quinquagesimo dein sacerdotii sui vertente anno; decimo nono denique revoluto saeculo a peracta humani generis Redern^ ptione.

Plurimis evangelicae virtutis heroibus vel Beatorum vel Sanctorum honores decrevit; eosdemque christiano populo ad imitandum proposuit.

Quapropter tot curis laboribusque fractus, die X mensis Februarii, anno MDCCCCXXXIX complorantibus cuiusvis ordinis hominibus ac gentibus, placidissime in Domino quievit.

Animo fuit invicto, ingenio acri, voluntate tenacissima.

Veritatem omnibus, etsi non gratam, aperte profitebatur.

Sacrosancta Ecclesiae iura adversus quoslibet conatus, per omnem Pontificatus sui decursum, toto pectore adseruit.

Vixit annos LXXXI, menses VIII, dies X; in Summo Pontificatu annos XVII, dies IV.

Sanctissi?ne Pater, perpetuo vivas in Christo, ac sempiterna beatitudine f ruare.

Cum autem capsa cupressina suo cooperculo a fabris lignariis firmiter clausa fuisset, fasciolis sericis violaceis ligata est, atque in his duo sigilla impressit supra liquefactam ceram hispanicam Emus et Revmus Cardinalis Eugenius Pacelli Camerarius; aliud sigillum idem Cardinalis impressit ut Archipresbyter Basilicae Vaticanae; duo sigilla impressit Excmus et Revmus Respighi Praefectus Caeremoniarum Pont., pro Excmo et Revmo Arborio Mella; unum denique sigillum impressit Excmus et Revmus Dominus Beniaminus Nardone decanus Capituli Vaticani.

Quibus peractis, capsa ipsa cupressina in aliam plumbeam capsam immissa est, cuius tectorium undequaque, longo labore, stamno firmatum est sigillisque munitum per manus eorum, qui supra capsam cupres-

sinam sigilla impresserant. Tectorium autem plumbeum hanc exhibebat inscriptionem una cum stemmate gentilicio Pontificis, crucisque signo :

CORPUS

PII XI P. M.

VIXIT ANNOS LXXXI MENSES VIII DIES X

ECCL. UNIVERSAE PRAEFUIT

ANNOS XVII DIES IV

DECESSIT DIE X FEBRUARII

A. D. MCMXXXIX

Denique capsa plumbea intra aliam e ligno ulmeo capsam inclusa est : qua clausa cooperculo est firmata; supra huius ulmeae capsae tectorio eadem inscriptio cum stemmate erat insculpta.

Post haec omnia cadaver recolendae sanctaeque memoriae Pii Papae **XI**, ducta brevi pompa, e sacello Cathedrae ad Confessionem B. Petri atque industri operariorum labore inlatum est in Cryptas Vaticanas veteres, ibique sepulturae traditum.

Haec omnia vidi ego, scripsi et publicavi praesentibus Revmis Leone Gromier Altarista Basilicae et Vincentio Misuraca Canonicis Vaticanis testibus ad hoc specialiter a me vocatis et rogatis.

Actum Romae die xiv Februarii, anno Domini MCMXXXIX, sede apostolica vacante.

IOANNES FERRARO
Cancellarius Revmi Capituli Vaticani.

Complures item reverenter adstabant fideles, clerici, religiosi ac laici, qui omnes Summo Pastori ac Patri, quem merito deflet per Orbem Ecclesia Christi, extrema pietatis officia moerentes persolvebant.

EXSEQUIAE SOLLEMNIORES IN BASILICA VATICANA

A die dominica, xn Februarii mensis, per sex dies ¡ novendialibus exsequiis in Basilica vaticana ante altare Cathedrae a Capitulo celebratis, pro tribus extremis exsequiarum diebus haec a Caeremoniarum Praefecto edita est

INTIMATIO PER CURSORES FACIENDA, DOMI DIMISSO EXEMPLARI

Sabbato, die 18 februarii 1939, bora decima cum dimidio, in Vaticana Basilica, in exsequiis pro anima sa. me. Pii Pp. **XI,** Missam cantabit Emus ac Revmus **I).** Card. Angelus Dolci Episcopus Praenestinus.

Post Missam fiet solemnis Absolutio circa castrum doloris cum assistentia Emorum et Rmorum DD. Cardinalium :

Michaelis de Faulhaber,
Francisci A. Vidal y Barraquer,
Ioannis Baptistae Nasalli Rocca,
Alexandri Verde.

Dominica, die 19 Februarii, eadem hora et in eadem Basilica, Missam cantabit Eíous ac Rmus D. Card. Alexius Ascalesi, et in solemni absolutione assistent Emi et Rmi DD. Cardinales :

Iosephus Ernestus Van Roey,
Augustus Hlond,
Petrus Segura y Saenz,
Georgius Seredi.

Feria II, die 20 Februarii, loco et hora praedictis, Missa celebrabitur ab Emo et Rmo D. Card. **A.** Ildefonso Schuster. Expleta Missa, recitafoitur oratio in laudem defuncti Summi Pontificis, et postea fiet absolutio solemnis cum assistentia Emorum et Rmorum DD. Cardinalium :

Dionysii Dougherty,
Georgii Gulielmi Mundelein,
Emmanuelis Gonçalves Cerejeira,
Eugenii Pacelli.

Emi et Rmi DD., qui in actu Absolutionis induere debent Pluviale cum stola, deferre faciant Amictum et Mitram simplicem ex serico damasceno.

Pro Caudatariis vero Superpelliceum et Velum pro sustinenda Mitra deferentur.

Intimentur omnes et singuli Emi ac Rmi Domini S. R. E. Cardinales, qui, vestibus laneis, rocheto simplici et cappis sericis violacei» cum pellibus armellineis induti, intererunt.

Cappas assument in Aula Canonicorum prope Sacrarium Basilicae Vaticanae.

Cappellani Caudatarii induent croceas super consuetas vestes séricas.

Intimentur quoque Vice-Camerarius, Auditor et Thesaurarius generalis R. C. A., Archiepiscopi, Episcopi, Adsessores et Secretarii SS. RR. Congregationum, Protonotarii, Abbates et Generales Ordinum, Auditores Rotae, Clerici Camerae Apostolicae, Votantes Signaturae (qui cappas non induent, sed mantelletum et vestem nigri coloris cum rocheto simplici assument), Advocati Consistoriales et Procuratores Ordinum Regularium.

De mandato Emi et Rmi Domini Cardinalis Decani

Carolus Respighi,
Protonotarius Apostolicus, Oaerem. Sedis Apostolicae Praefectus.

Quae omnia, diebus et horis statutis, rite et religiose peracta sunt, Magistro Laurentio Perosi concentum chori ducente

Exsequiis sollemnibus intervenerunt Emus Princeps Ludovicus Chigi Albani della Rovere, S. M. Ordinis Hierosolymitani Magnus Magister, Excelsi Viri Legati exterarum Civitatum, Nepotes, defuncti Summi Pontificis, Gubernator Civitatis Vaticanae, Patricii Nobilesque Romani.

Etsi Legati extraordinarii grato ofiicio recusati fuerint, aderant tamen Excmus Comes Szembek, Subsecretarius exteris negotiis gerendis in Polonia, de mandato speciali Praesidis Reipublicae et ei. Doctor Vladimirus Antoniewicz, Rector Magnificus Studiorum Universitatis Varsoviensis una cum delegatione aliarum polonarum Studiorum Universitatum.

Consilium Municipii Lutetiae Parisiorum deputaverat cl. Viros Lo Provost de Launay, Praesidem, et Victorem Bucaille, Adsessorem. Nec deerat Pontificiae Academiae Scientiarum Praeses cum Sociis.

Ad tumuli basim quatuor defuncti elogia legebantur a Revmo D. Antonio Bacci ita conscripta :

I

INTEGERRIMVS • VERITATIS • CVSTOS
ERVMPENTES • ERRORES
INVICTO • PECTORE • REPRESSIT • PROPLIGAVIT
.ABERRANTES • REVOCANS • OMNES
AD • CATHOLICAE • FIDEI • VNITATEM

II

CVLTIORIS • HVMÀNITATIS '• FAVTOR
SACRAS • PROFANASQVE • DISCIPLINAS • PROVEXIT
STVDIORVMQVE . DOMICILIA
EXCITAVIT
AD • MELIOREM • FORMAM • REDEGIT

III

VNIVERSAE • HÖMINVM • FAMILIAE
TOT • DISCIDIIS • DOLORIBVSQVE • ANXIAE
FRATERNAM • CONCORDIAM
IUSTITIA • DVCE • CARITATEQUE • AUSPICE
PATERNO - SVASIT • ANIMO

IV

IVSTAE • LIBERTATIS • VINDEX • ACERRIMUS
INIVRIAS • QUASLIBET • ECCLESIAE • ILLATAS • COMPESCVIT
VETERRIMAQVE • DISSENSIONIS • CAVSA • DELETA
PACEM • ITALIAE
INTEGRIS • RELIGIONIS • IVRIBVS • RESTITVIT

A. BACO.

Die vero xx Februarii, ultima exsequiarum, a Revmo D. Angelo Perugini a Secretis litteris latinis scribendis, haec habita est

ORATIO DE PONTIFICE DEFUNCTO

((Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti » (Dan., XII, 3).

Decem ante dies, Pius undecimus placide e vita migravit, omnes Christi fideles afficiens moerore luctuque, cuius echo per universum orbem resonuit. Ipse quidem aevum sempiternum inivit, sed hisce in terris amplissimum doctrinarum splendorem mirificamque operum segetem reliquit. Tanto nomini nullum par elogium!

Non est hic locus, Eminentissimi Principes, non est tempus singula persequendi, quae comploratus Pontifex praeclare gessit. Sed, quoniam mihi contigit, iussu mandatuque vestro, de diuturno gloriosoque pontificatu verba facere, enitar, ut praecipuam eius apostolici muneris partem per summa capita referam, eam scilicet peculiariter attinentem ad doctrinam ex Litteris Encyclicis desumptam, quae quidem ideo datae sunt, ut suaderent ac foverent pacem mentium et animorum, pacem domesticam et civilem, pacem inter populos gentesque universas, iuxta illud signum : *Pax Christi in Regno Christi.*

Priusquam vero de Pontificis doctrina loquar, eius vitam leviter attingam.

Achilles Ratti, Deusii apud Mediolanum ortus, humanis sacrisque litteris, primo ad Sancti Petri Martyris, Modiciae ac Mediolani, dein heic Romae, alacrem operam impendit. Sacerdotio in Archibasilica Lateranensi initiatus, in plurimis doctrinarum studiis excolendis vel fovendis quinque et triginta annos peregit, sive in Seminario Mediolanensi, sive potissimum in eximiis Bibliothecis Ambrosiana et Vaticana, quarum moderamen cum tanta doctorum utilitate sustinuit. Interea, solida institutus pietate ac proximorum caritate incensus, sacrum ministerium assidue obiit in bonum praecipue adulescentium ac parvulorum, quorum dociles animos exemplo ac verbo ad christianas virtutes An-gebat. Annuis vero a munere vacationibus, plerumque summa Alpium culmina praestantibus viribus scandebat; e sublimi enim specula mirificos latissimosque conspectus intuitus, ingentes montium coronas et imas viridesque valles niviumque candorem et caerulei caeli convexa, denique magnitudinem gloriamque Dei propioris iucundissime oculis animoque hauriebat. Hisce corporis animique exercitationibus, iisque praesertim mentis curriculis, futurus Ecclesiae Magister praeclaras

Koht, *Ministre des Affaires Etrangères.*

Ex **NOVA ZELANDIA :**

My Prime Minister would be grateful if an expression of the profound regret of the Government and people of New Zealand on the death of His Holiness Pope Pius XI can be conveyed to the Vatican. The untiring efforts of His Holiness in the cause of peace and justice and his courage and dévotion to duty despite his failing healt ha ve won the grateful admiration of the whole world and the passing of His Holiness will be deeply mourned in t his Dominion.

Governor General of New Zealand.

Ex **PANAMA :**

En nombre del Gobierno y pueblo panameños ruego a Vuecencia aceptar la expresión de nuestra profunda condolencia con motivo del fallecimiento del Santo Padre Pio XI que ha llenado de costernación a todo el universo.

Garay, *Ministro de Relaciones exteriores de Panama.*

Ex **PARAGUAY :**

Quiera Vuestra Eminencia Reverendísima aceptar los sentimientos profundos de pesar que formulo nombre pueblo Paraguayo y mio en ocasión fallecimiento Sumo Pontífice Su Santidad Pio XI.

Felix Paiva, *Presidente República del Paraguay.*

Ex **PERUVIA :**

En nombre del Gobierno y del pueblo peruanos y en el mio propio trasmito al Sacro Colegio Cardenalicio el hondo y sincero dolor con que nos asociamos al duelo que aflije a la Cristiandad por el fallecimiento de Su Santidad Pio XI de gloriosa memoria. Al expresar a Vuestra Eminencia estos sentimientos reiteróle la seguridad de nuestra adhesión filial a la Sede Apostólica.

General O. R. Benavides, *Presidente del Perú.*

Dígnese aceptar Vuestra Eminencia los sentimientos de profundo dolor con que el Gobierno del Perú se asocia al duelo de la Iglesia católica con motivo del sensible fallecimiento del Augusto Pontífice Su Santidad Pío XI.

Carlos Concha,
Ministro de Relaciones Exteriores de Perú.

Ex PHILIPPINIS INSULIS :

As the head of this nation I feel that the greatest moral influence for peace has been lost to humanity and as a Catholic I mourn with millions of Catholic the death of our Holy Father. In my social justice policy I have found inspiration in the Encyclical letters of Pius XI. I express the sentiments of, my deep sorrow and that of the Filipins people.

Manuel Quezon.

Ex POLONIA :

Apprenant à l'instant avec la plus vive émotion la perte cruelle que vient de subir l'Eglise en la Personne de Sa Sainteté le Pape Pie XI je prie le Sacré Collège des Cardinaux de bien vouloir recevoir l'assurance de la part profonde que je prends avec toute la Pologne à la *dou*leur du monde chrétien. La mort du grand et très vénéré Pontife plonge dans un deuil particulièrement poignant la nation polonaise qui gardera à jamais un pieux et reconnaissant souvenir des trésors de bonté et d'intérêt paternel que lui a prodigué l'Auguste Défunt tant au cours de son insigne mission à Varsovie que pendant toute la durée de son glorieux règne apostolique.

Ignace Moscicki.

Vivement affecté par la douloureuse nouvelle du deuil cruel qui vient de frapper le monde catholique je prie Vos Eminences de bien vouloir agréer les condoléances très profondes et particulièrement émues du Gouvernement Polonais.

Slawoj Skladkowski.

Je prie Votre Eminence de bien vouloir recevoir l'expression de l'émotion la plus profondément attristée avec laquelle je prends part au grand deuil qui vient de s'étendre sur le monde catholique.

Beck.

EX ROMANIA : • . .

Je prie Votre Eminence de recevoir les condoléances les plus sincères et plus affligées que j'envoie à la chrétienté catholique pour la perte du grand Pontife qui fut Pius **XL** Carol **R**

Nuntius Apostolicus in Romania haec significavit:

« Patriarca, Presidente Consiglio, ha fatto esprimere sue vive condoglianze, con preghiera trasmetterle Eminenza Vostra ».

Cassulo.

Profondément ému par la mort de Sa Sainteté Pius XI, je prie Votre Eminence de vouloir bien agréer l'expression de la douloureuse part que je prends au nom du Gouvernement Royal ainsi qu'en mon nom propre au grand deuil qui frappe l'Eglise Catholique.

Gafencu, *Ministre des Affairés Etrangères.*

Ex **SANCTI MARINI REPUBLICA :**

Piangiamo col nostro popolo la morte del grande Pontefice Pio XI della cui immensa bontà imperituro sarà per tutti il ricordo, come per Noi in particolare la eco delle ultime amorevoli parole da lui pronunciate verso la Nostra Repubblica.

/ *Capitani Reggenti di San Marino* : Carlo Balsimelli, Celio G ozi — *Il Segretario di Stato* : Giuliano G ozi.

Ex **SANCTI SALVATORIS REPUBLICA :**

Deplorando con mi Gobierno fallecimiento Santidad Pío XI presento V. E. sincera condolencia. . . ,,. . ^ „ _ .

Araujo, *Ministro Relaciones.*

Ex **SÍNICA REPUBLICA :**

Esprimo una parola di viva condoglianza al sonante lamento del mondo intero per la morte del giusto Sovrano alla cui mente nessun paese è stato straniero, che spesso si dimostrò sollecito della Cina e morendo non obliò la da lui tanto bramata pace mondiale.

Chiang-Kai-Shek.

I learn with grief the passing of His Holiness Pope Pius XI. I recali with appréciation His friendly interest and His kindly regards for me personally; in H im was found a genuine lover of peace and righteousness.

H. H. Kung, *President of the Executive yuan of China,.*

Ex **STATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTRIONALIS :**

The President desires me to express to Your Eminence the proto und condolences on the death of His Holiness the Pope Pius XI. His great spiritual qualifies and his zeal for peace and tolérance won him a place in the hearts of ali races and creeds. The news of his passing has beeil received with deep sorrow throughout the United States.

Cordell Hull,
Secretari/ o f State o f the United States o f America..

EX **SUECIA :**

Ayant appris avec profond chagrin le décès du Pape, je vous exprime ma vive sympathie et mes très sincères condoléances.

Gustav **R.**

Profondément ému par la nouvelle du décès de Sa Sainteté Pie XI je prie Votre Eminence agréer mes sincères condoléances pour la grande perte que vient de frapper l'Eglise Catholique entière.

Gustaf Adolf, *Prince Royal Régent.*

Vivement ému par la nouvelle du décès de Sa Sainteté Pie XI et dan* un sentiment de profond respect pour Sa haute Personnalité et Son activité soutenue pour la conciliation des Peuples, je prie Votre Eminence d'accepter les sincères condoléances du Gouvernement Suédois.

Sandler, *Ministre Affaires Etrangères.*

Ex SYRIA :

Au nom du Gouvernement République Syrienne partageant deuil chrétienne par suite décès Sa Sainteté Pie XI je présente à Votre Eminence expression pronfondes condoléances.

Saadlah Djabri, *Ministre Affaires Etrangères.*

Ex URUGUAY :

El duel que afflige a la cristiandad en ocasión del fallecimiento de] Sumo Pontífice Su Santidad Pío XI halla un eco sincero en el corazón del pueblo católico del Uruguay. Deseo hacer llegar a Vuestra Eminencia interpretando esos sentimientos de dolor la expresión de mis personales condolencias. Estoy cierto que el juicio que merecerá de la Historia el ilustre Pontífice desaparecido no dejará al apreciar su vasta y fecunda acción de poner de rilieve los desvelos nunca interrumpidos en favor de la paz y de la concordia entre los hombres que constituyeron una de las más profundas preocupaciones de Su selecto espíritu.

Alfredo Baldomir,
Presidente República Oriental del Uruguay.

Ex VENETIOLA :

El gobierno y el pueblo de Venezuela deploran profundamente la muerte de **S. S.** Pío XI cuvas esclarecidas virtudes y eminentes servicios a la Iglesia y a la humanidad han hecho memorable su Pontificado. Reciba V. E. muy sincera expresión de condolencia.

E. Lopez Contreras, *Presidente de Venezuela.*

Sírvase presentar a Su Eminencia el Cardinal Secretario de Estado el pésame del Gobierno de Venezuela. El Ejecutivo dictará hoy un decreto declarando duelo público por el fallecimiento del Ilustre Pontífice.

Gil Borges, *Presidente del Gobierno de los Estados Unidos de Venezuela.*

Con sincero sentimiento de pena la Nación Venezolana se asocia al duelo de la Iglesia y de la Cristiandad por la muerte del ilustre Pontífice Pío XI. Reciba **V.** E. muy sentida condolencia.

E. Gil. Borges,
Ministro de Relaciones Exteriores de Venezuela.

Ex NATIONUM SOCIETATE :

Je prie Votre Eminence d'agréer et de vouloir bien offrir au Sacré Collège ma très respectueuse expression des sentiments de profonde affliction dans le deuil qui attriste l'Eglise et l'humanité toute entière.

Avenol, *Secrétaire Général de la Société des Nations.*

mam

« Cum fere innumera testimonia pietatis et obsequii recepta sint, non solum a Civitatibus, verum etiam a municipii®, consociationibus, clarissimis viris publicis et privatis, quin ea recolantur, quae ab omni ordine Cleri tum saecularis tum regularis pervenerunt; cumque fieri prorsus nequeat ut singulatim respondeatur, Sacrum Collegium publice Me gratum animum significavit erga omnes quotquot Ecclesiae luctum participarunt ».

An. et **Yol.** XXXI 3 Martii 1939 (Ser. II, r. YI) - Num. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNÜNTIO VOBIS GAUDIUM MAGNUM

HABEMUS PAPAM

EMUM AC RMUM DOMINUM CARDINALEM

EUGENIUM PACELLI

QUI SIBI NOMEN IMPOSUIT

PIUM XII

Laetissimum hoc praeconium ab Emo P. D. Camillo Caccia Domiiiioni, S. R. E. Cardinali Protodiacono, e superiore porticu patriarchalis Basilicae Vaticanae prolatum est feria V, die 2 Martii 1939, hora 18,7.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII DIVINA PROVIDENTIA PAPAE XII

NUNTIUS RADIOPHONICUS

E SACELLO SIXTINO, DIE III MARTII MENSIS, ANNO MCMXXXIX

AD UNIVERSUM CATHOLICUM ORBEM DATUS

Dum gravissimum Summi Pontificatus onus, quod Deus, arcano Providentiae Suae consilio, Nostris humeris imposuit, vehementer Nos commovet ac propemodum animum frangit Nostrum, necessitate quadam compellimur ut mentem ita paternum alloquium ad universum Catholicum Orbem convertere.

Ac principio dilectissimos e Sacro Collegio Filios Nostros, quorum pietatem, virtutem, praeclaraque animi ornamenta diuturna consuetudine cognovimus, amantissima voluntate complectimur; Venerabilibus dein in episcopatu Fratribus singulis universis bene precamur omnia ; sacerdotibus item Iesu Christi administris ac dispensatoribus mysteriorum Dei, religiosis viris ac mulieribus benedicimus, atque iis etiam, qui sive sacris expeditionibus operam dantes Iesu Christi Regnum usquequaque provehant, sive in Catholica Actione Episcoporum ductu militantes, hierarchicum eorum apostolatum adiuvant ; omnibus denique quos ubique terrarum habemus filiis, iisque praesertim qui vel rerum inopia laborant, vel doloribus afficiuntur, caelestia munera supernaque solacia imploramus.

Attamen mens Nostra ad eos quoque fertur omnes, qui extra Catholicae Ecclesiae saepta versantur; quique, ut conlidimus, libenter accipient divina auxilia esse a Nobis, hac sollemni hora, sibi a Deo Optimo Maximo Nostris precibus implorata.

Ac Nostro huic paterno nuntio omen pacis adiicere invita-

tionemque cupimus. Pacem, dicimus, quam Noster piae recordationis Decessor tam impense hominibus suasit tamque enixis precibus imploravit, ut suam Deo vitam pro concilianda hominum concordia ultro devovere! Pacem, Dei munus pulcherrimum, quae exsuperat omnem sensum; pacem, quam cordati omnes non expetere non possunt; pacem denique, quae ex iustitia caritateque oritur. Ad pacem illam adhortamur omnes, quae animos amicitia Dei coniunctos ref ovet, quaeque domesticum convictum sacro Iesu Christi amore temperat atque componit; ad pacem, quae nationes ac gentes per mutuum fraternumque auxilium coniungit: ad pacem denique atque concordiam ita inter Nationes instaurandam, ut singulae gentes mutua consensione, amico foedere atque adiutrice opera, ad universae hominum familiae profectum felicitatemque, aspirante iuvanteque Deo, contendant.

Ac praeterea, trepidis hisce temporibus, dum tot tantaeque difficultates eam veri nominis pacem, quam omnes vehementissime exoptant, prohibere atque arcere videntur, supplices ad Deum admovemus preces, pro iis omnibus qui publicae rei praesunt, et ad quos gravissimum ac perhonorificum onus pertinet populos perducendi ad prosperitatem civilemque progressionem.

En vobis, Dilecti Filii Nostri, en vobis, Venerabiles Fratres, vobisque, amantissimi filii, primum quod Deus e Nostro prompsit Patris animo votum.

Nostrisque utique obversantur oculis gravissima quibus conflictantur homines mala, quibusque inermes Nos, at Summi Dei auxilio nisos, opus est mederi. A Divo Paulo mutuati verba « Capite nos ! » (II Cor., VII, 2) hortamur omnes. In hanc profecto erigimur spem vos flagrantissimum hoc Nostrum conciliandae pacis votum minime esse destituturos. Post Dei opem, promptae alacrique voluntati vestrae, maximopere confidimus.

Utinam Christus Dominus, «de cuius plenitudine omnes nos accepimus» (Io., I, 16) optato huic Nostro e coelo adsit, atque illud, solacia ac bona omnia portendens, per universum terrarum orbem diffundat; auspice quidem Apostolica Benedictione, quam Nos peramanter impertimus.

ACTA pn PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

Ï

DE MAIUNGA ET ALIORUM
(DE MORONDAVAÌ

A VICARIATIBUS APOSTOLICIS DE MAIUNGA^ DE TANANARIVE, DE FIANARANTSOA, DE ANTSIRABÈ TERRITORII PARS SEIUNGITUR„ EX QUA NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA ((DE MORONDAVA ».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo Evangelici operarii inter infideles populos adlaborantes munus sibi creditum facilius ac salubrius obire valeant, non parum sane iuvat Missionum territorium plerumque latissimum dividere et novas exinde Missiones constituere, aliorum Pastorum regimini concredendas. Huiusmodi divisio quam maxime opportuna reique accommodata nunc visa est in Madagascar insulae regionibus, quae ad occidentem solem spectant, ut ibi Christiano nomini propagando aptius consulatur. Quamobrem, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, Nos, omnibus mature perpensis, et suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine, eam districtuum civilium de *Maintirano* et de *Morafenobe* partem ad Vicariatum Apostolicum de Maiunga pertinentem, atque ceteram eorumdem districtuum partem ad Vicariatum Apostolicum de Tananarive spectantem ab ipsorum Vicariatuum territorio seiungimus. Item regionem de *Bakalavia* ad Vicariatus de Fianarantsoa, de Antsirabé et de Tananarive pertinentem, excepta tamen ea districtus de *Ansalova* parte, quae locum administrativum civilem de *Ankavandra* complectitur, atque illam regionis civilis de *Tulear* partem, quae intra

Vicariatus de Fianarantsoa fines continetur, ab ipsis Vicariatibus de Tananarive, de Antsirabé et de Fianarantsoa distrahimus. Totum autem territorium ita avulsum in novam erigimus et constituimus Praefecturam Apostolicam, quam « *de Morondava* » nuncupari decernimus, eamque Congregationis Missionariorum a « La Salette » sodalium qui iam in Vicariatu de Antsirabé tam sollerter adlaborant, curis, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis beneplacitum, committimus. Huic ergo novae Praefecturae Apostolicae de Morondava eiusque pro tempore Antistitibus omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rara ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti, decreti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die octava mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. B. E.

P. Card. FUMA SONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Carolus Respighi, *Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco 68 Plumbi

Reg. in, Cane. Ap., Vol. LVIII, n. 65. - **Al. Trussardi.**

II

HAILEYBURENSIS ET DE ONTARIO SEPTEMTRIONALI (HEARSTENSIS)

DS DIOECESIS H *M* LEYBTJRENSIS ET VICARIATUS APOSTOLICI DE ONTARIO SEPTEMTRIONALI DISMEMBRATIONE, AC DE NOVAE DIOECESIS HEARSTENSIS, METROPOLITANAE ECCLESIAE OTTAVIENSI SUFFRAGANEA, ERECTIONE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Maxime interest ad animarum bonum satius provehendum ecclesiasticam circumscriptionem ita ordinari ut fidelium necessitatibus, pro temporum et locorum adiunctis, apprime respondeat. Cum itaque hac de causa ab Apostolica Sede expostulatum sit, ut dioecesis Haileyburensis et Vicariatus Apostolicus de Ontario Septentrionali dismembrarentur ad novam erigendam dioecesim, Nos, habito consensu venerabilium Fratrum Aloisii Rhéaume, praefatae dioecesis Episcopi, atque Ioseph Haelé, illius Vicariatus Vicarii Apostolici, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, porrectis Nobis precibus annuendum censuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, tam e dioecesi Haileyburensi, quam e Vicariatu de Ontario Septentrionali territorii partes seiungimus, ex quibus novam erigimus dioecesim, quae finibus qui sequuntur circumscribetur. Ad *septemtrionern* : a parallela gradus 50°,45',23" latitudinis septemtrionalis in civili provincia *Ontario,* incipiendo a puncto, quo eadem parallela attingit extremam partem septemtrionalem lineae *Heigt o f Land* apud lacum *Mojilcit* usque ad fines provinciae civilis *Québec.* Ad *orientem :* a limite inter provincias civiles *Ontario* et *Québec* usque ad lacum *Ábitibi.* Ad *meridiem:* a litore septemtrionali eiusdem lacus usque ad intersectionem cum linea parallela a qua limes meridionalis *township Berry* definitur, dein per eamdem parallelam, ad occidentem vertentem, usque ad limitem orientalem *township Aitken,* per lineam meridianam, ad austrum vergentem, usque ad parallelam quae terminat limitem meridionalem *township Pharaad,* et, per eamdem lineam vertentem ad orien-

tem, usque ad intersectionem lineae *Heigt of Land.* Ad *meridiem* et *occirdentem:* per eamdem lineam *Heigt of Land* quousque ipsa incidit in extremum limitem septemtrionalem dioecesis uti supra descriptum. Novam hanc dioecesim ab *Hearst* urbe « Hearstensem » nuncupari volumus, ipsiusque episcopalem sedem in eadem urbe *Hearst* constituimus quam propterea ad civitatis episcopalis fastigium extollimus eidemque omnia tribuimus privilegia et iura quibus ceterae civitates episcopales iure communi fruuntur. Episcopi vero cathedram in ecclesia Beatae Mariae Virginis in Coelum Assumptae, in eadem urbe exstante, Agimus, ipsamque proinde ad Ecclesiae Cathedralis gradum et dignitatem evehimus. Episcopo autem pro tempore Hearstensi et praefatae Cathedrali Ecclesiae omnia concedimus iura et privilegia, honores, insignia, favores et gratias, quibus ceterae Cathedrales Ecclesiae earumque Antistites iure communi fruuntur et gaudent, illamque Ecclesiam Hearstensem eiusque Episcopum iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus aliae Cathedrales earumque Antistites adstringuntur. Ad dotem insuper huius novae dioecesis constituendam, Episcopis pro tempore Hearstensibus ius tribuimus imponendi iuxta morem aliorum Episcoporum qui in ditione Canadensi Ecclesiis Cathedralibus praesunt, taxas ad instar cathedratici, aliaque iuxta Sacros Canones onera, quibus ipsius dioecesis necessitatibus rite consuli possit. Praeterea Dioecesim Hearstensem suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Ottaviensi illiusque pro tempore Episcopos metropolitico iuri Archiepiscopi Ottaviensis subiicimus. Quod autem attinet ad Capituli Cathedralis erectionem, vel Consultorum coetus constitutionem, ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem, ad Seminarii dioecesani institutionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae Sacri Canones praescribunt. Quod vero ad clerum praecipue spectat, statuimus ut simul ac novae huius dioecesis erectio ad exsecutionem deducta fuerit, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio .legitime exstant. Iubemus denique omnia documenta et acta, quae novam dioecesim respiciunt, quam primum fieri poterit, a cancellariis dioecesis Haileyburensis et Vicariatus Apostolici de Ontario Septentrionali dioecesis Hearstensis curiae tradi, ut in eius archivo religiose asserventur. Ad quae omnia ut supra disposita executioni mandanda venerabilem Fratrem Hildebrandum Antoniutti, Archiepiscopum titularem Synnadensem in Phrygia, Delegatum Apostolicum in Canadensi Ditione deligimus eique propterea omnes tribuimus facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica

dignitate constitutum; eidemque onus facimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar ad S. Congregationem Consistorialem intra sex menses transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint. auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus insuper *ut* harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, concessionis, subiectionis, statuti, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, -die tertia mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno septimo decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIAN1
Cancellarius S. R. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. O. Consistorialis a> Secretis

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco i$l Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LX, n. 58. **- AL Trussardi.**

III

HAILEYBITRENSIS

(AMOSENSIS)

A DIOECESIS HAILEYBURENSIS TERRITORIO PARS SEIUNGITUR, EX QUA NOVA ERIGITUR DIOECESIS^ <(AMOSENSIS » NUNCUPANDA, METROPOLITANAE ECCLESIAE QUEBECENSI SUFFRAGANEA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christifidelium bonum et pastoralis muneris ratio quandoque exigunt ut nimis amplum dioecesium territorium in partes dividatur et, illarum finibus proinde mutatis, aliae novae constituantur dioeceses aliis concedendae Antistitibus. Quod quidem animo perpendentes, Nos hac ipsa die Apostolicis sub plumbo Litteris *Maxime interest* ex amplissimo dioecesis Haileyburensis et Vicariatus Apostolici de Ontario Septemtrionali territorio partes seiuximus et novam ereximus dioecesim Hearstensem; aliis vero sub plumbo Litteris *Ad christiani populi,* in regione circa sinum *James* ex altera eiusdem dioecesis Haileyburensis avulsa parte et ex residuo praefati Vicariatus Apostolici territorio novum ereximus Vicariatum Apostolicum *Sinus IacoM.* Cum vero supplices Apostolicae Sedi porrectae sint preces ut ex ipsa dioecesi Haileyburensi alia dismembraretur pars, qua nova altera erigeretur dioecesis, Nos, habito voto venerabilis Fratris Aloisii Rhéaume, eiusdem dioecesis Episcopi, oblatis Nobis precibus annuendum censuimus. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae potestatis plenitudine, a dioecesis Haileyburensis territorio partem meridionalem seiungimus, cuius limites ita erunt. Ad *septemtrionem* : linea gradus 50^{mi}, 45' 23" latitudinis septemtrionalis, incipiendo a puncto intersectionis cum linea *Hauteur des terres* usque ad intersectionem cum limite occidentali provinciae civilis *Quebec.* Ad *occidentem* : idem limes memoratae provinciae usque ad finem septemtrionalem comitatus *Temiscamingue.* Ad *meridiem* : linea recta quae partim sequitur eumdem finem septemtrionalem comitatus *Temiscamin-*

gue, partim procedit usque ad litus orientale lacus *Malartic,* inde linea quae, descendens per idem litus usque ad flumen *Barricano,,* per cursum ipsius fluminis lacum *Montigny* attingit; litus orientale tum eiusdem lacus, tum lacus *Le Moine* circumit usque ad limitem septemtrionalem comitatus *Temiscamingue,* per eumdem pergit ad distrinctum *Vanquelin,* vertit ad austrum iuxta limitem comitatus *Temiscamingue,* postea prosequitur primum ad orientem usque ad comitatum *Montcalm,* dein, ad austrum inclinans, iuxta limitem comitatus *Pontiac* usque ad extremum limitem septemtrionalem comitatus *Qatineau,* atque demum iuxta parallelam imagi nariam attingit limitem occidentalem comitatus *St. Maurice.* Ad *orientem :* linea quae finem designat inter comitatum *St.* ***Mattrrice*** et comitatum *MasTcinougé* usque ad territorium *Abitïbi,* quaeque deinde sequitur limitem ipsius comitatus *Abitïbi* primum ad orientem, postea ad septentrionem quousque tangit lineam *Hauteur des terres,* ac tandem per eamdem usque ad intersectionem finis septemtrionalis dioecesis supra descripti. Ex ita avulso territorio novam erigimus dioecesim, quam ab *Amos* urbe *Amosensem* nuncupari decernimus. Huius novae Dioecesis episcopalem sedem in ipsa urbe *Amos* constituimus, quam proinde ad civitatis episcopalis fastigium extollimus eique tribuimus omnia privilegia et iura, quibus ceterae civitates episcopales iure communi pollent. Episcopi vero cathedram in ecclesia paroeciali S. Teresiae Virginis, in eadem urbe exstante, figimus, quam propterea ad Ecclesiae Cathedralis gradum et dignitatem evehimus. Episcopo autem pro tempore Amosensi eidemque Cathedrali Ecclesiae omnia pariter concedimus iura et privilegia, honores, insignia, favores et gratias, quibus ceterae Cathedrales Ecclesiae earumque Antistites iure communi fruuntur illosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceterae Cathedrales earumque Praesules adstringuntur. Dioecesim vero Amosensem suftraganeam constituimus Metropolitanae Ecclesiae Quebecensi illiusque pro tempore Episcopos metropolitico iuri Archiepiscopi Quebecensis subiicimus. Ad dotem huius novae Dioecesis constituendam ius tribuimus Episcopo Amosensi imponendi, iuxta morem aliorum Episcoporum, qui in Canadensi ditione Ecclesias Cathedrales regunt, taxas ad instar cathedratici aliaque iuxta sacros canones onera, quibus ipsius Dioecesis necessitatibus consuli possit. Quod autem attinet ad Capituli Cathedralis erectionem, vel Consultorum coetus constitutionem, ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem, ad Seminarii dioecesani institutionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, rite servanda iubemus quae sacri canones praescribunt.

Quod vero ad clerum praecipue spectat statuimus ut simul ac novae huius Dioecesis erectionis Litterae ad exsecutionem deductae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime exstant. Iubemus denique omnia documenta et acta, quae novam Dioecesim respiciunt, a Cancellaria Dioecesis Haileyburensis Curiae episcopali Amosensi, quam primum fieri poterit, tradi, ut in eius archivo religiose serventur. Ad quae omnia ut supra disposita executioni mandanda venerabilem Fratrem Hildebrandum Antoniutti, Archiepiscopum titularem Synnadensem in Phrygia, Delegatum Apostolicum in Canadensi Ditione deligimus, eique propterea omnes tribuimus facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus authenticum peractae executionis actorum exemplar ad S. Congregationem Consistorialem quamprimum transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, veí obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato defectu, notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus insuper ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel oificio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, concessionis, subiectionis, statuti, mandati, delegationis, derogationis et voluntatis nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero hoc attentare ausu temerario praesumpserit, indignationem omni-

potentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die tertia mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno septimo decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
8. C. Consistorialis a Secretis

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost:*

Loco £& Plumbi

***Reg. m Cane. Ap., Vol. LX,* ». 57. - Al. Trussardi.**

IV

HAILEYBURENSIS
ET VICAR. APOST, DE ONTARIO SEPTEMTRIONALI
(SINUS IACOBI)

EX DIOECESIS HAILEYBURENSIS AVULSA PARTE ET EX RESIDUA IAM IMMINUTI TERRITORII VICARIATUS APOSTOLICI DE ONTARIO SEPTEMTRIONALI PARTE NOVUS ERIGITUR VICARIATUS APOSTOLICUS « SINUS IACOBI ».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad christiani populi disciplinae incrementum et spiritualis regiminis utilitatem plurimum confert ut ecclesiasticae circumscriptiones, si rerum temporumque adiuncta i<^ exigant, opportune immutentur. Quod quidem animo perpendentes Nos per Apostolicas sub plumbo Litteras *Masoime interest,* hac ipsa die datas, ex amplissimo dioecesis Haileyburensis et Vicariatus Apostolici de Ontario Septentrionali territorio partes seiunximus et novam exinde dioecesim Hearstensem ereximus; per alteras vero Apostolicas Litteras *Christifidelium bonum* aliam separavimus partem ex eiusdem dioecesis Haileyburensis territorio et novam alteram dioecesim Amosensem constituimus. Quum vero eadem de causa a Nobis expostulatum sit ut in regione circa Sinum *James,* extincto praefato Vicariatu Apostolico de Ontario Septemtrionali, novus erigeretur Vica-

riatus Apostolicus, Nos, consentientibus venerabilibus Fratribus Aloisio Rhéaume, Episcopo Haileyburensi, et Ioseph Ioanne Baptista Hallé, Vicario Apostolico de Ontario Septemtrionali, sub quorum dicione regio illa exstat, omnibus mature perpensis, oblatis Nobis precibus libenter annuere censuimus. Quare,- suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, dioecesis Haileyburensis partem septemtrionalem supra 51^{am} lineam parallelam perpetuo separamus, ipsamque, residuo territorio auctam Vicariatus Apostolici de Ontario Septemtrionali, quem proinde extinguimus, in novum erigimus Vicariatum Apostolicum, quem *Sinus Iacobi* nuncupari volumus ac decernimus. Eius autem fines prout sequitur praefinimus. *Ad occidentem* : a linea meridiana 91^{a}, incipiendo ab eiusdem inter sectione cum linea parallela 58^{a} usque ad parallelam 50^{am} 45' 23" latitudinis septemtrionalis; *ad meridiem :* per eamdem parallelam 50^{am} 45' 23" quousque lineam attingit *Height of Land; ad orientem :* per ipsam lineam usque ad intersectionem lineae meridianae 72^{ae} et per eam usque ad gradum 56um latitudinis; *ad septemtrionem* : per fluminis *Apiskigamisk* cursum, per lacum eiusdem nominis et per flumen *Creat Whale* quousque in Sinum *James* influit, ab eoque per lineam rectam usque ad meridianam 82^{am}; dein per ipsam, septemtrionem versus, usque ad parallelam 58^{ftm} et per eamdem usque ad lineam meridianam 91^{am}. Statuimus insuper ut novus iste Vicariatus Sinus Iacobi iurisdictioni Sacrae Congregationis de Propaganda Fide ad iuris communis normam subiectus sit atque ad ecclesiasticam provinciam Ottaviensem pertineat. Huic igitur novo Vicariatui Sinus Iacobi eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Ad quae omnia exsecutioni mandanda venerabilem Fratrem Hildebrandum Antoniutti, Archiepiscopum Synnadensem in Phrygia, Delegatum Apostolicum in Canadensi Ditione, d eligimus eique facultates tribuimus ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar quamprimum transmittendi. Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio

constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Nostris Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die tertia mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno septimo decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
8. C. Consistorialis a Secretis

Carolus Respighi, *Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco >B Plumbi

***Reg. in Cano. Ap., Vol. LX, n. 56.* - Al. Trussardi.**

V

DE KIENCHÁNGFÜ
(DE NANCHENG)

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE KIENCHANGFU AD VICARIATUS APOSTOLICI GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR, « DE NANCHENG » POSTHAC APPELLANDUS.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Praefectura Apostolica de Kienchangfu, Societati S. Columbani pro Missionibus apud Sinenses concredita, quae tantum per Missionariorum indefessos labores studiumque constans, Deo favente, incrementum postremis hisce temporibus suscepit, multiplicatis potissimum missionalibus operibus, fidelium temporumque necessitatibus consentaneis, digna sane visa est, quae ad maiorem dignitatis gradum ab hac Apostolica Sede provehatur. De venerabilium igitur Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, oblatis ad hoc Nobis per dilectum filium Societatis, quam supra diximus, S. Columbani Moderatorem Generalem precibus, quibus ipse

non solum expostulavit ut praefata Apostolica Praefectura de Kienchangfu in Vicariatum Apostolicum erigeretur, sed nomen quoque eius in *Nancheng,* quo tantum illa in praesenti appellari solet, mutaretur, Iubenti animo annuere censuimus, eo vel magis quod Societatis S. Columbani Evangelii praeconibus meritae laudis testimonium dare volumus, ut ad novos maioresque in dies apostolicos exantlandos labores eorum animus accendatur. Suppleto itaque, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui yua interesse praesumant consensu, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Praefecturam Apostolicam de Kienchangfu ad maiorem gradum et dignitatem extollentes, Nos in Vicariatum Apostolicum erigimus et constituimus, atque Vicariatum Apostolicum *de Nancheng* posthac nuncupari iubemus, eumque Societati S. Oolumbani, sicut antea, concreditum volumus, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum. Novo igitur Apostolico huic Vicariatui *de Nancheng* eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die tertiadecima mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno septimo decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Ludo vicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

Reg. in Canc. Ap., Vol. LX, n. 58. **- Al. Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

NOVA DELEGATIO APOSTOLICA IN BRITANNIA CONSTITUITUR

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Paterna caritas, qua christifideles omnes complectimur, Nos instanter admonet ut eorum salati et profectui quantum in Domino possumus consulamus. Hac profecto de causa cum praeterito iam saeculo Ecclesiastica Hierarchia in regno Britannico feliciter sit restituta et nova exinde sint habita rei catholicae incrementa, valde opportunum nunc Nobis visum est ut Delegatus quoque Apostolicae Sedis in eadem natione constitueretur, ut Ecclesiae Christifideliumque bonum uberius ibi faciliusque promoveatur. Audita propterea Sacra Consistoriali Congregatione, hisce Litteris Apostolicis atque auctoritate Nostra pro Britannia ex nunc Delegationem Apostolicam erigimus, sede eiusdem Londini constituta, eidemque Delegationi omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, officia atque indulta, quae huiusmodi Delegationum iure communi propria sunt. Haec, quae in utilitatem nobilissimae Britannicae gentis fore confidimus, in Domino statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Delegationi Apostolicae per Nos in Britannia constitutae nunc et in posterum suffragari; sicque rite iudicandum esse et definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate quaelibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi m. Novembris an. MCMXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

An. et **Vol. XXXI** 31 Martii 1939 (Ser. II, **v. VI)** - Num. **4**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

CONCLAVE ET EXALTATIO

SSMI DOMINI NOSTRI PII PP. XII

CONCLAVIS ADPARATIO

Ad normam Constitutionis Pii Pp. X, *Vacante Sede Apostolica,* d. d. 25 Decembris 1904, Emi ac Revmi Patres S. R. E. Cardinales a die insequenti obitum Pii XI f. r., xi mensis Februarii 1939, usque ad diem qua Conclave ingressi sunt, hoc est primam mensis Martii eiusdem anni, quotidie Congregationes generales praeparatorias habuerunt, hora 10 in Aula Consistoriali palatii Vaticani, exceptis tribus diebus, 18, 19 et 20 Februarii mensis, in quibus, post sollemniores exsequias novemdiales in Basilica Vaticana peractas, Congregationes generales in Aula Capitulari eiusdem Basilicae locum habuerunt.

In his Consiliis, integre perlectis tum praelaudata Constitutione, tum alia eiusdem Pii Pp. X *Commissum Nobis,* de civili *veto,* seu *exclusiva,* tum Motu Proprio Pii Pp. XI *Cum proxime* d. d. 1 Martii 1922, iusiurandum omnes et singuli Cardinales praesentes iuxta praescriptam formulam praestiterunt.

Constitutis et paratis quae ad iusta funebria Summi Pontificis persolvenda spectabant, quam cito ad Conclave inchoandum necessaria Emi Patres decreverunt et disposuerunt : ad rem etiam nominatis singularibus coetibus, vulgo *Commissionibus,* nimirum :

1) *Pro inquisitione de qualitatibus Conclavistarum eorumque approbatione, itemque pro eorum designatione, qui Conclavi inservire deberent :*

Emi ac Revmi Patres DD. : Fridericus Tedeschiiii, Iosephus Pizzardo, Dominicus Jorio.

2) *Pro constructione et clausura Conclavis, ac pro cellarum dispositione :*

Emi ac Revmi Patres DD. : Camillum Caccia Dominioni, Nicolaus Canali, Dominicus Mariani.

Itaque habiti sunt :

OFFICIALES ET ADSISTENTES CONCLAVI

Sacri Collegii Secretarius: Excmus D. Vincentius Santoro, Adsessor S. Congregationis Consistorialis.

Gubernator Conclavis: Excmus D. Albertus Arborio Mella di Sant'Elia, Protonotarius Apostolicus.

Custos Conclavis : Emus D. Ludovicus e Principibus Chigi Albani della Rovere, Mareschallus perpetuus S. R. E.

Commissarius Generalis Conclavis: Augustus Milani.

Praefectus Sacrarii Apostolici: Excmus P. D. Alphonsus C. de Romanis, Episcopus tit. Porphyriensis.

Praefectus Caeremoniarum Apostolicarum: Revmus D. Carolus Respighi, Protonotarius Apostolicus.

Magistri Caeremoniarum : Revmi DD. Aloisius Capotesti, Henricus Dante, Hermannus Bonazzi, Carolus Grano, Iosephus >Oàlderari, Salvator Capoferri.

Confessarii munere fungens: Revmus P. Octavius Marchetti, S. I.

Medici: Aminta Milani et Eleuterius Boganelli.

Chirurgus: Philippus Frattali.

Aromatarius: Fr. Faustinus Giulini, O. S. I. d. D.

Dum sollicite parabantur quae ad Conclave rite peragendum Emi Patres decreverant, R. P. D. Caeremoniarum Praefectus de mandato Sacri Collegii, praeceptionem edidit pro Missa de Spiritu Sancto ante ingressum in Conclave celebranda, sequentis tenoris :

INTIMATIO PER CURSORES FACIENDA, DOMI DIMISSO EXEMPLARI

Feria IV, die 1 Martii 1939, hora nona cum dimidio, in Sacello Paulino Palatii Apostolici Vaticani, ab Emo et Revmo D. Card. Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte, Ep. Ostien. et Alban. S. Collegii Decano, Missa solemnis de Spiritu Sancto celebrabitur.

Emi et Rmi DD. Cardinales, vestibus laneis, rocheto simplici et Cappis sericis violaceis cum pellibus ermellineis induti, accèdent.

Post Missam habebitur oratio « de eligendo Summo Pontifice ».

Eadem die, post meridiem, hora tertia cum dimidio, Emi et Rmi DD. Cardinales, induti veste et niozzeta violaceis laneis cum zona serica eiusdem coloris, cum rocheto, in Sacellum praedictum convenient.

Deinde, praecedente Cruce, cantoribus hymnum *Veni Creator* concinentibus, supplicabundo ritu, incipiendo a senioribus, Conclave ingredientur, et reliqua ibi de more peragentur.

De mandato Emi et Rmi Domini Cardinalis Decani :

Carolus Respighi,
Proton. Apost., Caerem. Sedis Apost. Praef.

Oratio autem de eligendo Summo Pontifice post absolutam Missam a B. P. D. Antonio Bacci, litteris Apostolicis ad Principes scribendis Secretario, habita haec est.

ORATIO DE ELIGENDO PONTIFICE

Eminentissimi Principes,

Quod summus fatetur rerum gestarum scriptor « Principes mortales, rempublicam aeternam »,[1] si de civili hominum consortione quodammodo asseverari potest, at cum de Catholica Ecclesia agitur, quam divinus eius Conditor in Beato Petro Apostolorum Principe veluti fundamento in omne aevum consistere decrevit, id destrictiore profecto ratione affirmandum est potioreque iure. Etenim humanae res omnes, quasi fuga temporum pedetemptim consumptae, remittunt, decidunt atque evanescunt; ipsamet potentissima regna amplissimaque imperia, quae annorum vi facinorumque gloria efferebantur, alia ex aliis decursu aetatis debilitantur, corruunt, dilabuntur : « Debemur morti nos nostraque ».[2]

Verumtamen, quam Christus Dominus ad sempiternam assequendam hominum salutem condidit, societas non saeculorum impetu atteritur, non alternis vicissitudinibus deturbatur, non humanis denique casibus evincitur; sed, confisa unice Deo, rerum temporumque difficultates ducta tur victrix, ac securo plenoque gradu in omnem posteritatem propagatum Utique, proh dolor, Romani Pontifices, — quod in praesens de Patre desideratissimo una nobiscum catholicus orbis conqueritur — ut mortales sunt, ita ad humanum exitum identidem rapiuntur; nihilo secius, qui ex Beati Petri successione, Divini Redemptoris personam in terris obtinet, ille numquam moritur « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi ».[3]

Quapropter, postquam Vobis, Eminentissimi Patres, recenti funere acerbissime affectis, grave officium fuit, per sollemnia habita parentalia, vota precesque fundere pro sempiterna amissi Pontificis beatitate, in praesens itidem officium est, heic coram caelestis Numinis ara congregatis, supplices voces admovere Deo, qui mentes vestras superna luce sua collustrare benigne velit, ut, pro sanctissimo munere vestro, eum Iesu Christi Vicarium eligatis, qui mysticam Ecclesiae navem per tot Auctus tantasque procellas secura manu tutoque itinere dirigat.

Quandoquidem vero, iussu manda toque vestro, de summa causae huius

[1] TAC, *An.*, III, 5.
[2] HOR., *Ep. ad Pis.*, V, 68.
[3] MATTH., XXVIII, 20.

gravitate magnitudineque verba ex more ad vos facere debeo, nullo alio modo me posse nullaque opportuniore ratione rem aggredi autumo, quam si a vobis demisse petam ut ingenii personaeque meae exiguitate ignoscatis. Vos equidem probe nostis, pro mentis vestrae acie rerumque gerendarum prudentia, quantopere intersit, ut viduatae catholicae Ecclesiae eum restituatis Pastorem, qui omnibus polleat virtutum laudibus, temporumque nostrorum necessitatibus omnino respondeat. Illum siquidem Vos delecturi estis, ad quem « propter potentiorem eius principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est eos, qui sunt undique fideles » ; [4] illum quem Athanasius « in summitatis arce constitutum, omniumque Ecclesiarum curam habentem » [5] profitetur; quem Gregorius Nazianzenus « universi mundi praesidem », [6] Augustinus « Pastorem totius Ecclesiae » [7] vocant; illum denique, quem Sanctus Bernardus ita venerabundus appellat : « Quis es? Sacerdos magnus, Summus Pontifex. Tu princeps Episcoporum, tu haeres Apostolorum ... dignitate Aaron ... potestate Petrus, unctione Christus. Tu es, cui claves traditae, cui oves creditae sunt. Sunt quidem et alii caeli ianitores et gregum pastores; sed tu tanto gloriosius, quanto et differentes prae ceteris nomen haereditasti. Habent illi assignatos greges singuli singulos; tibi universi crediti, uni unus : nec modo ovium, sed et pastorum omnium, tu unus pastor ». [8]

Ex hisce sententiarum floribus, quos veluti ex ditissimo SS. Patrum viridario delegi, facile videtis, Eminentissimi Patres — quod ceteroquin probe nostis — quam excelsa ac prope divina illius sit dignitas, quem Vos per suffragia vestra in Beati Petri cathedra — patrem, magistrum, ducem inerrantem — collocatori estis. At qui possum ego mentes vestras tenui eloquio meo satius collustrare, qui possum studium diligentiamque vestram adhortari? Mihi igitur conscius non futuri Pontificis lineamenta, quae esse deceat, demonstrare vobis audeam, sed potius Romani Pontificatus memorias gloriasque veteres ita summatim attingere, ut ex historiae fide ac magisterio vel luculentius vobis pateat quis fuerit atque adeo quis esse debeat Iesu Christi Vicarius. Faveatis igitur mecum Apostolicae Sedis fastos, etsi breviter, intento animo meditari; quod quidem gravissima hac hora non utilitate vacuum, sed maxime, si unquam alias, consentaneum videtur.

*.Of. S. IBEN., *Adv. haer.,* III, 5.
[5] Of. *Epist ad Felicem Pap.*
' *In carm. de vita sua.*
[7] L. IV cont. *2 Epist. Pelag.,* c. 12.
* L. II, *De consider.,* c. 8.

Quemadmodum summus Galliae orator eloquentissime ait, « diadema, quod primo Romanorum Pontificum frontem redemit, martyrii corona fuit ».[9] Per tria siquidem saecula, cum christianum nomen capitali poena afficeretur, almae huius Urbis Episcopi fere omnes, cruentis Apostolorum vestigiis strenuo animo insistentes, eam, quam amplectebantur ac tuebantur fidem, sua ipsorum vitae iactura confirmarunt.

Cum vero — pace ac libertate Catholicae Ecclesiae tandem restituta — acrius fere ubique erumpentes haereses grassarentur, ac germanam divinamque Iesu Christi religionem corrumpere eiusque unitatem infringere ac dilacerare conarentur, tum summus Apostolicae Sedis Antistes nullis pepercit curis laboribusque, ut doctrina, sagaciae prudentiaeque pari, pro sui muneris conscientia, rem in pristinum redintegrant. Itemque, quandoquidem « corpus Ecclesiae nihil tam scindit, quam superbia »,[10] ubi elati ac contumaces homines nobilissimam Ecclesiae partem, orientalem nempe, ab unitate abstrahere enisi sunt. Iesu Christi Vicarius firmissima non modo auctoritate sua sed mirabili etiam animi demissione, eorum arrogantiam et insolentiam retudit. Quodsi nova, eademque teterrima ex Arabiae vasti tate exorta tempestas in occidentem formidolose invadere omniaque submergere contendit, tum etiam hac in petriana arce pro Ecclesiae civilisque cultus incolumitate evigilat Pontifex; ac christianos Principes populosque studiosissime compellat, ul e catholicarum gentium finibus instantia eiusmodi pericula arceantur. Quaecumque igitur vel hominum mens, fucata veri specie decepta, vel prava eorum voluntas contra christiana praecepta et catholicam rempublicam moliri enitantur, in hanc firmissimam Apostolicam Petram miserrime illiduntur. Itaque cum media aetate caesarea arrogantia, suae potestatis fines migrans, in sanctissima Ecclesiae iura temerario ausu involat, tum item Beati Petri successores officii sui esse ducunt invicta animi fortitudine Apostolicae Sedis libertatem vindicare, ac se veluti «civitatem munitavi et... columnam ferream et... murum aereum »[11] insanis hisce conatibus opponere.

Ac quando Novatorum haereses, errores veteres renovantes, latissime per Europae regiones catholicam fidem perturbant christianos que mores; quando, recentioribus hisce temporibus, innati doctrina homines, rationis vim facultatemque aequo nimius efferentes, quidquid supra rerum naturam ingeniique nostri captum est, superbe renuunt ac respuunt, probe nostis, Eminentissimi Principes, qua sollerti cura im-

[9] LACORDAIRE, *Conf. VI.*

[10] OHRYSOST., *Homil. 6.*

[11] IER , c. I. IS.

pensòque studio Romani Pontifices novis exortis periculis occurrerint. Avitam scilicet fidem sartam tectamque servare, christiana instituta tueri acriter, et ad vitae integritatem sanctitatemque revocare omnes sollemne habuere; ac denique mirabilem illam concordiam, quae divinitus patefactis veritatibus cum humanis disciplinis optimisque studiis non intercedere non potest, Apostolica auctoritate sancire ac praedicare impensissimo studuere.

Habetis igitur, etsi presse summisque lineamentis adumbratam, veluti ante mentis oculos positam supremi Ecclesiae Antistitis dignitatem; habetis eius egregia facinora, prudentiam navitatemque, quae fere in omnibus annalium paginis aureis litteris exarata fulgent. Hinc sumite auspicia; haec nimirum intènto religiosoque animo meditantes, in eum suffragia vestra conferte, qui vetustae Apostolicae Sedis glorias quasi in se reviviscere novoque splendore enitescere iubeat.

Habeat ille, quem vos delecturi estis, invictam eam animi virtutem, quam Pontifices martyres suo profuso cruore consecrarunt; caelesti ea sapientia praestet, qua latentes errores dispicere, inerránti sua sententia percellere ac profligare valeat; apostolica fortitudine polleat, qua iniurias catholico nomini illatas, toto pectore obsistendo, prohibeat; ac denique — quod primum ac potissimum est — ea vitae integritate sanctitudineque in exemplum praeluceat, qua sibi omnium admirationem venerationemque conciliet.

At praeterea, non modo ex Ecclesiae fastis sumere normas vobis licet, quibus iudicium vestrum hac in gravissima causa metiri oporteat; sed ex peculiaribus etiam aetatis huius nostrae condicionibus atque necessitatibus. Siquidem, Purpurati Patres, in quae inciderimus tempora nostis. Ex una parte cernere est multorum animos effrenatum incessisse studium externorum bonorum, divitiarum, voluptatum; ex altera vero caelestium rerum quoddam fastidium contumax, cum summa Religionis neglegentia ignorationeque coniunctum : quod quidem veluti praecipuum nostri saeculi morbum, quam latissime diffusum, in universum lamentantur. Ac non raro, in nonnullis praesertim nationibus, res vel in deterius adductas dolemus; ita ut alicubi nova aetas succrescat, quae, contemptu christianae sapientiae lumine, ad errorum veterum deliramenta regrediatur. Quod vero consequens est, ubi summa atque aeterna ratio iubentis vetantisque Dei neglegitur, vel prorsus repudiatur, ibi mores pessumdatur, ibi publica extenuatur auctoritas, ibi vel ipsa humanae societatis fundamenta labantur. Cum enim christiana praecepta posthabentur, cum immortalium bonorum spes quadam despicientia reicitur, cum nulla denique tuta ac certa norma ponitur, qua inter se homines regantur,

mutuaque necessitudine copulentur, tum nihil aliud quaerere homines pronum est, nisi praesentis vitae voluptatibus diffluere; quae si ob rerum inopiam non abunde satis habentur, quisquis vi, iniuria, rectique ordinis dissolutione, eas ad se rapere pro facultate conatur. « Hinc — ut sapientissimi Pontificis Leonis XIII verbis utamur, quae et in aetatem nostram nimium quantum quadrare videntur — itidem pronum est in domestica consuetudine debitam natura obedientiam a liberis detrectari proterve omnis impatientibus disciplinae, nisi si quae est voluptaria et mollis; Hinc opifices suis se artibus removere, defugere labores; nec sorte contentos, altiora suspicere, improvidam quandam expetentes aequationem bonorum : similia multorum studia, ut, natali rure relicto, urbium rumores capiant effusasque illecebras ». [12] Huc accedit quod, dum minaciter incresci t fere ubique gentium armorum vis atque apparatus, mutua populorum necessitudinis vincula debilitantur, in multorum animos diffidentia simultatesque irrepunt, atque omnium mentes trepida quaedam futurorum eventuum sollicitudo angit.

Cui exundanti maiorum colluvioni — etsi non ita ubique minarum plenae atque formidinum — quisnam poterit firma repagula opponere? Quisnam humano generi, tam gravi morbo laboranti, opportuna praebere remedia poterit? Enituntur utique qui rei publicae praesunt, atque interdum laudabili nisu laudabilique consilio enituntur; at legum vis frangitur legumque latorum prudentia manca ac debilis est, ubi conscientia officii christianaque virtus non suffragatur. Eedeundum igitur ad Evangelica praecepta, remigrandum ad Christum: qui unus potest, obductas mentibus tenebras divina sua luce depellens, aberrantes homines ad rectum iter reducere; itemque, odio simultateque restinctis animosque compositis, ipsas recreare Civitates. Hoc magni equidem ponderis munus novi Pontificis erit, qui mox per suffragia vestra delectus, mysticae Petri navis gubernacula moderanda suscipiet. Videtis igitur qui esse debeat; videtis quanta sapientia, virtute sanctitudineque is pollere oporteat, ut par temporibus eorumque necessitatibus feliciter queat, adspirante Numine, tantum opus exsequi.

Novimus equidem, quod historia teste confirmatur, nullo non tempore Deum Ecclesiae suae bono incolumitatique consulere; novimus Iesu Christi pollicitationes hac etiam in re defuturas esse nunquam. Attamen arcano eius consilio fit, ut Ipsemet eventus omnes, eos etiam, qui ad conditam ab se societatem pertinent, rerum natura hominumque opera generatim ac plerumque moderetur.

[12] **Cf. *Acta Leonis*, vol. XIII, p. 285.**

Quamobrem gravissima eiusmodi causa, ob quam congregati estis, et quacum Ecclesiae humanaeque consortionis futura aetas coniungitur quam maxime, in vos recidit omnes, a vestraque sententia pendet. Ita agite ergo, Eminentissimi Patres, ac decernite, quemadmodum vestra officii conscientia postulat; postulant tempora; postulant denique summa Dei gloria hominumque salus. Paraclyti Spiritus lumen ac gratia vos illustret, vos ducat; ac mementote universum non modo terrarum orbem, anxium ac trepidum, oculos in vos convertere, sed angelorum etiam acies, id a caelo precantes ut per eum, quem vos Summum Pontificem dicturi estis, illa tandem aliquando laboranti humano generi pax veri nominis affulgeat quae catholica fide alatur, christianaque caritate solidetur.

At dum supremi Antistitis, quem christifideles omnes suis votis precibusque praestolantur, summa, pro facultate mea, lineamenta attigi, non alium me descripsisse opinor, nisi eum ipsum, quem vita functum in praesens desideramus. Talis igitur sit, quem illius anima e caelesti aevo benignissime respiciat; talis, quem et populi omnes maxima veneratione incensoque studio sequantur, ac Christus Dominus, cuius in terris personam geret, sua gratia probationeque amplectatur.

INGRESSUS IN CONCLAVE

Opportuno tempore R. P. D. Carolus Respighi, Caeremoniarum Apostolicarum Praefectus, has ediderat pro clausura et custodia Conclavis instructiones tum ad Emos Patres, tum ad Gubernatorem et Mareschallum, tum ad Praelatos quibus sollicitudo de re demandata fuerat, nimirum :

I

DISPOSIZIONI PER LA CHIUSURA E CUSTODIA INTERNA ED ESTERNA DEL CONCLAVE.

Il Prefetto delle Cérémonie della Santa Sede Apostolica ha diramato le disposizioni concernenti la chiusura e custodia interna ed esterna del Conclave.

Gli Eminentissimi Signori Cardinali primi dell'Ordine dei Vescovi, dei Preti e dei Diaconi, unitamente al Camerlengo di S. R. C, si compiaceranno adunarsi nel pomeriggio di mercoledì I° Marzo 1939, all'ora che farà notificare l'Emo Decano, nell'Aula dei Paramenti.

Nella stessa Aula si troveranno l'Eccmo Mons. Segretario del Sacro

Collegio, il Prefetto delle Cérémonie Apostoliche, che fungerà da Notaio, e due Maestri di Cérémonie, che fungeranno da Testimoni, nonché i signori Architetti del Conclave.

All'ora designata il Corteo muoverà per le verifiche necessarie ed opportune e per le constatazioni, a norma dei Regolamenti del Conclave.

Le chiusure interne ed esterne del Conclave saranno effettuate contemporaneamente.

Adempiute tutte le formalità, il Corteo tornerà nella Sala dei Paramenti, dove sarà data lettura del relativo Rogito, con la apposizione delle necessarie firme.

Il Corteo sarà scortato dai due custodi dell'Aula del Conclave e dai domestici degli Eñii Capi di Ordini e Camerlengo, che recheranno torCie accese.

S. E. Monsignor Governatore del Conclave e S. E. il Signor Principe Maresciallo Custode del Conclave si compiaceranno trovarsi mercoledì I° Marzo 1939, alle ore 16 nell'Aula dei Paramenti, in attesa di esser chiamati dal Maestro delle Cérémonie Apostoliche, per prestare il Giuramento, innanzi al S. Collegio dei Cardinali, nella Cappella Sistina.

Al suono della campana, che sarà ordinato dall'Emo Decano per indicare la chiusura del Conclave, S. E. Monsignor Governatore del Conclave e S. E. il Signor Principe Maresciallo Custode, accompagnati dai loro seguiti, e sotto la direzione dei Maestri di Cérémonie e dei signori Architetti, procederanno alle verifiche esterne del Conclave, dopo le quali se ne farà la chiusura, mentre altrettanto sarà effettuato nell'interno.

S. E. Monsignor Governatore, e S. E. il Signor Principe Maresciallo Custode, fatta la chiusura del Conclave, si aduneranno in una sala dell'appartamento del Maresciallo Custode, e quivi dal Decano dei Monsignori prelati Chierici della R. C. A., sarà data lettura del Rogito di chiusura del Conclave, e saranno apposte al medesimo le relative firme.

S. E. Mons. Governatore del Conclave e S. E. il Signor Principe Maresciallo Custode, nell'esercizio delle loro funzioni saranno scortati dalla Guardia Svizzera.

Gli Officiali addetti alla persona di S. E. il Signor Principe Maresciallo Custode avranno la vigilanza delle Rote, presso le quali saranno ancora i Cursori Apostolici.

Presso le Rote custodite dai Revmi Prelati saranno le Guardie Svizzere e Palatine.

Il Corteo di S. E. Monsignor Governatore e di S. E. il Signor Prin-

cipe Maresciallo Custode, nella verifica di chiusura esterna del Conclave, sarà accompagnato da quattro Palafrenieri e dai Domestici in livrea dell' Eccma Casa Chigi sorreggenti le torcie.

Carlo Respighi,
Proton. Apost., Prefetto delle Cerini, della S. Sede Apost.

II

DISPOSIZIONI PER I PRELATI ADDETTI ALLA CUSTODIA DELLE ROTE DEL CONCLAVE.

1. Gli Eccmi, Illnii e Revmi Monsignori Decani dei Collegi degli Arcivescovi e Vescovi Assistenti, Protonotari Apostolici, Uditori di Rota, Chierici di Camera, Votanti di Segnatura si compiaceranno avvertire i loro Colleghi, che nel prossimo mercoledì I° Marzo 1939, alle ore 15,30 si trovino nell'Aula precedente quella dei Paramenti del Palazzo Apostolico Vaticano, ove pure si troveranno gli altri Ofiiciali, per muoversi ordinatamente, ad invito di Mons. Maestro delle Cérémonie, e recarsi a prestare il consueto giuramento sulla custodia delle Rote del Conclave.

2. Il Decano dei Prelati Chierici della R. C. A. r^esenzierà le chiusure del Conclave e ne rogherà l'istrumento nell'appartamento di Monsignor Maestro di Camera.

3. Delle Rote che sono a capo della Scala di Pio IX, a destra, nell'ingresso al Cortile di S. Damaso, la I[a] sarà custodita dai Monsignori Protonotari Apostolici e dai Prelati Chierici di Camera; la 2[a] dagli Arcivescovi e Vescovi Assistenti e dagli Uditori della S. Rota.

a. Le due Rote che sono nella porta tra il Cortile dei Pappagalli e quello Borgia, che servono per introdurre le derrate ed i commestibili, saranno custodite dai Prelati Votanti di Segnatura.

5. Le Rote rimarranno aperte ogni giorno dalle ore 8 alle dieci e mezzo e dalle quindici alle sedici e mezzo.

6. Gli abiti da usare sono : sottana nera con fascia di lana e fiocchi color nero, rocchetto liscio senza merletto, e mantelletta di color nero, berretta violacea con fiocco del colore spettante al Collegio.

7. I Decani dei rispettivi Collegi designeranno i turni da osservare nella custodia delle medesime Rote.

21 Febbraio 1939.

Carlo Respighi,
Proton. Apost., Prefetto delle Cerini, della S. Sede Apost.

Itaque ordine et normis praescriptis, hora 15,30 diei 1 mensis Martii, Conclave ingressi sunt omnes Eminentissimi ac Reverendissimi Patres S. R. E. Cardinales :

Ex Ordine Episcoporum

Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Ostiensis et Albanensis, Sacri Collegii Decanus.

Donatus Sbarretti, Episcopus Sabinensis et Mandelensis.

Thomas Pius Boggiani, Episcopus Portuensis et Sanctae Rufinae.

Henricus Gasparri, Episcopus Veliternensis.

Franciscus Marchetti Selvaggiani, Episcopus Tusculanus.

Angelus Maria Dolci, Episcopus Praenestinus.

Ex Ordine Presbyterorum

Gulielmus 0'Connell, tituli S. Clementis.

Alexius Ascalesi, tit. S. Calixti.

Adolphus Bertram, tit. S. Agnetis extra Moenia.

Michael De Faulhaber, tit. S. Anastasiae.

Dionysius Dougherty, tit. Ss. Nerei et Achillei.

Franciscus Asis. Vidal y Barraquer, tit. S. Sabinae.

Carolus Iosephus Schulte, tit. Ss. Quatuor Coronatorum.

Ioannes Baptista Nasalli-Rocca di Corneliano, tit. S. Mariae in Transpontina.

Georgius Gulielmus Mundelein, tit. S. Mariae de Populo.

Alexander Verde, tit. S. Mariae in Cosmedin.

Laurentius Lauri, tit. S. Pancratii.

Iosephus Ernestus van Roey, tit. S. Mariae de Aracoeli.

Augustus Hlond, tit. S. Mariae de Pace.

Petrus Segura y Saenz, tit. S. Mariae trans Tiberim.

Iustinianus Georgius Serédi, tit. Ss. Andreae et Gregorii ad divum Scauri.

Alphridus Hildephonsus Schuster, tit. S. Martini in Montibus.

Emmanuel Gonçalves Cerejeira, tit. Ss. Marcellini et Petri.

Eugenius Pacelli, tit. Ss. Ioannis et Pauli.

Aloysius Lavitrano, tit. S. Silvestri ih Capite.

Iosephus Mae Rory, tit. S. Ioannis ante Portam Latinam.

Ioannes Verdier, tit. S. Balbinae.

Sebastianus Lerne da Silveira Cintra, tit. Ss. Bonifacii et Alexii.

Raphaël Carolus Rossi, tit. S. Praxedis.

Achilles Liénart, tit. S. Sixti.

Petrus Fumasoni Biondi, tit. S. Crucis in Hierusalem.
Fridericus Tedeschini, tit. S. Mariae de Victoria.-
Maurilius Fossati, tit. S. Marcelli.
Carolus Salotti, tit. S. Bartholomaei in Insula.
Roderigus Villeneuve, tit. S. Mariae Angelorum in Thermis.
Elias Dalla Costa, tit. S. Marci.
Theodorus Innitzer, tit. S. Chrysogoni.
Ignatius GahrielTappouni, tit. Basilicae XII Apostolorum.
Henricus Sibilia, tit. S. Mariae Novae.
Franciscus Marmaggi, tit. S. Caeciliae.
Aloysius Maglione, tit. S. Pudentianae.
Carolus Cremonesi, tit. S. Laurentii in Lucina.
Henricus Maria Alphridus Baudrillart, tit. S.Bernardi ad Thermas.
Emmanuel Coelestinus Suhard, tit. S. Honuphrii in Ianiculo.
Carolus Kaspar, tit. S. Vitalis.
Iacobus Aloysius Copello, tit. S. Hieronymi Illyricorum.
Isidorus Goma y Tomas, tit. S. Petri in Morite Aureo.
Petrus Boetto, tit. S. Angeli in Foro Piscario.
Eugenius Tisserant, tit. Ss. Viti, Modesti et Crescentiae.
Adeodatus Ioannes Piazza, tit. S. Priscae.
Hermenegildus Pellegrinetti, tit. S. Laurentii in Panisperna.
Arcturus Hinsley, tit. S. Susannae.
Iosephus Pizzardo, tit. S. Mariae in Via Lata.
Petrus Gerlier, tit. Ssmae Trinitatis in Monte Pincio.

Ex Ordine Diaconorum

Camillus Caccia Dominioni, Proto-diaconus S. Mariae in Domnica.
Nicolaus Canali, diac. S. Nicolai in Carcere Tulliano.
Dominicus Jorio, diac. S. Apollinaris.
Vincentius La Puma, diac. Ss. Cosmae et Damiani.
Fridericus Cattani, diac. S. Mariae in Aquiro.
Maximus Massimi, diac. S. Mariae in Porticu.
Dominicus Mariani, diac. S. Caesarei in Palatio.
Ioannes Mercati, diac. S. Georgii in Velabro.

Eminentissimis Patribus Cardinalibus in Sixtino Sacello hora 16 coadunatis, Excmus D. Albertus Arborio Mella di Sant'Elia, Conclavis Gubernator, coram iisdem in manibus Emi Cardinalis Decani iusiurandum emittebat iuxta suetam formulam.

Iusiurandum pariter in eodem Sacello coram Sacro Collegio in manibus Emi Cardinalis Decani praestabant Emus D. Ludo vicus Chigi, Conclavis Cu-

stos, Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi Solio adsistentes, Protonotarii Apostolici de numero participantium, Auditores S. R. Rotae, R. Camerae Apostolicae Clerici, Votantes Signaturae, iique omnes quibus quocumque modo custodia Conclavis committenda erat.

Conclavistae vero in Sacello Paulino iusiurandum iuxta Constitutionem Pii Pp. X, *Vacante Sede Apostolica,* emiserunt latine sacerdotes, viri laici sua quisque lingua, coram Excmo D. Secretario S. Collegii et Revmo D. Carolo Respighi, Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto, his verbis[1]:

Ego

constitutus coram te____

tactis per me SS. Dei Evangeliis coram me positis, iuro et promitto me inviolabilem servaturum esse secretum in omnibus et singulis, quae de novi Pontificis elctione, deque iis, quae in Conclavi seu in loco electionis aguntur, quovis modo cognoverim, adeo ut nec directe, nec indirecte, neque nutu, neque verbo, neque scriptis, vel alias quomodolibet, ipsum mihi violare liceat; itemque iuro ac promitto me nullo modo usurum esse instrumentis radiophonicis, vel telephonicis, vel microphonis cuiusvis generis sive transmittentibus sive recipientibus; et hoc nedum sub poena excommunicationis latae sententiae, futuro Pontifici speciali modo reservatae, privative etiam quoad S. Poenitentiariam, sed etiam sub poena privationis cuiuscumque beneficii, pensionis, oificii vel muneris ipso facto incurrendae in casu transgressionis. Quod secretum accuratissime ac religiose servabo etiam post peractam novi Pontificis electionem, nisi ab eodem Pontifice peculiaris facultas aut expressa dispensatio mihi concessa fuerit.

Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia, quae propriis manibus tango.

His peractis, egressi sunt omnes e Sacello Sixtino, exceptis tantum Patribus Cardinalibus qui ibidem congregati lectionem Apostolicarum Constitutionum rursum audierunt ; postea vero, ianuis sacelli patefactis, nobili comitante quemquam Dominici Lateris Protectore, suam quisque cellam adivit.

CLAUSURA CONCLAVIS

Postmeridiano tempore ante clausuram Conclavis ab Excmo Conclavis Gubernatore, una cum Decano et Clericis R. C. A., architectis et testibus, visitatio et recognitio totius exterioris partis aedium Conclavis peracta est, de qua sequens rogitus confectus est.

In Nomine Domini. Amen.
Sede Apostolica Vacante per obitum
s. m. Pii Pp. XI
Visitatio et Recognitio exterioris partis Conclavis
Kalendis Martii ab Incarnatione anno MCMXXXIX

Ego Ioannes Biasiotti, Decanus Collegii Clericorum Reverendae Camerae Apostolicae, a Cardinali Camerario Eugenio Pacelli specialiter deputatus, ad normam Constitutionis Apostolicae Pii Pp. XI *Ad incrementum decoris* diei decimi quinti Augusti anni MCMXXXIV sub numero CII, ad exarandum actum de externa Conclavis clausura, rogatus ab Excmo ac Revmo Dno Alberto Arborio Mella di Sant'Elia, Gubernatore Conclavis, accessi meque personaliter contuli ad palatium Apostolicum Vaticanum, ubi totum Conclave constructum inveni in illa Palatii Apostolici parte quae circumscripta remanet bj^limitibus : vulgo « Triangolo del Porticato », « Cortile dell'Olmo », « via del Belvedere », « cortile del Belvedere », « cortile della Sentinella », « cortile della torre Borgia », <(cortile dei Pappagalli », « cortile del Maresciallo », « cortile di S. Damaso ».

Una cum Emo Principe Fratre Ludovico Chigi Albani Mareschallo Custode, Excmo et Revmo Alberto Arborio Mella di S. Elia, Gubernatore Conclavis, Excmo Dúo Camillo Marcinone Serafini, Gubernatore Civitatis Vaticanae, Illmo Dño Augusto Milani, Commissario Generali Conclavis, Consistorialis Aulae Advocatorum decano, Illmis et Revmis Dfiis Iosepho Ferretto et Adone Terzariol Caerem. Sedis Apost. Magistris, Illmis Dñis Italo Viesi et Georgio Lessana Architectis Conclavis, Illmis ac Revmis Angelo Gaeta Caselli, Alphonso Bruni, Caietano Giusino, Iosepho Malusardi, Petro Borgia et Hugone Descufii, Prelatis Clericis Reverendae Camerae Apostolicae, Illmis Dñis Aloysio Angelini-Rota Secretario et Cancellario Reverendae Camerae Apostolicae necnon Gulielmo Felici, Substituto Secretario et Cancellario eiusdem Camerae ac testibus infrascriptis ad hoc specialiter adhibitis, loca praedicta perlustravi, facta simul cum omnibus praenominatis diligenti perquisitione in qualibet exteriori parte Conclavis, eaque totaliter ac undique clausa inveni, duabus tantum pro ingressu in Conclavi relictis ianuis ligneis, quarum altera in culmine scalae, quae ducit ad Aulam Regiam et altera

in atrio vnlgo « dei Pappagalli », quarum custodia Emo Principi Fratri Ludovico Chigi Albani, Perpetuo Mareschallo Conclavis, commissa est.

Super quibus etc.

Actum in Palatio Apostolico Vaticano praesentibus, etc.

Albertus Arborio Mella di Sant'Elia, *Conclavis Cubern.*
Angelus Gaeta Caselli, *Pr. Cl. R. C. Ap.*
Alphonsus Bruni, *Cl. R. C. Ap.*
Caietanus Giusino, *Cl. R. C. Ap.*
Iosephus Mori, *Cl. R. C. Ap.*
Iosephus Malusardi, *Cl. R. C. Ap.*
Petrus Borgia, *Cl. R. C. Ap.*
Hugo Descuffi, *Cl. R. C. Ap.*
Ricardus Magnanensi, *Testis.*
Michael Mauritius Raffa, *Testis.*
Ioannes G io vannini, *Iustis.* ***t***
Italus Viesi, *Architectus.*
Georgius Lessana, *Architectus.*
Ioannes Biasiotti, *Cl. R. C. Ap. Decanus.*
Gulielmus Felici, *Notarms R. C. Ap.*
Aloysius Angelini Rota, *R. C. Ap. Secretarius et Cancellarius.*
Iosephus Ferretto, *Caerem. Ap.*

Tum, iuxta supra relatas normas, perfecta est visitatio et clausura interna Conclavis. Ter nimirum, iussu Cardinalis Decani, campanula personata, Caeremoniarum Magistri ambulacra sedulo perlustrarunt proclamantes *Extra omnes.* Cum vero omnes egressi essent, S. R. E. Camerarius Conclave intus rite claudebat et clave sibimet ac Praefecto Caeremoniarum et Praelatis custodibus iuxta morem assignabat.

Deinde omnia Conclavis loca attentissime perscrutata sunt, ne quis ex iis qui in Conclave prohibentur esse intus forte remansisset. De qua clausura interna Conclavis sequens rogitus confectus est.

ROGITUS CLAUSURAE INTERNAE CONCLAVIS

In Nomine Domini. Amen.

Universis ac singulis hoc publicum instrumentum visuris, lecturis et audituris, notum sit, quod die prima mensis martii anni millesimi nongentesimi trigesimi noni, Apostolica Sede per obitum s. m. Pii Pp. XI vacante, hora septima vespertina, Emi ac Revmi Dfii Dominus Ianuarius miseratione Divina Episcopus Ostiensis et Albanensis S. R. E. Cardinalis Granito Pignatelli di Belmonte, Sacri Cardinalium Collegii De-

canus; Dominus Alexius tituli S. Calixti S. R. E. Presbyter Cardinalis Ascalesi Archiepiscopus Neapolitanus vice et loco R. P. Dñi Gulielmi tituli S. Clementis S. R. E. Presbyteri Cardinalis 0'Connell Archiep. Bostoniensis prioris in ordine Presbyterorum; Camillus Sanctae Mariae in Domnica Protodiaconus S. R. E. Cardinalis Caccia Dominioni; et Eugenius tituli Ss. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis Pacelli, S. R. E. Camerarius, una mecum ac testibus infrascriptis, Excmo Dno Sacri Collegii Secretario comitante, totum conclave perlustrarunt, quod diligenti adhibita perquisitione muris obstructum et ex omni parte clausum invenerunt, atque, exclusis omnibus qui in eo permanere non debeant ianuam tribus clavibus obñrmarunt, hoc ipsum conclave in eodem statu esse indicarunt ac reperiri ut tuto et legitime possit ad electionem Romani Pontificis deveniri et ad formam Pianae Constitutionis de more procedi.

Acta fuerunt haec in Palatio Apostolico apud S. Petrum in ipso Conclavi anno, mense, die et hora quibus supra, praesentibus Rmis Dñis Aloysio Capotosti et Henrico Dante, Caeremoniarum Apostolicarum Magistris, testibus per me adhibitis atque rogatis.

Vincentius Santoro, *Sacri Collegii a Secretis.*
Aloysius Capotosti, *Apost. Caèrem.* ***Mg.,*** testis.
Henricus Dante, *Apost. C aerem. Mag.,* testis.

.Ego Carolus Respighi *Apostolicarum S. Sedis Caeremoniarum Praefectus Protonotarius ex officio,* rogavi.

Hora autem 18,30 initium habuit clausura externa Conclavis ab Emo Maresciallo Custode, cum interventu Excmi Gubernatoris Civitatis Vaticanae, et Commissarii Conclavis, necnon RR. DD. Clericorum R. C. A. aliorumque testium peracta, de qua rogitus sequens confectus est.

In nome di Dio. Così sia.
Sede vacante per la avvenuta morte
della Santa Memoria di Pio Papa XI
Istrumento di consegna delle chiavi del Conclave
e della chiusura del medesimo

Il giorno primo Marzo millenovecentotrentanove.

Io Giovanni Biasiotti, decano del Collegio dei Prelati Chierici di Camera, specialmente deputato da S. Eminenza Revma il Signor Cardinale Camerlengo a rogare Patto di chiusura del Conclave nel Palazzo Apostolico Vaticano, durante questa Sede Vacante, a richiesta di Sua

Eminenza il Principe Fra Ludovico Chigi Albani, Maresciallo Perpetuo di S. R. C. e Custode del Conclave, mi sono recato al Vaticano nella Sua presente residenza che trovasi in cima alla scala nuova che conduce al cortile di S. Damaso. Acceduto colà ed introdotto nei Suoi appartamenti vi ho trovato la sullodata Sua Eminenza Fra Ludovico Chigi Albani, figlio della eh. me. il Principe Don Mario, Gran Maestro del Sovrano Ordine dì Malta, Maresciallo Perpetuo di S. R. C, Custode del Conclave, Nobile Patrizio Coscritto Romano, Principe del Sacro Romano Impero, ecc., residente ordinariamente nel Palazzo Magistrale dell'Ordine dislalia, in Via Condotti.

Poco dopo il mio arrivo alle ore 18,30 si è presentato negli appartamenti suddetti uno dei Maestri delle Cérémonie Pontifìcie colà mandatovi dagli Emi Signori Cardinali Capi d'ordine, annunziando che era giunta l'ora della chiusura del Conclave; in seguito di che Sua Eminenza si è mossa alla volta della Sala dei Paramenti. Sua Eminenza il Signor Principe era accompagnato da me infrascritto Mons. Giovanni Biasiotti, Decano del Collegio dei Prelati Chierici di Camera, da Monsignor Maestro delle Cérémonie Pontificie, dai Mons. Chierici di Camera, dai Capitani alle Rote, dai Signori Angelini Rota Luigi e Felici Guglielmo, Notari della Reverenda Camera Apostolica, dai testimoni infrascritti Signor Principe Don Sigismondo Chigi Albani, Principe di Campagnano e Signor Don Luigi Massimo Lancellotti, Principe di Prossedi e dalla sua Corte, circondato dai Capitani della Guardia destinata alla custodia del Conclave e da alcuni militi della Guardia Svizzera.

Transitando per il portico chiuso che dal Cortile di S. Damaso conduce al cortile del Maresciallo, salita la scala del Maresciallo il corteo ha percorso la Sala Regia e la Sala Ducale ed è poi entrato nella Sala dei Paramenti. Poco dopo sono venuti nella detta Sala il Cardinal Camerlengo di S. R. C. e gli Emi Cardinali Capi d'ordine, essendo sostituito il Card. O'Connell infermo dall'Emo Card. Ascalesi. Ricompostosi il corteo in testa al quale erano le prelodate Eminenze Loro Revme e traversate la Sala Ducale e la Sala Regia, scesa la scala del Maresciallo si è fatto l'accesso alla chiusura secondaria costruita nell'arco che divide il cortile della torre Borgia da quello dei Pappagalli. Presenti gli Eñii Signori Cardinali surricordati si è proceduto alla chiusura all'interno e all'esterno del passaggio, che era stato lasciato per il transito fra i detti cortili, con due pareti di legno.

Compiuta l'operazione e verificate le rote e rispettive chiusure, il Corteo si rimetteva in moto e passando per il cortile dei Pappagalli entrava nel cortile di S. Damaso procedendo verso l'altra chiusura del

Conclave preparata nel fondo di detto Cortile, là dove sbocca la nuova scala detta di Pio IX. Fatte le debite verifiche e provate le serrature delle porte interna ed esterna, esaminato anche il regolare funzionamento delle rote e la sicurezza dei rispettivi sportelli di chiusura, **Pillino** e Revmo Mons. Prefetto delle Cérémonie Pontifìcie ad alta voce ha pronunziato « Extra omnes ». Dopo di ciò tutti coloro che erano al seguito di così imponente corteo e che erano rimasti nel cortile di S. Damaso sono usciti. Compiutasi questa formalità gli Emi Cardinali Camerlengo ed i Capi d'ordine sono rientrati nel cortile di S. Damaso e poi Mons. Prefetto delle Cermonie ha chiuso la porta interna mentre l'Emo Principe Maresciallo e Custode del Conclave serrava la porta esterna prendendone in consegna la rispettiva chiave da conservarsi presso di lui.

In tal guisa alle ore 19,15 si è formalmente chiuso il Conclave.

Dopo di che la prelodata Eminenza Sua accompagnata da me infrascritto, dall'accennata scorta e dal seguito si è restituito nel suo appartamento.

Delle quali cose perchè in ogni tempo ne resti perpetua memoria è stato rogato il presente atto.

Atto steso nel Palazzo Apostolico Vaticano, nell'appartamento sopraindicato di Sua Eminenza il Signor Principe Maresciallo e Custode, presenti ecc.

Ludovico Chigi Albani.
Luigi Massimo Lancellotti Principe di Prossedi, *Teste.*
Sigismondo Chigi Principe di Campagnano, *Teste.*
Camillo Serafini.
Mons. Angelo Gaeta Caselli, *Pr. Ch. R. C. A.*
Mons. Gaetano Giusino, *Ch. R. C. Ap.*
Mons. Giuseppe Malusardi, *Ch. R. C. Ap.*
Mons. Pietro Borgia, *Ch. R. C. Ap.*
Mons. Ugo Descufii, *Ch. R. C. Ap.*
Giuseppe Della Chiesa, Cav. d'On. e Dev. dei S. M. O. di Malta, *Capitano delle Rote.*
Astorre Hercolani, Cav. d'On. e Dev. del S. M. O. di Malta, *Capitano delle Rote.*
Enrico Alessandri, *Capitano delle Rote.*
Gilberto Tacoli, Cav. d'On. e Dev. del S. M. O. di Malta, *Capitano delle Rote.*
Francesco Bersani, Capitano addetto a S. A. E. il Maresciallo.
Mons. Fra Onorio Magnoni, Capitano Cappellano.

Luigi Ruspoli, Cav. d'On. e Dev. del S. M. O. di Malta, *Capitano delle Rote.*

Augusto Milani, Decano degli Avvocati concistoriali, *Commissario Gen. del Conclave.*

Mons. Adone Terzariol, *Cerimoniere Pontificio.*

Giovanni Biasiotti, *Decano dei Chierici della R. C. Ap.*

Ing. Italo Viesi.

Ing. Giorgio Lessana.

Felici Guglielmo, *Notaro della R. C. Ap.*

Luigi Angelini Rota, *Notaro della R. C. Ap.* •

TEMPORE CONCLAVIS

Ad ea moderanda, quae ad exteriorem habitum Emorum Patrum et eorumdem familiarium pertinent, R. P. D. Praefectus Caeremoniarum Apostolicarum peculiarem ediderat instructionem.

Ab Excmo autem Sacri Collegii Secretario, iuxta normas ab Emis Patribus datas, hic editus est

ORDO CONCLAVIS

FERIA V, DIE 2 MARTII 1939

MANE

1. Post campanulae sonitum, hora 9, Emi Patres cum mozzeta violacea et rocheto simplici convenient in Sacellum Sixtinum.

2. Emus Decanus Missam lectam celebrabit; in qua si quis Cardinalis, quavis de causa, se a sacro peragendo abstinuerit, ad sacram Synaxim accedet.

3. Recitato ab Excmo Sacrista hymno *Veni Creator* cum propria oratione, Praefectus Caeremoniarum rogita de clausura interna et externa Conclavis perlegit.

á. Emi Cardinales ad electionem procedunt ; schedulis distributus, ultimus Cardinalis Diaconus sorte extrahit nomina trium Cardinalium *Scrutatorum,* trium *Deputatorum* pro votis infirmorum si casus ferat, et trium *Recognitorum.*

5. Emi Cardinales scrutinii actus peragunt. Ante schedularum inscriptionem, Secretarius Conclavis et Praefectus Caeremoniarum exeunt e Sacello, cuius ostium ultimus Cardinalis Diaconus claudit.

6. Si electio haud secuta fuerit, immediate ad secundum scrutinium proceditur.

Quo peracto, Cardinalis Diaconus ultimus vocat Secretarium Conclavis et Praefectum cum Magistris Caeremoniarum, ut Scrutatores coadiuvent in comburendas schedulis ceterisque omnibus foliis scriptis vel quomodocumque signatis.

VESPERE

7. Sonito campanulae, hora 16, Emi Patres, cum mozzeta violacea et rocheto simplici, pergent ad Sixtinum Sacellum, ibique, recitato hymno *Veni Creator* cum propria oratione a Sacrista, locum habebunt primum et, si opus fuerit, secundum scrutinium.

FERIA VI, DIE 3 MARTII 1939

MANE

8. Hora 9 Sacrista Missam lectam celebrabit in Sacello Sixtino.

Illuc advenient Emi Patres hora 9,30. Recitato a Sacrista consueto hymno cum oratione, scrutinia peragentur.

VESPERE ET DIEBUS SUCCESSIVIS

9. Omnia fient ut in praecedentibus, si adhuc ad ulteriora scrutinia sit procedendum.

Tertia autem die post Conclavis ingressum officium Cardinalium antiquarum in ordine expirat, et tres sequentes Cardinales in unoquoque ordine tertia quoque die succedunt.

Memoria etiam digna sunt quae Emus ac Revmus Cardinalis %. Urbe Vice Sacra Antistes publice edixerat ad divinum auxilium Patribus de gravissimo negotio consultoris impetrandum :

DISPOSIZIONI ED ORDINI PER LE PUBBLICHE PRECI IN TEMPO DI SEDE VACANTE

In questi giorni i cuori della Cristianità, ancora addolorati per la morte del santo Pontefice Pio XI, attendono ansiosi la nòmina del nuovo Pastore Supremo.

È nostro dovere pregare perchè il Signore ci dia quel *sacerdote fedele, il quale lo serva secondo il suo cuore e cammini sempre dinanzi al suo Cristo.*

Lo Spirito Santo aleggi sensibile ed amoroso sugli Emi Cardinali che si adunano per eleggere il nuovo Pontefice : si insinui, ardente fiamma, nei loro cuori, ispiri e commuova le loro lingue.

Preghiamo quindi con unanime perseveranza, interponendo l'intercessione di Maria Ssma Regina degli Apostoli.

((Supplici ed umili Ti imploriamo, Signore, a voler concedere per l'immensa Tua pietà alla Santa Chiesa Romana tale Pontefice, che sempre a Te piaccia per l'assidua cura del popolo cristiano, e a questo, per sapiente governo, in gloria del Tuo nome, riesca degno di ossequio reverente e devoto » *(Messa per Velezione del Sommo Pontefice).*

« Ci prevengano prontamente le Tue misericordie; aiutaci, o Dio nostro Salvatore, a gloria del nome Tuo: noi, Tuo popolo e pecorelle del Tuo gregge, annunzieremo le lodi Tue^d'una in altra generazione » *(Salmo* 78).

Pertanto ordiniamo che, incominciando dal giorno 27 febbraio fino al termine del Conclave, in tutte le Basiliche Patriarcali e Minori, nelle Collegiate e nelle altre Chiese del Clero secolare e regolare, nelle quali si celebra la Messa conventuale, dopo la medesima si recitino dal celebrante le preci prescritte.

Ordiniamo inoltre che nelle infrascritte Basiliche e Chiese, nei giorni ad esse assegnati, si esponga il Ssmo Sacramento dalle ore 8 della mattina fino a circa *VAve Maria* della sera, e che nella reposizione si cantino le Litanie dei Santi con le preci prescritte, impartendo in fine la Benedizione Eucaristica.

Dato dalla Nostra Residenza, 20 febbraio 1939.

£B **FRANCESCO CARD. VICARIO**

f F. Pascucci, Vescovo di Sion, *Segretario.*

Lunedì 21 Febbraio: S. Giovanni in Laterano - S. Maria in Trastevere - S. Saturnino.

Martedì 28 Febbraio: S. Maria Maggiore - S. Giovanni dei Fiorentini - S. Ippolito.

Mercoledì X° Manso: S. Lorenzo in Damaso - S. Maria ai Monti - S. Francesco Saverio alla Garbatella.

Giovedì £ Marzo: S. Maria in Traspontina - S. Cuore a Castro Pretorio - S. Benedetto in via Ostiense.

Venerdì 3 Marzo: S. Maria sopra Minerva - S. Gioacchino - Ognissanti.

Sabato 4 *Marzo:* Ssmo Nome di Gesù - S. Camillo - S. Francesco a Ripa.

Domenica 5 Marzo: S. Carlo al Corso - Immacolata al Tiburtino - Gran Madre di Dio.

Lunedì 6 Marzo: S. Agostino - S. Maria Liberatrice - S. Roberto Bellarmino.

Martedì 7 Marzo: S. Teresa - S. Carlo ai Catinari - S. Cuore del Suffragio.

Mercoledì 8 Marzo: S. Maria degli Angeli - S. Maria in Vallicella - S. Cuore di Cristo Re.

ELECTIO SUMMI PONTIFICIS

Die **2** Martii, feria V hebdomadae ante Dominicam II in Quadragesima, post meridiem, ex tertio illius diei votorum scrutinio a Patribus feliciter in Summum Pontificem electus est Emus ac Revmus Dominus Cardinalis **EUGENIUS PACELLI**, qui Emo Cardinali Decano, nomine totius Sacri Collegii, requirenti « Acceptasne electionem de te canonice factam in Romanum Pontificem », affirmative respondit. Eidemque iterum percontanti : « Quo nomine vis vocari », respondit : Pius XII.

De hisce rebus faustissime gestis illico R. P. D. Praefectus Caeremoniarum Apostolicarum idemque Protonotarius Apostolicus, Carolus Respighi, instrumentum redegit hac forma.

ACTUS ACCEPTATIONIS SUMMI PONTIFICATUS

In nomine Domini. Amen.

Ego Carolus Respighi, Protonotarius Apostolicus et Sanctae Sedis Caeremoniarum Praefectus ex officio rogatus, attestor et omnibus notum facio Eminentissimum et Reverendissimum Dominum EUGENIUM tituli Ss. Ioannis et Pauli S. R. E. Presbyterum Cardinalem PACELLI, S. R. E. Camerarium, acceptasse electionem canonice de Se factam in Summum Pontificem, Sibique nomen imposuisse « Pium Duodecimum », ut de hoc publica quaecumque, instrumenta confici possint.

Acta haec sunt in Conclavi in Palatio Apostolico Vaticano, post obitum fel. rec. Pii PP. XI, bac die secunda mensis martii anno Domini MCMXXXIX, testibus adhibitis atque rogatis, Excmo Dno Vincentio Santoro, Sacri Collegii Secretario et Rmis DD. Aloysio Capotosti et Henrico Dante, consociis meis, Apostolicarum Caeremoniarum Magistris.

VINCENTIUS SANTOKO, *a Secretis S. Collegii.*
Aloysius Capotosti, *Apost. C aerem. Magist er, testis.*
Henricus Dante, *Apost. Caerem. Magister, testis.*

Ego Carolus Respighi, *Protonotarius Apostolicus, Sanctae Sedis Caeremon. Praefectus,* rogavi.

Papali veste iuxta morem indutus, statim Pontifex apostolicam impertivit benedictionem Emis Cardinalibus, eorumque prima excepit obsequia, vulgo *adorationem.*

Postea Emus Cardinalis Decanus, Magistris Caeremoniarum comitantibus, anulum piscatoriam digito induxit Pontificis, qui illum Praefecto Caeremoniarum tradidit, ad nomen in eo Suum insculpendum.

PROMULGATIO

Interea populo expectanti, e superiore porticu Basilicae Vaticanae, hora 18,7, laetissimum praeconium dabat Emus Cardinalis Camillus Caccia Dominioni, Diaconorum prior :

ANNUNTIO VOBIS GAUDIUM MAGNUM, HABEMUS PAPAM EMINENTISSIMUM ET REVERENDISSIMUM DOMINUM EUGENIUM PACELLI, **QUI SIBI NOMEN IMPOSUIT** PIUM XII.

Immensus inde plausus multitudinis exortus est ac vel magis invaluit cum paulo post Summus Pontifex e fenestra porticus in forum prospicienti apparuit. Ubi vero turba intenta conticuit, Pius Pp. XII elata firmaque voce benedictionem Urbi et Orbi iuxta Caeremoniale Romanum sollemniter impertivit et populum laeta acclamatione **pru**dentem peramanter iterum atque iterum salutavit.

RESERATIO CONCLAVIS

Post haec Patres Cardinales nova obsequia, vulgo secundam *adorationem,* Beatissimo Patri in Sixtino Sacello praestitere. Quibus peractis, extra et intra clausura Conclavis tollebatur, ad cuius rei gestae memoriam sollemne instrumentum hac forma exaratum est.

I STRUMENTO DI APERTURA SOLENNE DEL CONCLAVE

In Nome di Dio. Così sia.

Sotto il Pontificato di Sua Santità il Papa Pio XII

L'anno millenovecentotrentanove, 2 del mese di Marzo.

Anno primo del Pontificato di S. S. Pio Pp. XII. Alle ore 20 io Giovanni Biasiotti, Decano del Collegio dei Prelati Chierici di Camera, richiesto da S. E. Fra Ludovico Chigi Albani, figlio della eh. me. il Principe D. Mario, Gran Maestro del Sovrano Militare Ordine di Malta, Maresciallo Perpetuo di S. R. **C.,** Custode del Conclave, mi sono recato nella sua attuale residenza al Vaticano e introdotto nel di lui appartamento vi ho trovata la prelodata Eminenza Sua.

Avuta comunicazione che nello scrutinio delle ore 16 circa il S. Collegio dei Cardinali di S. R. C. aveva eletto il Sommo Pontefice nella per-

sona del Signor Cardinale Eugenio Pacelli, e che dovevasi pertanto procedere alla solenne apertura della porta del Conclave, PEmo Signor Principe, preceduto dai suoi famigliari ed accompagnato da S. E. **Roa** Mons. Alberto Arborio Mella di Sant'Elia, Governatore del Conclave, da S. E. il Marchese Camillo Serafini, Governatore della Città del Vaticano, dairilìmo Signor Avv. Augusto Milani, Decano del Collegio degli Avvocati Concistoriali, Commissario Generale del Conclave, da me Mons. Giovanni Biasiotti, dai Prelati Chierici della R. C. A., dal Segretario e Cancelliere della medesima Avv. Angelini Rota, nonché dal sostituto Dott. Felici Guglielmo, dai testimoni : Don Sigismondo Chigi Albani Principe di Campagnano e Don Luigi Massimo Lancellotti Principe di Prossedi, unitamente alla Sua Corte, e ad alcuni militi della Guardia Svizzera, si è avviato alla porta del Conclave situata nel cortile di S. Damaso allo sbocco della scala detta di Pio IX. Constatata l'integrità della chiusura esterna Sua Eminenza il Principe Custode del Conclave con la chiave ricevuta in consegna all'atto di chiusura, come da istromento da me stesso rogato in data I° Marzo 1939, ha aperto la porta dal di fuori, mentre altrettanto operavasi al di dentro.

E perchè ciò consti si è redatto il presente atto, che letto ed approvato, viene sottoscritto da tutti gli intervenuti.

Ludovico Chigi Albani.
Alberto Arborio Mella di Sant'Elia.
Luigi Massimo Lancellotti Principe di Prossedi. *Teste.*
Sigismondo Chigi Principe di Campagnano, *Teste.*
Giuseppe Della Chiesa, Cav. d'On. e Dev. del S. M. O. di Malta, *Capitano delle Rote.*
Luigi Ruspoli, Cav. d'On. e Dev. del S. M. O. di Malta, *Capitano delle Rote.*
Mons. Angelo Gaeta Caselli, *Pr. Ch. R. C. Ap.*
Mons. Gaetano Giusino, *Ch. R. C. Ap.*
Mons. Giuseppe Malusardi, *Ch. R. C. Ap.*
Mons. Pietro Borgia, *Ch. R. C. Ap.*
Mons. Ugo Descufli, *Ch. R. C. Ap.*
Giovanni Biasiotti, *Ch. R. C. Ap.*
Francesco Ber sani, *Capitano.*
Augusto Milani, Decano degli Avvocati Concistoriali, *Commissario Generale del Conclave.*
Felici Guglielmo, *Sostituto Segr. e Cane, della R. C. Ap.*
Luigi Angelini Rota, *Segretario e Cane, della R. C. Ap.*

Die 3 Martii, hora 11,30, in Sacello Sixtino, Summus Pontifex tertio obedientiam, vulgo *adorationem,* Eminentissimorum Patrum Cardinalium excepit, dum chorus hymnum Ambrosianum musicis concentibus efferebat. Recitatis vero ab Emo Card. Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte, S. C. Decano, orationibus *pro gratiarum actione* et *pro Pontifice,* Beatissimus Pater, paterno affatu nuntium radiophonicum ad universum catholicum orbem dedit atque Benedictionem Apostolicam peramanter impertivit.

CORONATIO SUMMI PONTIFICIS -

Ad sollemnia Coronationis Summi Pontificis peragenda haec edita est a Praefecto Caeremoniarum Apostolicarum

INTIMATIO PER CURSORES FACIENDA DOMI DIMISSO EXEMPLARI

Ssmi I). N. Pii Div. Prov. Papae XII Coronationis Sollemnia in Basilica Vaticana fient Dominica III in Quadragesima die XII Martii 1939. Initium sacrae actioni in Porticu Basilicae Vaticanae dabitur *hora octava cum dimidio.*

Emi et Revmi DD. Cardinales vestibus et calceamentis *rubris* et galero *rubro* usuali induti, ad Aulam Congregationum accèdent, ubi, depösitis mantelletis et mozzetis, supra rochetum séricas cappas *rubras* cum *pellibus* assument et ad Aulam Paramentorum se conferent, Summi Pontificis adventum expectantes.

Deferre interim facient ad sacellum S. Gregorii in eadem Vaticana Basilica per scalam quae ducit ad cappellani Ssmi Sacramenti, amictum, mitram serico-damascenam, velum pro eadem sustinenda, sacrum paramentum *coloris albi* suo ordini proprium, videlicet : Cardinales Episcopi pluviale ex tela argentea simplici cum formali, et superpelliceum, Presbyteri casulam *opere phrygio ornatam,* Diaconi vero dalmaticam *similiter ornatam,* nec non omnes superpelliceum pro caudatario, qui induetur consueta crocea super vestem violaceam.

RR. DD. Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi Assistentes in aula prima Borgiana in prima contignatione, ceteri de Cappella in Musaeo Lapidario, cappas cum pellibus ermellineis, seu vestes sibi congruentes, assument.

Deferre deinde facient in sacellum Chori Vaticanae Basilicae, per supradictum descensum, Episcopi amictum, pluviale album ex tela argentea et mitram lineam; Abbates, locum in Cappella habentes, amictum, pluviale ex serico-damasceno et mitram lineam; Praelati vero, exceptis Protonotariis, superpelliceum.

Archiepiscopi et Episcopi non Assistentes sacra paramenta, quae secum défèrent, videlicet amictum, pluviale simplex album ex tela argentea vel sin minus ex serico, et mitram simplicem albam assument in Paulino vel Sixtino sacello Palatii Apostolici, et per supradictum descensum ad sacellum Ssmi Sacramenti in Basilica Vaticana venient, et recto tramite ad cappellani chori in eadem Basilica pergent, ibi manentes usquedum, post horam nonam cantatam, sollemni supplicatione, a sacello S. Gregorii ad Altare maius Summum Pontificem comitabuntur.

Ssmus Dnus Noster, sella gestatoria vectus, Sacro Cardinalium Collegio comitante, in Porticum Basilicae Vaticanae descendet, ibique parvo Solio conscenso, Canonicos et alios de clero Vaticano ad pedis osculum recipiet, et Basilicam ingressus, adorato Venerabili Sacramento solemniter in sacello Ssmae Trinitatis exposito, ad S. Gregorii sacellum deferetur, ibique statim DD. Cardinales ad osculum manus et Episcopos ad osculum pedis excipiet, et solemnem Benedictionem largietur. Posthac, caudatarii superpelliceum et velum pro mitra super croceam, assument, et DD. Cardinales sacra paramenta induentes iuvabunt.

Usque ad Gregorianum sacellum unus vel duo tantum nobiles familiares, praeter caudatarium, DD. Cardinales comitabuntur.

Interim in sacello Chori Revmi Patriarchae, Archiepiscopi, J3piscopi Pontificio Solio Assistentes et Abbates (locum in Cappella habentes) pluviale; Poenitentiarii Vaticanae Basilicae casulam; Clerici R. C. A., Votantes Signaturae et tres priores sacrae R. Rotae Auditores superpelliceum assument. Ex iisdem Auditoribus, qui Subdiaconi munere fungetur, paramenta in ipso Gregoriano sacello, ceteri amictum et tunicellam in eodem Choro, ubi et pluvialia alba Sacri Consistorii Aulae Advocati, assument.

Decanus Signaturae Votantium moneat septem ex suis collegis qui in Acolythorum officio ministrent, moneat quoque octo ex Referendariis, qui induti rocheto sub mantelleto praesto sint, ut baldachini hastas supra Pontificem in supplicatione ab eodem sacello ad Altare maius, et post Missam usque ad Scalam Regiam sustineant.

Cantata hora Nona et reliquis de more peractis, processionali ordine, ad Altare SS. Apostolorum Summus Pontifex deferetur.

Post Confessionem, et altaris thurificationem, Summo Pontifici in Solio sedenti DD. Cardinales, pedem, manum et faciem osculando, oboedientiam iterum praestabunt; Episcopi ad pedis et genu, Abbates et Poenitentiarii autem ad pedis tantum osculum admittentur.

Post Missam, processionali more ad Aulam Benedictionum supra porticum Basilicae ascenditur.

Ibique, supra podium Summus Pontifex coronabitur, qua actione perfecta Ipse Benedictionem solemnem populo impertietur, et Plenariam Indulgentiam elargietur per Assistentes Diaconos Cardinales publicandam.

Emi DD. Cardinales Summum Pontificem comitabuntur ad Aulam Paramentorum : ibique Summo Pontifici pontificalibus indumentis exuto Emus Decanus, totius Sacri Collegii nomine, fausta feliciaque augurabitur.

Intimentur itaque omnes et singuli Efni et Emi DD. S. R. E. Cardinales; Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi tam Solio assistentes quam non assistentes, Vice-camerarius, Princeps Solii, Auditor et Thesaurarius Gen. R. C. A., Adsessores et Secretarii SS. RR. CC., Magnus Magister Sacri Hospitii, Protonotarii Apostolici, Abbates et Generales Ordinum mendicantium (locum in Cappella habentes), S. R. Rotae Auditores, R. C. A. Clerici, Signaturae Votantes, Sacrae Consistorialis Aulae Advocati, Poenitentiarii Vaticanae Basilicae, Procuratores tam Ordinum regularium quam Sacri Palatii Apostolici, Cubicularii et Officiales ceterique intimari soliti, ut in loco singulis designato *saltem hora octava* conveniant.

De mandato Sanctissimi D. **IS.** Papae

CAROLUS RESPIGHI,
Proton. Apost., Caerem. Praefectus.

Ritu splendide in Basilica Vaticana absoluto ac Coronatione, supra podio in forum prospiciente et coram immensa multitudine religiose mirante et vehementer conclamante, rite peracta, Beatissimus Pater Benedictionem populo impertivit. Post quam in Aula Paramentorum Emus ac Revmus Cardinalis S. Collegii Decanus, Purpuratorum Patrum Senatus omina et vota Summo Pontifici nobilissimis hisce verbis expressit :

Beatissime Pater — Sacrum Collegium hac in laetissima die ad Tuos provolutum pedes, toto corde Tibi dicit « prospere procede et regna! » : cum nos omnes ad Deum preces fundimus ut Tu, Pastor Angelicus, pro bono Ecclesiae, annos Beati Petri videre possis, atque Tua paterna voce, auxiliante Regina Pacis, alias permultas oves, adhuc errantes, ad ovile Christi Iesu benedicti adducere valeas!

Et optatam Tuam Apostolicam Benedictionem, Pater Sancte, nobis benigne concede! *

Ad haec Beatissimus Pater peramanter respondit :

Quae venerandus ac Nobis carissimus Cardinalis Decanus verba fecit, tam vehementer suaviterque Nos tangunt, ut immortales grates eidem ceterisque omnibus e Sacro Collegio referamus, qui propius Nobis adsunt, devotam eorum pietatem fidelitatemque paterno rependentes animo.

Per vos, Venerabiles Fratres ac Dilecti Filii Nostri, post obitum desideratissimi ac perpetuae recordationis Decessoris Nostri, Providentissimus Deus, arcano suo consilio, Nos, etsi invitos necopinantes, ad eiusmodi dignitatis auctoritatisque fastigium extulit, cuius ardua celsitudo, singularis ratio gravissimumque officium quemlibet hominem, nedum Nos, contremiscere iubeant.

Quapropter non nostris meritis viribusque subnixi, sed Dei gratia confisi, ad potentissimum sapientissimumque Eius nutum frontem reclinamus Nostram. Atque ad eum convertentes oculos qui est « Pater luminum et Deus totius consolationis », itemque illius tutela freti, quae Benesuadens Virgo Conclavis Patrona exstitit, petrianae navis gubernaculo admovemus manus, ut eam per tot Auctus et procellas ad pacis portum dirigamus.

Summi Pontificatus munus, per saeculorum decursum, non a^io spectat, nisi ut veritati famuletur; veritati dicimus, quae integra ac germana sit, nullis obscurationibus obumbrata, nullisque obnoxia infirmitatibus, at numquam seiuncta a Iesu Christi caritate. In omnem siquidem Pontificatum, ac praesertim in hunc Nostrum, quem suas partes explere oportet pro hominum consortione tot discidiis ac conflictationibus laborante, illud S. Pauli Apostoli, veluti sacrum mandatum, dominari opus est: « Veritatem facientes in caritate » *(Eph.* IV, 15).

Vestram igitur operam, Venerabiles Fratres ac Dilecti Filii Nostri, vestramque alacritatem advocamus; qua adiuti, amplissimum hoc munus, quod hodie sollemni ritu auspicati sumus, ad peculiare hoc Apostoli gentium mandatum conformare totum valeamus, et caelestia ea dona, quae munus idem quodammodo continet, universo hominum generi impertire. Officii Nostri magnitudinem gravitatemque probe noscentes, neque spem exspectationemque ignorantes, quam in Beati Petri Solio ii non modo collocant, qui fide caritateque arctissime Nobiscum coniunguntur, sed seiuncti etiam non pauci a Nobis fratres atque universa propemodum hominum familia conciliandae paci inhians, hac hora, dum Pontificalis Diadematis maiestas atque onus fronti Nostrae imponitur, vos compellamus omnes, Senatus Noster, vosque, intimi consiliarii Nostri, adhortamur, S. Ioannis Chrysostomi mutuantes verba: «Vos laborem eo-

giíoscentes, cooperamini precibus, sollicitudine, alacritate, amicitia, ut nos vestra gloriatio, et vos nostra sitis » *(Horn. XXIX in Ep. ad Romanos,* n. 5).


Firma eiusmodi fiducia erecti, tum venerando Cardinali Decano, mentis animique vestri interpreti disertissimo, tum unicuique vestrum effusa benevolentia gratissimaque voluntate Apostolicam Benedictionem impertimus.

SSMI DOMINI NOSTRI PII PP. XII

CURRICULUM VITAE

Natus Romae	die 2	Martii	1876
Coelesti Dape prima vice refectus	die 11	Octobris	1886
Sacerdotio auctus	die 2	Aprilis	1899
Praelatus Domesticus renunciatus	die 8	Maii	1905
Nuntius Sedis Apostolicae	die 20	Aprilis	1917
Archiepiscopus Sardianus electus	die 23	»	1917
Archiepiscopus consecratus a Pp. Benedicto XV f. r.	die 13	Maii	1917
S. R. E. Cardinalis creatus et publicatus . . .	die 16	Decembris	1929
A Secretis Status	die 7	Februarii	1930
Archipresbyter Basilicae Vaticanae	die 25	Martii	1930
Ad Summum Pontificatum electus	die 2	»	1939
Sollemniter coronatus	die 12	»	1939

STEMMA STJMMIIPONTIFICIS PII PAPAE XII



Scutum coeruleum, quod in medio prae se ferat colore 'argenteo columbam tribus innixam molitum* italicis e terra marique profitentibus. Columba autem praefata gestet rostello olivae ramum. Immineant scuto Claves decussatae ac Tiara de more.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

DE COMPETENTIA IN CAUSIS MATRIMONIALIBUS, ET DE IURE PROMOTORIS IUSTITIAE ACCUSANDI MATRIMONIA ACATHOLICORUM

DUBIA

Propositis Supremae huic Sacrae Congregationi Sancti officii sequentibus dubiis:

I. Utrum decisio Supremae S. Congregationis S. Officii data die 18 Ianuarii 1928 ad I., qua nempe declaratum fuit acatholicos in causis matrimonialibus actoris partes agere non posse, spectet tantum Tribunal S. Romanae Rotae, an etiam Tribunalia dioecesana;

II. Utrum Promotor Iustitiae, vi canonis 1971, nulla praehabita facultate a S. Officio, matrimonium accusare possit si nullitas matrimonii fuerit denuntiata a coniuge acatholico.

Feria IV, die 15 Martii 1939

Eminentissimi ac Revmi PP. DD. Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum Voto, respondendum decreverunt :

Ad I. : *Negative* ad primam partem; *Affirmative ad alteram,* seu : *spectare etiam Tribunalia dioecesana.*

Ad II. : *Negative, nisi publicum bonum, Ordinarii iudicio, id postulet.*

Et Sabbato, die 18 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Papa XII, in audientia Excmo ac Revmo Domino Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 22 Martii 1939.

R. Pantanetti, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

INDULGENTIAE APOSTOLICAE

QUAS SUMMUS PONTIFEX PIUS PP. XII, IN AUDIENTIA INFRA SCRIPTO CARDINALI PAENITENTIARIO MAIORI DIE 11 MARTII 1939 IMPERTITA, BENIGNE CONCESSIT CHRISTIFIDELIBUS, QUI ALIQUOD PIETATIS VEL RELIGIONIS OBIECTUM, A SE VEL A SACERDOTE POTESTATEM HABENTE BENEDICTUM, POSSIDENT AC PECULIARIBUS IMPERATIS CONDITIONIBUS SATISFECERINT.

Indulgentiae

1. Quisquis saltem semel in hebdomada recitare consueverit coronam Dominicam, vel aliquam ex coronis beatae Mariae Virginis, vel rosarium aut saltem eius tertiam partem, vel officium parvum eiusdem B. Mariae Virginis, vel saltem vesperas aut nocturnum cum laudibus officii defunctorum, vel psalmos paenitentiales aut graduales, vel consueverit saltem semel in hebdomada aliquod opus ex illis peragere quae sub appellatione <(Operum misericordiae » agnoscuntur, vel Missae interesse, servatis conditionibus confessionis sacramentalis, sanctae Communionis et alicuius orationis ad mentem Summi Pontificis, lucrabitur *Indulgentiam plenariam* diebus Nativitatis Domini, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Ssmae Trinitatis, Corporis Domini eiusdemque Sacratissimo Cordis, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis et Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis; Nativitatis S. Ioannis Baptistae; utriusque festi S. Ioseph Sponsi B. Mariae Virginis; Ss. Apostolorum Petri et Pauli, Andreae, Iacobi, Ioannis, Thomae, Philippi et Iacobi, Bartholomaei, Matthaei, Simonis et Iudae, Matthiae atque Omnium Sanctorum.

Si quis vero ad sacramentalem confessionem ac ad sanctam Communionem minime accesserit, corde tamen contritus ad mentem Summi Pontificis aliquantisper precatus fuerit, singulis diebus supra recensitis *partialem septem annorum* lucrabitur *Indulgentiam.*

Insuper quisquis aliquod ex praedictis pietatis vel caritatis operibus expleverit, quoties id peregerit, *partialem trium annorum Indulgentiam* adipiscetur.

2. Sacerdotes, qui nullo legitimo impedimento detenti quotidie s. Missae sacrificium celebrare consueverint, *Indulgentiam plenariam* festis supra memoratis consequentur, additis sacramentali confessione et oratione ad mentem Summi Pontificis.

Quoties vero ipsi Sacrum litaverint, *partialem quinque annorum Indulgentiam* acquirent.

3. Qui recitationi divini oificii tenetur, obligationi huic obtemperans, *plenariam Indulgentiam* iisdem recensitis festis lucrabitur, servatis pariter conditionibus confessionis sacramentalis, sacrae Communionis et orationis ad mentem Summi Pontificis.

Qui vero hoc peregerit saltem corde contrito, *partialem quinque annorum Indulgentiam* singulis vicibus adipiscetur.

4. Quisquis cum primo diluculo, tum meridiano tempore, tum sub vesperam, vel cum primum postea potuerit, orationem vulgo *Angelus Domini,* tempore autem paschali *Regina caeli-* aut, has preces ignorans, quinquies *Ave Maria* recitaverit; itemque sub primam noctis horam psalmum *De profundis* vel, si eum nesciat, *Pater Noster* cum *Ave Maria* et *Requiem* recitaverit, *partialem quingentorum dierum Indulgentiam* consequetur.

O. Eamdem Indulgentiam acquiret qui quavis feria sexta de Passione et Morte D. N. Iesu Christi aliquantulum pie cogitaverit, terque Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam devote recitaverit.

6. Qui suam conscientiam excusserit et peccata sua sincere detestatus fuerit cum proposito se emendandi, devöteque recitaverit semel *Pater noster, Ave Maria* et *Gloria Patri* in honorem Ssmae Trinitatis, aut quinquies *Gloria Patri* in memoriam Quinque Vulnerum D. N. Iesu Christi, *trecentorum dierum Indulgentiam* lucrabitur.

7. Quisquis pro agonizantibus oraverit, pro iis *Pater noster* cum *Ave Maria* saltem semel recitando, *partialem centum dierum Indulgentiam* adipiscetur.

8. Qui demum, in mortis articulo constitutus, animam suam devote Deo commendaverit et, rite confessus ac sacra Synaxi refectus vel saltem contritus, Ssmum Iesu Nomen ore, si potuerit, sin minus corde, devote invocaverit et mortem de manu Domini, tamquam peccati stipendium, patienter susceperit, *plenariam. Indulgentiam* consequetur.

Monita

1. Res aptae ad recipiendam benedictionem pro Indulgentiis Apostolicis lucrandis sunt tantummodo coronae, rosaría, cruces, crucifixi, parvae statuae, numismata, dummodo non sint ex stanno, plumbo, vitro

conflato ac vacno aliave simili materia, quae facile confringi vel consumi possit.

2. Imagines Sanctorum alios ne repraesentent quam rite canonizatos vel in probatis martyrologiis relatos.

3. Ut quis valeat Indulgentias Apostolicas lucrari, necesse est ut aliquam ex rebus benedictis ab Ipso Summo Pontifice vel a Sacerdote facultate praedito, super se deferat aut in domo sua decenter retineat.

4. Ex expressa Ssmi Domini Nostri declaratione, per Apostolicarum Indulgentiarum concessionem nullatenus derogatur Indulgentiis a Summis Pontificibus iam alias forte concessis pro precibus, piis exercitiis vel operibus recensitis.

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae Ap., die 11 Martii 1939.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. © S.

S. Luzio, *Regens.*

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

VICARIATUS APOST. DE THANH-HOA '

NULLITATIS MATRIMONII (TAN UT-DE)

Cum ignoretur locus actualis commorationis D. De, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94), die 8 Iulii 1939, hora undecima, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, Sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti De, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.

G. Heard, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 9 Martii 1939.

T. Tani, *Notarius.*

Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. De, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 94) le 8 Juillet 1939, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessus rapporté et fixer le jour de la décision de la cause.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. De, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

TERGESTINA

NULLITATIS MATRIMONII (CREVATO-ZLATICH)

Cum ignoretur locus actualis commorationis D. Iosephi Zlatich, filii Marii, nati die 15 Decembris 1892 in Italico Municipio « di Pinguente », in causa conventi, eundem citamus ad comparendum sive per se sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria 94) die 1 Iulii 1939, hora 10, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, Sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Iosephi Zlatich, curare debent ut de hac edictali citatione ipse moneatur.

Albertus Canestri, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 20 Martii 1939.

Ioannes Pendola, *Notarius.*

Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Joseph Zlatich, défendeur en cette cause, nous le citons a comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 94) le 1er Juillet 1939, à 10 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessus rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance, du lieu de la résidence du dit M. Joseph Zlatich, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

NOMINE PONTIFICIE

Il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è benignamente degnato di nominare Suo Segretario di Stato l'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione, con il venerato chirografo seguente:

Signor Cardinale,

Nel disimpegno dei vari uffici, che dai Nostri Antecessori di santa memoria Le furono affidati, diede Ella, Signor Cardinale, tali prove d'intelligente ed operoso zelo da indurCi a conferirLe Volta ed importante carica di Nostro Segretario di Stato, con tutti gli onori e privilegi ad essa inerenti.

Ciò facendo abbiamo la certezza che gli interessi della Nostra Santa Religione troveranno in Tjei un conoscitore sagace ed uno strenuo difensore. Così per i nuovi servigi ch'Ella verrà consacrando al bene della Chiesa e di questa Sede Apostolica Le sarà sempre più ampiamente confermata la Nostra benevolenza, in pegno della quale fin d'ora Le impartiamo di cuore quella particolare e paterna Nostra Benedizione Apostolica, che valga a ottenerLe dalla Divina Bontà i lumi e i doni a Lei necessari per il felice adempimento delle sue nuove e delicate mansioni.

Dal Vaticano, 10 marzo 1939.

PIUS PP. XII

La medesima Santità Sua, con Bolle della Dataria Apostolica in data 14 marzo 1939, si è degnata nominare Arciprete della Patriarcale Basilica Vaticana l'Emo e Revmo Signor Cardinale Federico Tedeschini, Suo Datario.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 31 gennaio 1939, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria* e *particolare*, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e dei Revmi Prelati Officiali, per discutere sulla validità dei Processi nelle Cause dei Servi di Dio:

1) B. Ludovico Maria Grignon di Montfort, Confessore, fondatore della Congregazione dei Preti Missionari della Compagnia di Maria e dell'Istituto delle Figlie della Sapienza;

2) Ven. Ignazio da Laconi, laico professo dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini;

3) Ven. Maddalena di Canossa, fondatrice dell'Istituto delle Figlie della Carità;

4) Ven. Guglielma da Rodat, fondatrice della Congregazione delle Suore della S. Famiglia;

5) Andrea Beltrami, sacerdote della Pia Società Salesiana;

6) Anna degli Angeli, di Monteagudo, monaca professa dell'Ordine di S. Domenico;

7) Paolina Maria Jaricot, fondatrice delle Opere della Propagazione della Fede e del Rosario vivente.

Martedì, 14 marzo 1939, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria*, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e dei Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi, per discutere su due miracoli che si asseriscono operati da Dio ad intercessione della Ven. Serva di Dio Filippina Duchesne, della Società delle Suore del S. Cuore di Gesù.

Martedì, 21 marzo 1939, presso Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Alessandro Verde, Ponente o Relatore della causa di beatificazione e canonizzazione del Servo di Dio Modestino di Gesù e Maria, sacerdote professo del'rOrdine dei Frati Minori, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria*, con l'intervento dei Revmi Prelati Officiali e dei Revmi Consultori teologi, per discutere sulla eroicità delle virtù dello stesso Servo di Dio.

Martedì, 28 marzo 1939, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria*, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revíhi Prelati Officiali e Consultori teologi, per discutere su due miracoli che si asseriscono operati da Dio ad intercessione della Beata Maria di S. Eufrasia Pelletier, fondatrice della Congregazione delle Suore del Buon Pastore; miracoli che vengono proposti per la solenne canonizzazione della Beata.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, in data 28 gennaio 1939, il Santo Padre Pio XI, di fe. me., si degnò di nominare gli Emi e Revmi Signori Cardinali Eugenio Tisserant, Ermenegildo Pellegrinetti e Nicola Canali, *Membri del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

3 marzo 1939. Gli Illmi e Revmi Monsignori Federico Callori di Vignale, Carlo Confalonieri, Diego Venini, Carlo Emanuele Toraldo e Mario Nasalli Rocca di Corneliano, *Suoi Camerien Segreti Partecipanti.*

14 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Massimo Massimi, *Presidente della Commissione Pontificia per la Interpretazione autentica del Codice di Diritto Canonico.*

16 » » L'Illmo Sig. Marchese Giacomo Serlupi Crescenza, *Suo Cavallerizzo Maggiore.*

17 » » S. E. Revma Monsig. Luigi Fogar, Arcivescovo titolare di Patrasso, *Consultore della Sacra Congregazione della Disciplina dei Sacramenti.*

21 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione, Suo Segretario di Stato, *Membro della Suprema Sacra Congregazione del Sant'Uffizio.*

22 » » Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Michele de Faulhaber, Achille Liénart, Rodrigo Villeneuve, Luigi Maglione e Giuseppe Pizzardo, *Membri della Commissione Pontificia per gli Studi Biblici.*

25 » » Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Francesco Marmaggi e Luigi Maglione, *Membri della Commissione Pontificia per la Interpretazione autentica del Codice di Diritto Canonico.*

31 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Federico Tedeschini, Suo Datario, *Membro della Commissione Cardinalizia per l'Amministrazione dei Beni della Santa Sede.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre XI, di fe. me., si degnò di nominare :

3 marzo 1938. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Giuseppe Pizzardo, *Protettore dell'Istituto delle Piccole Serve di Maria Immacolata* (Tarnovia).

13 maggio » L'Illmo e Revmo Monsig. Antonio Bacci, *Canonista della S. Penitenzieria Apostolica.*

20 gennaio 1939. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marmaggi, *Protettore della Congregazione delle Religiose di S. Giuseppe, sotto la protezione dell'Immacolata Madre di Dio* (Ohambéry).

21 » ». L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni, *Protettore dell'' Arciconfraternita di 8. Maria della Pietà in Campo Santo dei Teutoni e Fiamminghi e dell'annesso Collegio.*

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore dell'Istituto delle Francescane dell'Immacolata Concezione di Barra do Pirahy* (Brasile).

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

12 marzo 1939. S. E. Revma Monsig. Alberto Arborio Mella di Sant'Elia, *Suo Maestro di Camera.*

13 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Salotti, *Protettore della Pia Società di S. Francesco Saverio per le Missioni Estere* (Parma).

14 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marmaggi, *Prefetto della Sacra Congregazione del Concilio.*

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Giuseppe Pizzardo, *Prefetto della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

NECROLOGIO

3 dicembre 1936. Monsig. Emanuele Irurita y Almándoz, Vescovo di Barcellona.
3 febbraio 1939. Monsig. Giovanni Francesco Gnidovec, Vescovo di Scopia.
7 » Monsig. Anselmo Polanco, Vescovo di Teruel.
» » Monsig. Gaudenzio Giacinto Stanchi, Vescovo tit. di Farbeto.
10 » Monsig. Arturo Jara, Vescovo tit. di Archelaide.
23 » Monsig. Eugenio Giacomo Grellier, Arcivescovo tit. di Cesarea di Cappadocia.
24 » Monsig. Vincenzo Migliorelli, Vescovo tit. di Samo.
3 marzo Monsig. Ferdinando Rott, Vescovo di Veszprimia.
4 » Monsig. Nicola Piccirilli, Arcivescovo di Lanciano e Amministratore perpetuo di Ortona.
» Monsig. Armando Agostino Bahlmann, Vescovo tit. di Argo, e Prelato di Santarem nel Brasile.
11 Monsig. Cleto Cassani, Arcivescovo tit. di Acrida.
13 Monsig. Albano Goodier, Arcivescovo tit. di Gerapoli di Frigia.
» Monsig. Filippo Mantini, Vescovo di Cagli e Pergola.
20 Monsig. Bernardo Mahoney, Vescovo di Sioux Falls.
» Monsig. Giuseppe Enrico Conroy, Vescovo di Ogdensburg.

An. et Vol. XXXI 24 Aprilis 1939 (Ser. II, v. VI) - Num. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

MOTU PROPRIO

DE PRIVILEGIIS CONCLAVISTIS ECCLESIASTICIS CONCESSIS

PIUS PP. XII

Ad Pontificale Solium benignissimi Summi Pastoris gratia nuper evecti, libenter animum intendimus ad eos quoque Praelatos et clericos, qui in recenti Conclavi adfuerunt, sive uti officiales suum quisque munus fideliter explentes, sive uti conclavistae S. R. E. Patres Cardinales comitantes. Iamvero paternae Nostrae caritatis et benevolentiae testimonium eisdem exhibere volentes, nihil magis ab ipsis exoptari censemus, quam ut beneficium aliquod spirituale prae primis conf eramus, conditioni et dignitati sacerdotali congruum et consentaneum.

Quapropter motu proprio et certa scientia memoratis ecclesiasticis viris, quorum nomina infra describuntur, indultum oratorii privati concedimus, non ea quidem mente ut habitualiter in eo celebrent, cum maxime conveniat ut sacerdos, pro hominibus constitutus, in ecclesiis ad fidelium utilitatem, praesertim diebus festis, rei divinae operetur ad aram; sed ut in quibusdam rerum adiunctis, sive ratione valetudinis sive incommodi aliave rationabili causa, oratorio privato frui valeant.

Decernimus tamen ut gratioso hoc indulto ne utantur sine consensu proprii Ordinarii, qui prius oratorium privatum per se vel per suum delegatum visitare et probare debet; neque diebus festis solemnioribus, aliisve quos ipse Ordinarius, pro suo prudenti arbitrio, forte excipere existimaverit.

Iisdem sacerdotibus insuper indulgemus ut gratias et provisiones quorumlibet beneficiorum, si quae ipsis conferantur, nec non Litteras Apostolicas de iis conficiendas semel gratuito accipiant.

Contrariis quibusvis non obstantibus, etiam speciali mentione dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxxi mensis martii MDCCCCXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XII

INDEX CLERICORUM CONCLAVISTARUM

VINCENTIUS SANTORO, Adsessor S. C. Consistorialis, Sacri Cardinalium Collegii Secretarius,

ALPHONSUS DE ROMANIS O. S. A., Episcopus tit. Porphirien., Sacrista S. P. A.

CAROLUS RESPIGHI, Praefectus Caeremoniarum Apostolicarum.

ALOISIUS CAPOTOSTI,

HENRICUS DANTE,

HERMANNUS BONAZZI,

CAROLUS GRANO,

IOSEPHUS CALDERARI,

SALVATOR CAPOFERRI,

Magistri Caeremoniarum.

PIUS ROSSIGNANI, conclavista NOSTER dum Cardinalatus dignitate fungebamur.

IOANNES BAPTISTA CAMONI : Emi P. D. IANUARII Card. GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE.

BARTHOLOMAEI MOZZONE: Emi P. D. DONATI Card. SBARBETTI.

ANTONIUS GROSSI : Emi P. D. THOMAE PII Card. BOGGIANI.

ODDO ZANGOLINI: Emi P. D. HENRICI Card. GASP ARRI.

ARNALDUS GUGLIELMI et **AEGISTUS TOZZI** : Emi P. D. ANGELI MARIAE Card. DOLCI.

IEREMIAS MINIHAN : Emi P. D. GULIELMI Card. 0'CONNELL.

IOANNES GUASCO : Emi P. D. ALEXII Card. ASCALESI.

FRANCISCUS G. **GANSE** : Emi P. D. ADULPHI Card. BERTRAM.

IOSEPHUS WEISSTHANNER et **ALPHONSUS NUHR** : Emi P. D. MICHAELIS Card. FAULHABER.

SALVATOR BURGIO : Emi P. D. DIONYSII Card. DOUGHERTY.

IOANNES CORBELLA et **IOANNES VILADRICH** : Emi P. D. FRANCISCI ASSISIENSIS Card. VIDAL. Y BARR AQUER.

GULIELMUS CRÖSTEN : Emi P. D. CAROLI IOSEPHI Card. SCHULTE.

ALBERTUS POLLI : Emi P. D. IOANNIS BAPTISTAE Card. NASALLI ROCCA DI CORNELIANO.

FRIDERICUS HILLENBRAND : Emi P. D. GULIELMI Card. MUNDELEIN.

NICASIUS SIFPERLE : Emi P. D. ALEXANDRI Card. VERDE.

COELESTINUS AMATI : Emi P. D. LAURENTII Card. LAURI.

EDMUNDUS LECLEP : Emi P. D. IOSEPHI ERNESTI Card. VAN ROEY.

BOLESLAUS FILIPIAK : Emi P. D. AUGUSTI Card. HLOND.

XAVERIUS ALERT : Emi P. D. PETRI Card. SEGURA Y SAENZ.

NICOLAUS BARTMAN: Emi P. D. IUSTINIANI GEORGII Card. SÉREDI.

GULIELMUS GALLI et **ECCLESIUS TERRANEO** : Emi P. D. ALFRIDI ILDEPHONSI Card. SCHUSTER.

HONORATUS CAROLUS NUNES MANTEIRO : Emi P. D. EMMANUELIS Card. GONÇALVES CEREJEIRA.

SALVATOR DE GAETANO : Emi P. D. ALOISII Card. LAVITRANO.

PETRUS MCKEVITT et **IOSEPHUS PRISTERNY** : Emi P. D. IOSEPHI Card. MACRORY.

XAVERIUS JULLIEN : Emi P. D. IOANNIS Card. VERDIER.

P. **LINCOLN LEMB** S. T. : Emi P. D. SEBASTIANI Card. LE ME DA SILVEIRA CINTRA.

FERDINANDUS BALDELLI: Emi P. D. RAPHAELIS CAROLI Card. ROSSI.

ACHILLES GLORIEUX : Emi P. D. ACHILLIS Card. LÍÉNART.

GULIELMUS FLETCHER : Emi P. D. PETRI Card. FUMASONI BIONDI.

AEMILIUS MARCHETTI-: Emi P. D. FRIDERICI Card. TEDESCHINI.

VINCENTIUS BARALE : Emi P. D. MAURILII Card. FOSSATI.

PAULUS NICOLE : Emi P. D. RODERICI Card. VILLENEUVE.

IACOBUS MENEGHELLO : Emi P. D. ELIAE Card. DALLA COSTiL

IOSEPHUS STREIDT et **IACOBUS WEINHACHER** : Emi P. D. THEODORI Card. INNITZER.

PAULUS HINDO : Emi P. D. IGNATII GABRIELIS Card. TAPPOUNI.

ADELMUS LORETI : Emi P. D. HENRICI Card. SIBILIA.

CARMELUS AQUILINA : Emi P. D. FRANCISCI Card. MARMAGGI.

SALVATOR VITALE : Emi P. D. ALOISII Card. MAGLIONE.

ARMANDUS FATTINNANZI: Emi P. D. CAROLI Card. CREMONESI.

Ivus **PAULUS DE GIBON** : Emi P. D. HENRICI Card. BAUDRILLART.

LUCIANUS DAGE: Emi P. D. EMMANUELIS COELESTINI Card. SUHARD.

IOANNES BONKAL : Emi P. D. CAROLI Card. KASPAR.

P. IOSEPHUS GÜENECHEA S. I. : Emi P. D. IACOBI ALOISII Card. COPELLO.

ALOISIUS DE DESPUJEL : Emi P. D. ISIDORI Card. GOMA Y TOMAS.

FERNANDUS QUARESIMA : Emi P. D. PETRI Card. BOETTO.

ANDREAS BOUQUIN : Emi P. D. EUGENII Card. TISSERANT.

IOSEPHUS MARCHETTI: Emi P. D. ADEODATI IOANNIS Card. PIAZZA.

MARTES GIUSTI: Emi P.D. HERMENEGILDI Card. PELLEGRINETTI.

VALENTINUS ELWES et **RICHARDUS SMITH** : Emi P. D. ARCTURI Card. HINSLEY.

ANTONIUS VILLAPLANA et **IOANNES CARROLL**, : Emi P. D. IOSEPHI Card. PIZZARDO.

IOANNES MAURY : Emi P. D. PETRI Card. GERLIER.

BERNARDINUS BOCCHINI : Emi P, D. CAMILLI Card. CACCIA DOMINIONÏ.

IOANNES BORBONI : Emi P. D. NICOLAI Card. CANALI.

ANTONIUS BONOMO : Emi P. D. DOMINICI Card. JORIO.

P. **FRANCISCUS TOMASETTI** S. S. : Emi P. D. VINCENTII Card. La PUMA.

FRANCISCUS MANCORTI : Emi P. D. FRIDERICI Card. CATTANI.

P. **AGNELLUS NAPOLI** C. R. M. D. : Emi P. D. MAXIMI Card. MASSIMI.

SERGIUS MINELLI : Emi P. D. DOMINICI Card. MARIANI.

IOANNES BAPTISTA BORINO : Emi P. D. IOANNIS Card. MERCATI.

IOSEPHUS DE GENNARO.

P. **OCTAVIUS MARCHETTI** S. I.

P. **GABRIEL MONTI**,, O. S. A.

Fr. **CAROLUS CREMONA**, O. S. A.

HOMILIA

A SS.MO D. N. PIO PP. XII HABITA IN BASILICA VATICANA, IN SOLLEMNI MISSA PAPALI, DIE PASCHATIS RESURRECTIONIS D. N. I. CH., IX APRILIS MCMXXXIX.

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII,

Quoniam Paschalia Sollemnia opportunitatem Nobis praebent summo cum paterni animi Nostri gaudio vos salutandi, vos dicimus, lectissime Ecclesiae Senatus, vos, quotquot adestis, Venerabiles in Episcopatu Fratres, e Romano clero Praesules vel sacerdotes, ac denique omnes e Religiosorum ordine et e christiana plebe dilectissimi filii—quorum piae capiendae multitudini amplissimum hoc Petrianum templum iam videtur angustius —

non aptiore modo Nos posse dicendi initium facere putamus, quam si pulcherrima illa iteremus verba, quibus Divinus Magister ab inferis suscitatus suos discipulos affatus est: « Pax vobis ».[1] En pacis omen pacisque consalutatio!

Qui scilicet, cum eius adventus in exspectatione erat, « Princeps pacis »[2] praenuntiabatur; qui nascens angelicis illis excipitur concentibus « Gloria in altissimis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis »,[3] humani generis Redemptor pacis praeco ac sequester exstitit, secundum illud Apostoli gentium: « Evangelizavit pacem ».[4] Quae tamen pax non colluctationibus vacua contentionibusque fuit; quandoquidem eam Christus Dominus, cum « mors et vita duello conflixere mirando »,[5] ad mortem usque certando, quasi cruoris sui partaeque victoriae pretium assecutus est, «pacificans per sanguinem crucis eius sive quae in terris, sive quae in caelis sunt ».[6]

Iure igitur meritoque Paulus Apostolus non modo eam, solacii plenam, invocationem saepenumero geminat «Deum pacis, Dominum pacis »[7] sed sacrorum vatum veluti referens vocem,[8] Iesum Christum pacem nostram appellat: « Ipse est pax nostra ».[9]

Quae quidem in praesens animadvertere atque perpendere valde consentaneum ducimus ad animos relevandos reereandosque, dum pax tantopere ab omnibus conclamatur, discupitur atque invocatur. « Tantum est enim pacis bonum ut... nihil gratius soleat audiri, nihil desiderabilius concupisci, nihil postremo possit melius inveniri ».[10]

Attamen hodie, si unquam alias, illa Ieremiae Prophetae verba peropportune quadrant, qui homines dicentes inducit: «Pax,

[1] **Ioan., XX, 19.**
[2] **Is., IX, 6.**
[3] **Luc, II, 14.**
[4] **Eph. II, 17.**
[5] **Ex sequentia Pasch.**
[6] **Coloss., I, 20.**
[7] **Rom., XV, 33; XVI, 20; I Cor., XIV, 33; Philip., IV, 9; I Thess., V, 23; II Thess., III, 16; Hebr., XIII, 20.**
[8] **Mich., V, 5.**
[9] **Eph., II, 14.**
[10] **S. Aug., *De Civ. Dei*, XIX, 11.**

pax : et non erat pax » . [11] Etenim si oculos circumquaque convertimus, triste quoddam spectaculum occurrit! Siquidem cernere est permotos multis in regionibus cives suaque sorte inquietos formidolosa quadam perturbatione angi, quae peiora portendere mala videatur. Anxitudo trepida animos incessit hominum, quasi iam deteriora impendeant pericula atque immineant.

Quae omnia a serena illa ac tuta « ordinis tranquillitate », [12] quae pacem veri nominis continet, quam longe absunt ! Ac verum enimvero quomodo integra ac solida pax habeatur, si vel eiusdem nationis filii, communis stirpis saepe communisque patriae immemores, civilium partium commodis, simultatibus contentionibusque abstrahantur ac distineantur ? Quomodo habeatur, dicimus, si tot hominibus, ad centena milia bene multa, laboris opera desit, ex qua non modo singuli cives honeste vivere queant, sed multiplices etiam eorum vires facultatesque, quibus natura, studium ,et ars humanae personae dignitatem honestaverint, necessitate quadam ingenuoque decore exerceri possint ? Quisnam vero non videat ex hisce rerum adiunctis innumeras coalescere multitudines, in quibus ob miserrimum statum animorumque abiectionem — quae tam acriter eorum deliciis adversantur, qui luxuriöse vivunt, nullamque indigentibus opem ferunt — facilem ii praedam agant, qui mentibus fucata veritatis specie deceeptis corruptrices doctrinas insidiando alliciendoque ingerant ? Ac praeterea, quomodo habeatur pax, si inter Nationes etiam mutua desideretur et aequa rationum aestimatio animorumque consensio, quae per refulgens civilis progressionis iter dirigere gentes queant % Dum, contra, conventiones sollemniter sancitae ac data fides ea interdum vi securitateque destituuntur, quibus debita invicem fi du cia continetur ac roboratur; qua dempta, increscentem annorum apparatum minuere ac remittere animosque pacare — quod omnibus in votis est — difficilius usque cotidie evadit.

Qua ingruente formidolosa tempestate, vehementer adhortamur omnes ut ad pacis Regem mortisque Victorem redeant, a quo

[11] Ierem., VI, 14 (VIII, 11: Ezech., XIII, 10).
[12] S. Aug., *De Oiv. Dei*, XIX, 13.

consolatoria haec verba audivimus « Pax vobis ». Largietur ille nobis — quemadmodum pollicitus est — pacem, pacem suam, eam inquimus, quam mundus dare non potest, pacem; quae nimirum una omnem animorum perturbationem trepidationemque componere ac sedare potest: « Pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, .ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet ».[13]

At quandoquidem externa hominum tranquillitas ex interiore reniteat oportet, necesse est in primis animorum curare pacem; eamque, si desit, sibi comparare quam primum; si vero adsit, diligenter colere, tueri ac servare incolumem. Etenim Christus Dominus, non sine gravissimo mentis suae consilio, hodierna die, cum primum Apostolis se ab inferis suscitatum conspicienclum dedit, pacis salutationi suae pretiosissimum pacis munus adiicere voluit, Paenitentiae videlicet Sacramentum; ita quidem ut sollemni ipso Anastasis eius die salutare illud institutum oriretur, quod in animis divinam restituit ac renovat gratiam, quae de morte, scilicet de culpa, est vitae triumphus. Ad inexhaustum huiusmodi veniae pacisque fontem pia mater Ecclesia filios suos omnes sacro hoc paschali tempore enixe advocat. Quodsi singuli universi studiosissimae huic adhortationi ultro libenterque obsequenter, uberem florentemque adipiscentur in Christo vitam; atque adeo suavissimo fruentur gaudio illius pacis, qua, amantissime perfecteque Divino Redemptori obtemperando, in eupidiuum voluptatumque illecebras dominari poterunt. « Vult autem — ut S. Augustini interrogatione utamur — mens tua idonea esse vincere libidines tuas*? Subdatur maiori et vincet inferiorem: et erit pax in te vera, certa, ordinatissima. Qui est ordo pacis huius % Deus imperat menti: mens carni: nihil ordinatius ».[14]

Videtis igitur, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, quo uno ac firmissimo nitatur fundamento pax veri nominis: sempiterno nempe Dei Numine, quod agnoscere, observare ac colere, cuiusque praeceptis obtemperare, omnibus officium est. Debitam eiusmodi

" **Ioan., XIV, 27.**

" ***Misceli. Agost.*, vol. I, S. Aug., Sermones post Maurinos reperti, pag. 688, 15-18.**

Divino Creatori obedientiam extenuare vel penitus restinguere idem profecto est ac ipsam turbare vel prorsus infringere cum privatorum hominum, tum domestici convictus, tum singularum Nationum, tum denique totius humani generis tranquillitatem. Unus siquidem Deus « loquetur pacem in plebem suam, et super sanctos suos, et in eos qui convertuntur ad cor ».[15] Omnipotentis Dei nutu solummodo — supremi nempe iustitiae tutoris, supremique pacis largitoris — « iustitia et pax osculatae sunt »;[16] quandoquidem, ut Isaias propheta cecinit: « Et erit opus iustitiae pax, et cultus iustitiae silentium, et securitas usque in sempiternum ».[17]

Quemadmodum enim nullo rerum ordine pax haberi non potest, ita pariter, remota iustitia, rerum ordo consistere nequit. Iustitia vero postulat ut auctoritati legitime constitutae debita tribuatur observantia atque obedientia; ut leges ad commune bonum sapienter conformentur, iisdemque ab omnibus pro conscientiae officio obtemperetur. Iustitia postulat ut sacrosancta humanae libertatis dignitatisque iura omnes agnoscant, tueantur; utque innumerae opes atque divitiae, quas Deus per universum terrarum orbem profudit, in suorum omnium utilitatem filiorum consentanea rectaque ratione distribuantur. Iustitia denique postulat ut salutaris opera catholicae Ecclesiae, quae veritatis est magistra falli nescia, inexhaustus animis vitae fons civilisque consortionis altrix praecipua, ne detrectetur neve prohibeatur. Quodsi nobili iustitiae sceptro violentiae arma succedant, tum quisnam miretur orientem aetatem non optatissimum candidae pacis fulgorem, sed caliginosos cruentosque bellorum ignes afferre?

Iamvero iustitia utique eo speetat, ut normas constituat integrasque servet illius rerum ordinis, qui primarium atque praecipuum solidae pacis fundamentum exsistat; ea tamen sola una difficultates atque impedimenta evincere non potest, quae saepenumero efficiendae stabiliendaeque tranquillitati obstant. Qua-

[15] **Ps. 84**
[16] **Ps. 84.**
[17] **Is., XXXII, 17.**

propter, si rigidae destrictaeque iustitiae caritas fraterno foedere non coniungitur, facilius mentis oculi quadam praepediuntur caligine, ne aliena iura cernant; auresque obsurdescunt, ne vocem illius aequitatis audiant, quae, si volenti sapientique studio edisseratur, asperrimas etiam ac salebrosas causas, quae in controversiam cadunt, ordine rationeque enodare atque explanare potest.

Cum vero heic de caritate loquimur, effectricem illam intellegi volumus ac generosam, quam Christus invexit, caritatem. Caritatem dicimus, quae Divinum Redemptorem ad mortem usque, salutis nostrae causa, compulit: «Dilexit me et tradidit semetipsum pro me»;[18] caritatem, quae «urget nos»,[19] idque facit, ut «qui vivunt, iam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est et resurrexit»;[20] caritatem denique, qua Christus permotus «formam servi»[21] accepit, ut omnes in eo fratres emceremur, qui est «primogenitus»,[22] filii nempe eiusdem Dei, eiusdem regni heredes, et ad eiusdem sempiternae beatitatis gaudia vocati.

Si mortalium animi tandem aliquando huius amoris suavitatem haurient, in eademque conquiescent, tum procul dubio laboranti humano generi pacis lumen illucescet. Irae perturbationibus, quae irritant, ratiocinantis mentis tranquillitas succedet; immodicae effrenataeque contentioni benevolens adiutricis operae collatio; simultati denique aequa ac mutua rerum rationumque aestimatio; ita quidem ut formidolosam eiusmodi animorum concitationem praesidens excipiat requies ac ser.enitas.

Viam répètent homines, qua ad amica foedera remigrabitur, in quibus uniuscuiusque commoda utilitatesque iusto benignoque ordine perpendantur; in quibus ne iacturae quidem singulorum defugiantur ad potiora humanae familiae bona assequenda; in

[18] *Aâ* **Galat, II, 20.**
[19] **II Cor., V, 14.**
[20] **II Cor., V, 15.**
[21] **PMlip., II, 7.**
[22] **Rom., VIII, 29.**

quibus denique data publice fides probe volentibus omnibus in exemplum vigeat.

Quae ut effecta dentur, utque flagrantissima haec vota Nostra ad .exitum auspicato deducantur, Nos temperare Nobis non possumus quin singulis civibus, populis eorumque moderatoribus praefervidam illam ad pacem, iustitia caritateque innixam, invitationem hortationemque iteremus, quam, vixdum ad Supremi Pontificatus verticem evecti, ad eos omnes convertimus. Imprimis vero manus oculosque erigimus ad « Regem Regum et Dominum Dominantium » ,[23] supplices eidem admoventes preces, quas hodiernis Paschalibus Sollemnibus sacra Eucharistici Sacrificii liturgia inducit : Domine Deus, qui per Ecclesiae vocem hisce diebus filios tuos omnes ad sacrosancta mysteria convocas, ad divinum nempe tuae carnis pabulum, ad sanctissimumque tui sanguinis potum; tu, qui singulos universos ad tuum altaris sacramentum congregatos exoptas, quod tuae est erga nos omnes caritatis munus pretiosissimum itemque signum ac vinculum illius amoris, qui nos fraterno foedere coniungit; tu, Domine Deus, «spiritum nobis... tuae caritatis infunde, ut quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes ». Amen.

NUNTIUS RADIOPHONICUS

A SSMO D. N. PIO DIV. PROV. PAPA XII AD UNIVERSOS HISPANIAE CHRISTIFIDELES DATUS, DIE XVI MENSIS APRILIS, ANNO MCMXXXIX.

Con inmenso gozo Nos dirigimos a vosotros, hijos queridísimos de la Católica España, para expresaros Nuestra paterna congratulación por el don de la paz y de la victoria, con que Dios se ha dignado coronar el heroismo cristiano de vuestra fe y caridad, probado en tantos y tan generosos sufrimientos.

Anhelante y confiado esperaba Nuestro Predecesor, de s. *m.*, esta paz providencial, fruto sin duda de aquella fecunda bendición, que en los albores mismos de la contienda enviaba « a cuantos se habían propuesto la difícil y peligrosa tarea de defender y restaurar los derechos y el honor

[23] **I Timotñ., VI, 15.**

de Dios y de la Religión » ;[1] y Nos no dudamos de que esta paz ha de ser la que El mismo desde entonces auguraba, « anuncio de un porvenir de tranquilidad en el orden y de honor en la prosperidad » .[2]

Los designios de la Providencia, amadísimos hijos, se han vuelto a manifestar una vez más sobre la heroica España. La Nación elegida por Dios como principal instrumento de evangelización del Nuevo Mundo y como baluarte inexpugnable de la fe católica, acaba de dar a los prosélitos del ateismo materialista de nuestro siglo la prueba más excelsa de que por encima de todo están los valores eternos de la religión y del espíritu. La propaganda tenaz y los esfuerzos constantes de los enemigos de Jesucristo parece que han querido hacer en España un experimento supremo de las fuerzas disolventes que tienen a su disposición repartidas por todo el mundo; y aunque es verdad que el Omnipotente no ha permitido por ahora que lograran su intento, pero ha tolerado al menos algunos de su terribles efectos, para que el mundo viera, cómo la persecución religiosa, minando las bases mismas de la justicia y de la caridad, que son el amor de Dios y el respeto a su santa ley, puede arrastrar a la sociedad moderna a los abismos no sospechados de inicua destrucción y apasionada discordia.

Persuadido de esta verdad el sano pueblo español, con las dos notas caraterísticas de su nobilísimo espíritu, que son la generosidad y la franqueza, se alzó decidido en defensa de los ideales de fe y civilización cristianas, profundamente arraigados en el suelo fecundo de España; y ayudado de Dios, « que no abandona a los que esperan en El » (Judit XIII, 17), supo resistir al empuje de los que, engañados con lo que creían un ideal humanitario de exaltación del humilde, en realidad no luchaban sino en provecho del ateismo.

Este primordial significado de vuestra victoria Nos hace concebir las más halagüeñas esperanzas, de que Dios en su misericordia se dignará conducir a España por el seguro camino de su tradicional y católica grandeza; la cual ha de ser el norte que oriente a todos los españoles, amantes de su Religión y de su Patria, en el esfuerzo de organizar la vida de la Nación en perfecta consonancia con su nobilísima historia de fe, piedad y civilización católicas.

Por esto exhortamos a los Gobernantes y a los Pastores de la Católica España, que iluminen la mente de los engañados, mostrándoles con amor las raíces del materialismo y del laicismo de donde han procedido sus errores y desdichas, y de donde podrían retoñar nuevamente. Propo-

[1] Alocución a los prófugos de España, *Acta Apostolicae Sedis,* XXVIII, 1936, p. 380.

[2] L. c, p. 381.

nedles los principios de justicia individual y social, sin los cuales la paz y prosperidad de las naciones, por poderosas que sean, no pueden subsistir, y son los que se contienen en el Santo Evangelio y en la doctrina de la Iglesia.

No dudamos que así habrá de ser, y la garantía de Nuestra firme esperanza son los nobilísimos y cristianos sentimientos, de que han dado pruebas inequívocas el Jefe del Estado y tantos caballeros sus fieles colaboradores con la legal protección que han dispensado a los supremos intereses religiosos y sociales, conforme a las enseñanzas de la Sede Apostólica La misma esperanza se funda además en el celo iluminado y abnegación de vuestros Obispos y Sacerdotes, acrisolados por el dolor, y también en la fe, piedad y espíritu de sacrificio, de que en horas terribles han dado heroica prueba las clases todas de la sociedad española.

Y ahora ante al recuerdo de las ruinas acumuladas en la guerra civil más sangrienta que recuerda la historia de los tiempos modernos, Nos con piadoso impulso inclinamos ante todo nuestra frente a la santa memoria de los Obispos, Sacerdotes, Religiosos de ambos sexos y fieles de todas edades y condiciones que en tan elevado número han sellado con sangre su fe en Jesucristo y su amor a la Religión católica : « maiorem hac dilectionem nemo habet», «no hay mayor prueba de amor» (Joan. XY, 13).

Reconocemos también nuestro deber de gratitud hacia todos aquellos que han sabido sacrificarse hasta el heroísmo en defensa de los derechos inalienables de Dios y de la Religión, ya sea en los campos de batalla, ya también consagrados a los sublimes oficios de caridad cristiana en cárceles y hospitales.

Ni podemos ocultar la amarga pena que nos causa el recuerdo de tantos inocentes niños, que arrancados de sus hogares han sido llevados a lejanas tierras con peligro muchas veces de apostasia y perversión : nada anhelamos más ardientemente que verlos restituidos al seno de sus familias, donde volverán a encontrar ferviente y cristiano el cariño de los suyos. **Y** aquellos otros, que como hijos pródigos tratan de volver a la casa del Padre, no dudamos que serán acogidos con benevolencia y amor.

A Vosotros toca, Venerables Hermanos en el Episcopado, aconsejar a los unos y a los otros, que en su política de pacificación todos sigan los principios inculcados por la Iglesia y proclamados con tanta nobleza por el Generalísimo : de justicia para el crimen y de benévola generosidad para con los equivocados. Nuestra solicitud, también de Padre, no puede

olvidar a estos engañados, a quienes logró seducir con halagos y promesas una propaganda mentorosa y perversa. A ellos particularmente se ha de encaminar con paciencia y mansedumbre Vuestra solicitud Pastoral : orad per ellos, buscadlos, conducidlos de nuevo al seno regenarador de la Iglesia y al tierno regazo de la Patria, y llevadlos al Padre misericordioso, que los espera con los brazos abiertos.

Ea puès, queridísimos hijos, ya que el arco iris de la paz ha vuelto a resplandecer en el cielo de España, unámonos todos de corazón en un himno ferviente de acción de gracias al Dios de la Paz y en una plegaria de perdón y de misericordia para todos los que murieron; y a fin de que esta paz sea fecunda y duradera, con todo el fervor de Nuestro corazón os exhortamos a « mantener la unión del espíritu en el vínculo de la paz » (Ephes. IV, 2-3). Así unidos y obedientes a vuestro venerable Episcopado, dedicaos con gozo y sin demora a la obra urgente de reconstrucción, que Dios y la Patria esperan de vosotros.

En prenda de las copiosas gracias, que os obtendrán la Virgen Inmaculada y el Apóstol Santiago, patronos de España, y de las que os merecieron los grandes Santos españolos, hacemos descender sobre vosotros. Nuestros queridos hijos de la Católica España, sobre el Jefe del Estado y su ilustre Gobierno, sobre el celante Episcopado y su abnegado Clero, sobre los heroicos combatientes y sobre todos los fieles, Nuestra Bendición Apostolica.

EPISTULA

AD EMUM P. D. ALOYSIUM TIT. S. PUDENTIANAE S. E. E. PRESB. CARDINALEM MAGLIONE, A PUBLICIS ECCLESIAE NEGOTIIS : UT UBIQUE TERRARUM MENSE MAIO PECULIARES SUPPLICATIONES DEIPARAE VIRGINI PRAESERTIM A PARVULIS FUNDANTUR, AD MUNUS CHRISTIANAE PACIS POPULIS GENTIBUSQUE OMNIBUS DIVINITUS IMPETRANDUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quandoquidem in gubernanda Catholica Ecclesia tam prope Nobis assides, nosti profecto quam vehementer Nos exoptemus a Deoque contendamus, ut, rebus animisque iustitia caritateque compositis, christiana pax in populis ac gentibus omnibus, anxiis in praesens ac trepidis, tuta tandem aliquando ac secura stabiliatur. Ad pulcherrimum enim eiusmodi Dei munus assequendum vixdum Supremi Pontificatus apicem attigimus, non modo omnes, quotquot in Christo habemus ubique terrarum

filios paterno sumus adhortati animo, sed Nationes etiam universas earumque moderatores; quam quidem invitationem hortationemque sollemni Paschatis die iteravimus, cum in Petriana Basilica, innumerabili multitudine stipati, pontificali ritu divina litavimus hostia, concordiam omnibus tranquillitatemque a Christo Domino, mortis victore ac caelestium largitore munerum, implorantes. — In praesens vero, dum mensis Maius adventat, quo mense Christifideles peculiares preces Deiparae Virgini admovere assolent, vehementer cupimus ut hac potissimum de causa in singulis Dioecesibus in singulisque paroeciis imlpensissimae supplicationes adhibeantur. At eos praesertim ac nominatim ad sacram eiusmodi precum contentionem compellamus, quos ut Divinus Redemptor, ita Nos, qui eius in terris personam gerimus, teneriore animo dulcissimaque caritate complectimur; eos scilicet qui in primo aetatis flore innocentia nitent, suavitate et gratia. Ad Magnae Dei Parentis aram patres matresque familias filios suos, vel tenellulos, cotidiano pioque more conducant; eosque, una cum viridarii sui agrorumque floribus unaque cum sua ac puellorum prece, Beatae Virgini offerant. Ac quomodo poterit caelestis Mater tot supplicantium vocibus renuere, qui pacem civibus, populis ac gentibus impetrent? Quomodo poterit, si cum caelorum angelis nostri concinant pueruli precantes, qui veluti huius mundi angeli vocari queunt? Innumeris videlicet exorata precibus Deipara Virgo Maria eam, quae modo omnes commovet, causam in suam tutelam accipiet; ac Divinum Filium suum, tot tantisque sceleribus offensum, benigna propitians, ab eodem christianam animis requietem fraternamque populis concordiam, sedatis rerum fluctibus, implorabit. Ac ipsemet Christus Dominus, qui dum in terris agebat, singulari prorsus amoris affectu insontem diligebat aetatem; quique apostolos a suo ipsius amplexu puerulos arcentes increpabat dicens: «Sinite parvulos venire ad me... talium est enim Regnum Dei»;[1] ipsemet, inquimus, Christus Dominus quasnam poterit facilius admittere preces, quam puerorum, qui candidas innocentesque manus ed eum ad eiusque Matrem supplices attollant? — Quandoquidem igitur, ut Decessoris Nostri immortalis memoriae Leonis Magni verbis utamur, « amat Christus infantiam, quam primum et animo suscepit et corpore; amat Christus infantiam, humilitatis magistram, innocentiae regulam, mansuetudinis formam»;[2] si ubique gentium, in urbibus, in oppidis, ac vel in remotioribus viculis, ubicumque Evangelii lux affulsit, ad sacras aedes per proximum mensem puerorum multitudo deprecatura accedet, fore sperandum confidimus ut meliora tempora, mutuis restin-

[1] **Marc, X, 14.**

[2] **MIGNE, *P. L.* 54, 258 C.**

ctis simultatibus ac tranquillatis rebus animisque, populorum consortioni, auspice Deipara Virgine, arrideant.

Quapropter tibi, Dilecte Fili Noster, per has litteras mandamus ut, quo aptiore duxeris modo, paterna haec vota atque hortamenta Nostra omnibus nota reddas, ita quidem ut eadem — sacris Pastoribus suasoribus ac ducibus — ad effectum feliciter deducantur.

Interea - vero suavissimo spe freti, atque animo iam praecipientes fructus, quo« ex hac puerilium precum quasi sacra contentione orituros confidimus, cum tibi, Dilecte Fili Noster, tum iis singulis universis filiolis Nostris, sane carissimis, qui ultro libenterque hortationi huic Nostrae respondebunt, caelestium munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem. Apostolicam Benedictionem amantissime in Domino dilargimur.

Datum Bomae, apud Sanctum Petrum, die xx mensis Aprilis, anno MDCCCCXXXix, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XII

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

COLUMBENSIS
(OHILAWENSIS)

EX ARCHIDIOECESIS COLUMBENSIS TERRITORIO PARS SEIUNGITUR, QUA NOVA ERIGITUR DIOECESIS « CHILAWENSIS » METROPOLITANAE ECCLESIAE COLUMBENSI SUFFRAGANEA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad catholicum nomen latius ac facilius per orbem prolatandum valde procul dubio prodest, si dioeceses nimio redundantes territorio dividantur et novae erigantur, aliorum vigilantium Pastorum regimini et curis concredendae. Quod quidem perpendentes, atque prae oculis habentes

non parum postremis hisce temporibus increvisse catholicam rem in *Taprobane* insula, praesertim in latissimo Archidioecesis Columbensis territorio, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, omnibus mature perpensis, ad illius Columbensis Archidioecesis dismembrationem novaeque dioecesis erectionem deveniendum duximus. Suppleto igitur quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, ex Columbensis Archidioecesis territorio civilem provinciam septemtrionalem-occidentalem, quae vulgo *North-Western Province* nuncupatur, seiungimus ac separamus, eiusque territorium in novam erigimus dioecesim, quae ab urbe *Chilaw* « Chilawensem » appellari iubemus. Novam hanc dioecesim suffraganeam constituimus Metropolitanae Ecclesiae Columbensi, eiusque pro tempore Episcopos metropolitico Archiepiscopi Columbensis iuri subiicimus; eamque cleri saecularis Taprobanensis insulae curis concredimus. Sedem autem et cathedram episcopalem in praefata *Chilaw* urbe constituimus; Ecclesiam vero in eadem urbe exstantem, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis a Monte Carmelo dicatam, ad Cathedralis dignitatem ac fastigium extollimus; ipsi propterea et pro tempore Episcopis Chilawensibus omnia tribuimus iura, privilegia, honores, insignia, favores et gratias, quibus ceterae cathedrales Ecclesiae earumque Antistites iure communi fruuntur; illosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quum autem temporum adiuncta prohibeant quominus illic Canonicorum Capitulum modo erigatur, indulgemus ut interim pro canonicis dioecesani consultores ad iuris tramitem deligantur. Quod autem attinet ad Seminarii dioecesani erectionem, ad dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris Apostolici, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi servanda iubemus quae sacri canones praescribunt. Mandamus insuper ut documenta et acta omnia, novam hanc Chilawensem dioecesim respicientia, a curia episcopali Columbensi ad curiam Chilawensem quam primum tradantur, ut in eius archivo religiose serventur. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta exsecutioni mandanda venerabilem Fratrem Leonem Petrum Kierkels, Archiepiscopum titularem Salaminensem, in Indiis Orientalibus Delegatum Apostolicum, deligimus, eique propterea tribuimus facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et illi onus facimus ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide authenticum exemplar peractae exsecutionis actorum quantocius transmittendi. Prae-

sentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetua validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque quibuslibet, etiam speciali mentione dignis. Statuimus insuper ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, subiectionis, decreti, commissionis, derogationis, mandati et voluntatis nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo nono, die quinta mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri anno septimo decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FÜMASÓNI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco SB Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LX, n. 75. **- Al. Trussardi.**

II

YOKOHAMAËNSIS
(URAWAËNSIS)

EX DIOECESIS YOKOHAMAËNSIS TERRITORIO PARS SEIUNGITUR, ATQUE NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA « URAWAËNSIS », FRATRUM MINORUM ORDINI CONCREDENDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo uberiores ex apostolicis Evangelii praeconum laboribus percipiantur fructus, valde sane iuvat Dioeceses in infidelium regionibus exstantes, quae nimio pateant territorio, in partes dividere et novas exinde vel Dioeceses vel Missiones condere, aliis concredendas Antistitibus, ut, aucto Pastorum numero, dominici gregis regimen facilius reddatur. Cum itaque venerabilis Frater Alexius Chambón, Dioecesis Yokohamaënsis, Societatis Parisiensis Missionum ad exteras gentes curis concreditae, Archiepiscopus Episcopus, ab hac Apostolica Sede expostulaverit ut ex peramplo suae Dioecesis territorio pars distraheretur quatuor civiles Praefecturas complectens, et nova exinde erigeretur Missio, Ordini Fratrum Minorum committenda, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, concordibus attentis votis tum dilectorum filiorum Moderatoris Generalis praefatae Societatis Parisiensis Missionum atque Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum, tum venerabilis Fratris Pauli Marella, Archiepiscopi titularis Docleensis, Delegati Apostolici in Iaponia, in spirituale fidelium bonum praecipue intendentes, omnibus mature perpensis, oblatis Nobis precibus annuendum censuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, Nos, apostolicae potestatis plenitudine ex praefatae Dioecesis Yokohamaënsis territorio partem separamus, complectentem civiles Praefecturas *de Gumma, Tochigi, Haralci, Saitama,* atque ex ita avulso territorio novam erigimus et constituimus Praefecturam Apostolicam, quam, ex *TJrawa* civilis Praefecturae de *Saitama* urbe principe, « Urawaènsem » appellari iubemus, eamque Fratrum Minorum Ordinis curis, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis benepla-

citum, concredimus. Novae autem huic Praefecturae *Urawaënsi* eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura et privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Antistites iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu vero alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, concessionis, commissionis, statuti, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero hoc attentare ausu temerario praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo nono, die quinta mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri anno septimo decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LX, n. 69. **- Al. Trussardi.**

III

BIRMANIAE SEPTEMTRIONALIS
(DE BHAMO)

VICARIATUS APOSTOLICUS BIRMANIAE SEPTEMTRIONALIS DISMEMBRATUR ET NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE BHAMO », ILLIUSQUE VICARIATUS NOMEN MUTATUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Birmaniae Septemtrionalis Vicariatus Apostolicus tam amplo redundat territorio, ut difficulter ac vix ab uno vel vigilantissimo Praesule gubernari queat. Qua re venerabilis Prater Albertus Petrus Falière, Episcopus titularis Clismatenus et Vicariatus illius Antistes, peropportunum duxit ab Apostolica Sede efflagitare, ut superior sui Vicariatus territorii pars distraheretur, qua nova erigeretur Missio. Nos itaque, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, accedente quoque venerabilis Fratris Leonis Petri Kierkels, Archiepiscopi Titularis Salaminensis et in Indiis Orientalibus Delegati Apostolici, favorabili voto, ad maius catholici nominis in regione illa incrementum unice intendentes, omnibus mature perpensis, oblatas Nobis preces Iubenti animo excipere statuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, suprema auctoritate Nostra, e peramplo Vicariatus Apostolici Birmaniae Septemtrionalis territorio partem seiungimus, civiles districtus complectentem *de Bhamo, Myitkyinâ,* et *Kathd,* subdivisione tamen excepta de *Mogok,* necnon vallem *Hukaumg,* eamque in Praefecturam Apostolicam, *de BJiamo* nuncupandam, erigimus et constituimus. Novam autem Praefecturam hanc apostolicis Evangelii praeconum curis committimus Societatis a S. Columbano pro Missionibus apud Sinenses, qui in regione illa tam impense iam adlaborant, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedi beneplacitum. Vicariatus insuper Apostolici Birmaniae Septemtrionalis nomen immutare decrevimus, eumque *de Mandalay* posthac nuncupari iubemus. Huic igitur novae Praefecturae de Bhamo eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Praesules iure

communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Nostris Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo nono, die quinta Ianuarii mensis, Pontificatus Nostri anno septimo decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi Cagliesi, *Proton. Apost.*

Locó £ß Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LX, n. 73. **- Al. Trussardi.**

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. GEORGIUM TIT. S. MARIAE DE POPULO S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM MUNDELEIN, ARCHIEPISCOPUM CHICA GIENSEM, QUEM B. P. LEGATUM MITTIT AD CONGRESSUM EUCHARISTICUM E STATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTEMTRIONALIS, NOVIS AURELIIS PERAGENDUM.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Iam ita pridem, usque videlicet a superiore anno exeunte, octavus Congressus Eucharisticus e Statibus Americae Septemtrionalis Foederatis, Novae Aureliae peragendus, piis ad Deum oblatis supplicationibus magnaque animorum alacritate apparatur. Quod quidem libentissime excepimus.

Quo enim spectat eiusmodi catholicorum fidelium congressio, nisi ut dulce pacificumque Christi Regis imperium in omnibus regionibus nobilissimae istius nationis, in omnibus civium ordinibus solidius confirmetur atque efficacius persentiatur? Est enim experiendo compertum, ex eucharisticis coetibus non modo singulos domum reverti maiore incensos caritate, sed populum quoque universum divina quadam vi atque virtute in ipsis sacris sollemnibus insita fortiter commoveri acriterque ad meliora excitari. Ex hac autem animorum concitatione efficitur, ut in christianae societatis venas novus profecto ardor novusque veluti sanguis circumeundo influat. Nos igitur, qui nihil tantopere cordi habemus, quam humanarum gentium bonum ac prosperitatem, uti iam consilia atque incepta omnia ad Congressum Eucharisticum apparandum paterno animo dilaudavimus, ita proximae eiusdem celebrationi adesse quodammodo atque praeesse exoptamus. Te itaque, dilecte Fili Noster, qui, tantae Sedi Metropolitanae praepositus, quum Romanae purpurae nitore tum flagranti in Augustum Sacramentum pietate praefulges, Legatum Nostrum eligimus ac renuntiamus, ut Nostram ipsam gerens personam, Eucharistico e tota natione Conventui Novae Aureliae celebrando nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas. Iucundam autem fiduciam concipimus fore, ut divinus humani generis Redemptor, sub velis eucharisticis mirabiliter latens, tot bonorum precibus exoratus ac splendidissima pompa publice palamque honoratus, humanitatem et concordiam gentibus inter se iniquissime conflictantibus restituere ac donare Ipse velit. Superni interea praesidii nuntia atque conciliatrix esto Apostolica Benedictio, quam tibi, dilecte Fili Noster, istiusque Legationis sociis, sollerti Novae Aureliae Archiepiscopo, ceterisque Praesulibus, Magistratibus, fidelibus universis, qui sacris sollemnibus intererunt, effusa in Domino caritate impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die XIV mensis Septembris, in Exaltatione S. Crucis Domini Nostri Iesu Christi, anno MDCCCCXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

PIUS PP. XI

II

AD R. P. ILDEPHONSUM M. CLERICI, CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM A S. PAULO APOSTOLO PRAEPOSITUM GENERALEM, QUARTO EXEUNTE SAECULO AB OBITU S. ANTONII MARIAE ZACCARIA, IPSIUS SOCIETATIS CONDITORIS.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quinquennio ante, quum quartum saeculum a pontificia Congregationis istius approbatione feliciter compleretur, praeclara eiusdem merita paterne memorantes, iucundam fausti eventus celebrationem Nostris votis ominibusque sumus prosequuti. Nunc autem, quadrigentis iam iamque labentibus annis a piissimo obitu sancti ipsius societatis Conditoris, Antonii Mariae Zaccaria, nova ac pergrata Nobis praebetur occasio vobis ex animo gratulandi, itemque sollemnia sacra, quae in proximum annum apparantur, Nostra participatione atque auctoritate cumulandi. Integra equidem Legiferi vestri Patris vita tam claris refulget virtutibus factisque egregiis, ut si eam studiosi Christi cultores, in primisque religiosi sodales, intueantur, ad rationem christianae vitae perficiendam, ad sanctitudinis ipsius fastigia petenda fortiter exacuantur. Flagrans profecto in Deum pietas, tenerrima erga beatam Virginem observantia, profusa in proximos caritas atque in egenos miserosque liberalitas, excellens litterarum scientiarumque doctrina cum exquisita corporum animorumque morborum cognitione, perpetua denique vitae integritas cum summa humilitate coniuncta, ita in sanctissimo viro certatim enituere, tantoque circum circa splendore coruscarunt, ut ipse *angelus et pater patriae* a civibus suis appellaretur, eiusdemque domus *miserorum perfugium* haberetur. Illud praeterea memoratu exstat dignissimum, quod, Sancti Pauli Apostoli inhaerens vestigiis, Christi crucifixi cultum peculiari industria provexit, et consuetudinem sacrae Eucharistiae crebro suscipiendae instaurasse eiusdemque ritum sollemniter in triduum adorandae invexisse exhibetur. Hanc vero pretiosissimam virtutum beneficiorumque hereditatem per Clericorum regularium sacrarumque virginum Angelicarum sodalitates, quarum ipse auspicato iecit fundamenta, tradendam posteris curavit. Quare ad paranda utiliter sollemnia quater saecularia peropportunum Congregationi isti visum est, non modo praeclarissima Conditoris exempla atque facinora commemorare, veyum etiam sanctitatis studium inter sodales vehementius promovere, solertiaeque religiosae opera magis magisque fovere, inter quae

adnumerantur spirituales clericorum laicorumque exercitationes, sacrae Missiones in patria et apud exteras nationes celebrandae, ac potissimum sollicita cura adulescentium, quorum agmina in Collegiis vestris doctrina moribusque instituuntur, ut per Actionis Catholicae consociationes praevalida ecclesiasticae Hierarchiae adiumenta ad salutem animarum provehendam mature efficiantur. Quae quidem nobilissima incepta ac proposita libenti voluntate dilaudantes, tibi, Dilecte Fili, cunctaeque, cui praees, Congregationi itemque sanctimonialium Angelicarum societati magnopere gratulamur, et sollemnia sacra, quae in honorem inclyti Patris Legiferi apparantur, ex animo participamus, a Deo omnium bonorum Largitore ominantes, ut frugifera studia et consilia vestra ad exoptatum exitum adducantur. Huius interea superni praesidii nuntia et conciliatrix, peculiarisque Nostrae dilectionis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili, universae a Sancto Paulo Congregationi ac sacrarum virginum Angelicarum sodalitati amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xn mensis Novembris, anno MDCCCCXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

HAILEYBURENSIS-TRIFLUVIANENSIS *IN* GANADA

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Territoria comitatuuin civilium *St. Maurice* et *La Violette* modo pertinent, quoad ecclesiasticum regimen, in parte septentrionali ad dioecesim Haileyburensem. in parte vero meridionali ad dioecesim Trifluvianensem in Canada.

Cum autem, ad disciplinae ecclesiasticae utilitatem, expostulatum sit ut integrum territorium eorumdem comitatuum adscribatur praefatae dioecesi Trifluvianensi, Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, attento consensu tum Exc. P. D. Aloysii Rhéaume, Episcopi Haileyburensis, tum Exc. P. D. Alaphridi Odilonis Comtois, Episcopi Trifluvianensis in Canada, oblatis precibus obsecundare benigne censuit.

Quapropter eadem Sanctitas Sua, vi praesentis Consistorialis Decreti, statuit ut memorata pars septentrionalis territorii comitatuum civilium *St. Maurice* et *La Violette,* pertinens ad dioecesim Haileyburensem, ab ipsa separetur atque, una cum omnibus fidelibus, dioecesi Trifluvianensi in Canada perpetuo uniatur, mutatis hac ratione finibus utriusque dioecesis. Ad haec autem exsecutioni mandanda, Ssmus Dominus Noster deputare dignatus est Exc. P. D. Hildebrandum Antoniutti, Archiepiscopum Synnadensem in Phrygia, Delegatum Apostolicum in Ditione Canadensi, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere mittendi quamprimum ad hanc Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis actus. Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 3 Decembris 1938.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L.ffîS.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

HAILEYBURENSIS

DECRETUM

TITULI DIOECESIS MUTATIONIS ET EPISCOPALIS CATHEDRAE TRANSLATIONIS

Ad satius consulendum regimini dioecesis Haileyburensis, Exc. P. D. Aloysius Rhéaume, eiusdem Ecclesiae Episcopus, humiles porrexit preces ut sedes episcopalis e civitate *Haileybury* ad urbem *Timmins* transferretur, mutatis hac ratione titulo dioecesis et Ecclesia cathedrali.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, omnibus perpensis, precibus benigne annuens, suppleto quorum interest, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Apostolicae potestatis plenitudine, sedem episcopalem dioecesis Haileyburensis in civitatem *Timmins* transfert, a qua eadem dioecesis posthac « Timminsensis » nuncupabitur.

Ecclesiam vero Deo dicatam in honorem S. Antonii Patavini, in eadem civitate exstantem, in cathedralem eiusdem dioecesis Timminsensis erigere Sanctitas Sua dignata est, cum omnibus iuribus et privilegiis, ad tramitem iuris communis, spectantibus; suppressa idcirco cathedralitate Ecclesiae sub titulo Sanctae Crucis, in civitate *Haileybury* existentis.

Ad haec autem exsecutioni mandanda Ssmus Dominus Noster deputat Exc. P. D. Hildebrandum Antoniutti, Archiepiscopum Synnadensem in Phrygia, Delegatum Apostolicum in Ditione Canadensi, eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere mittendi quamprimum ad hanc S. C. Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis actus.

Hisce super rebus eadem Sanctitas Sua praesens edi iussit Consistoriale Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae essent.

Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S.O. Consistorialis, die 10 Decembris 1938.

Fr. R. C Card. Rossi, *a Secretis.*

L. s.

V. Santoro, *Adsessor.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Decretis S. Congregationis Consistorialis Summus Pontifex Pius Pp. XI, f e. re., Ecclesias quae sequuntur de proprio pastore providit, nempe :

die 21 Ianuarii 2939. — Titulari episcopali Ecclesiae Myricenae praefecit Exc. P. D. Carolum Silva Cotapos, hactenus Episcopum Ecclesiae Talcensis.

die 80 Ianuarii. — Cathedralibus Ecclesiis Cavensi et Sarnensi, ad invicem perpetuo unitis, R. D. Franciscum Marchesana dioecesis Cremensis, Antistitem Urbanum.

— Cathedrali Ecclesiae Suessanae R. D. Caietanum De Cicco, Rectorem Seminarii Maioris Neapolitani.

die Jf Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Ssmae Conceptionis Exc. P. D. Alaphridum Silva Santiago, hactenus Episcopum Temucensem.

— Cathedrali Ecclesiae Caesenatensi R. D. Beniaminum Socche, archipresbyterum-parochum ecclesiae S. Clementis in oppido « Valdagno » dioecesis Vicentinae.

Item Ssñíus D. N. Pius Divina Providentia Pp. XII, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

Die 3 Martii 1939. — Cathedrali Ecclesiae Nuorensi praefecit R. D. Felicem Beccaro, archypresbyterum-parochum ecclesiae B. Mariae Virginis in coelum assumptae in oppido « Ovada » dioecesis Aquensis.

— Cathedrali Ecclesiae Octeriensi R. D. Franciscum Cogoni, cancellarium archiepiscopalem archidioecesis Calaritanae.

— Cathedrali Ecclesiae Algarensi R. P. Adulphum Ciuchini, ex Ordine B. Mariae de Mercede redemptionis captivorum, parochum ecclesiae Dominae Nostrae a Bonaria in civitate Calaritana.

— Titulari episcopali Ecclesiae Dagnensi R. P. Aloysium Andrade, O. F. M., ipsumque constituit Auxiliarem Excmi P. D. Ismaelis Perdomo, Archiepiscopi Bogotensis.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

DECRETUM

DE ANNUA RELATIONE AD SACRAM CONGREGATIONEM MITTENDA A SACERDOTIBUS RITUS ORIENTALIS CURAM ANIMARUM HABENTIBUS EXTRA FINES SUI PATRIARCHATUS, SUB IURISDICTIONE ORDINARII ALIENI RITUS.

Cordi semper fuit S. Congregationi pro Ecclesia Orientali adsistentiae spirituali providere fidelium sibi concreditorum, non eorum tantum qui intra fines suorum Patriarchatuum degunt, sed eorum etiam qui, suapte voluntate vel necessitate aliqua compulsi, extra eosdem fines versantur, sub iurisdictione Ordinarii alius ritus. Hanc ob rem sacerdotibus huic adsistentiae addictis, saepius S. Congregatio multa commendavit, consilia dedit, quasdam obligationes imposuit. Inter haec voluit ut singuli hi sacerdotes quotannis relationem, ab ipsis subscriptam et ab Ordinario loci probatam, mitterent, qua de fidelibus et de ministerio in ipsorum bonum ab ipsis exercito quotannis referrent. Hic iuvat iterum memorare quae in decreto «Qua sollerti» diei 23 mensis Decembris anni 1929, et in Instructione diei 26 Septembris a. 1932 continentur : « in fine cuiusque anni, a die data in rescripto supputandi, tenetur quilibet sacerdos orientalis qui in praefatis regionibus degit, relationem scriptam mittere ad S. Congregationem pro Ecclesia Orientali de statu religioso suorum fidelium et de sacro ministerio adimpleto; hanc vero relationem exhibebit Ordinario loci, ut hic sua auctoritate eam scripto comprobet, opportune suas addens adnotationes; ipseque Ordinarius eam ad Sacram Congregationem transmittet».

Quo vero facilius ac plenius huic obligationi a singulis sacerdotibus, quibus onus hoc incumbit, satisfieri possit, exemplar proponitur iuxta quod praedictae relationes erunt quotannis in posterum redigendae.

Hac vero arrepta occasione, Sacra Congregatio sacerdotibus orientalibus, qui spiritualem curam praestant fidelibus sui ritus apud exteras regiones, enixe commendat ut plenam vereque paternam sollicitudinem ipsis impendant et animas suis curis commissas ita pascant « *forma facti gregis ex animo* » ut de eorum labore, maximeque de profectu ovium, gaudere possint ipsi non tantum sed etiam Ordinarii locorum ubi degunt atque Antistites ritus ad quos pertinere gloriantur.

Quae omnia Ssmus D. ST. Pius div. Prov. Papa XI adprobare dignatus est in Audientia, die 9 Novembris a. 1938, infrascripto Cardinali a Secretis concessa et publici iuris per praesens decretum fieri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. pro Ecclesia Orientali, die 16 Novembris a. 1938.

E. Card. TISSERANT, *a Secretis.*

L. © S.

I. Cesarmi, *Adsessor.*

SACRA CONGREGATIO DE .PROPAGANDA FIDE

i

DECRETUM

INTER VICARIATUS APOSTOLICOS DE LISALA ET DE OUBANGUI BELGICO FINES MUTANTUR.

Quo facilius aptiusque catholicae veritati diffundendae in Congo Belgico consuleretur, maxime rei accommodatum visum est ad novam limitum designationem procedere inter Vicariatum Apostolicum de Lisala, qui Patribus e Congregatione Cordis Immaculati Mariae concreditus est, et Vicariatum Apostolicum de Oubangui Belgico, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum curis commissum.

Igitur Emi ac Rmi Patres Cardinales, huic Sacro Consilio de Propaganda Fide praepositi, in plenario coetu die 18 Novembris mensis vertentis anni habito, re mature perpensa atque attentis tum favorabili voto Exc. P. D. Ioannis Dellepiane, Delegati Apostolici in Congo Belgico, tum duorum Ordinariorum, quorum interest, concordi sententia, occidentalem Vicariatus de *Oubangui Belgico* regionem, quae, ad ipsius Vicariatus meridiem versus, inter Vicariatus Apostolicos de *Lisala,* de *Brazzaville* et de *Oubangui Citari* comprehenditur, a Vicariatu Apostolico de *Oubangui Belgico* distrahendam atque Vicariatui Apostolico de *Lisala* ita adnectendam censuerunt, ut idem Vicariatus Apostolicus de *Oubangui Belgico,* in memorata parte, hos deinceps habeat cum Vica-

riatu Apostolico de *Lisala* communes fines : ex Keya fluminis fontibus lineam divisionis aquarum inter Mbanga (Ngiri) et Esobe flumina usque ad fontes fluminis, cui nomen Poko; exinde lineam rectam usque ad Esobe et Lua flumina confluentia; dein cursum Lua fluminis usque ad locum quo ipsum influit in Oubangui flumen.

Quam Emorum Patrum sententiam, in audientia diei 13 Decembris eiusdem anni Ssmo D. **N.** Pio Div. Prov. Pp. XI ab infrascripto huius Sacrae Congregationis Secretario relatam, ipse Summus Pontifex ratam habuit et confirmavit, praesensque ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 13 Decembris mensis, anno Domini 1938.

P. Card. **FUMASONI BIONDI,** *Praefectus.*

L. $ S.

f Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius.*

II

DECRETUM

E DIOECESIS LAHORENSIS TERRITORIO PARS DISMEMBRATUR, QUAE PRAEFECTURAE APOSTOLICAE KAFIRISTANAE ET KASHMIRENSI ADIUNGITUR.

Cum Excmus P. D. Hector Catry, Episcopus Lahorensis, et R. P. D. Iosephus Patricius 0'Donohoe, Praefectus Apostolicus Kafiristan. et Kashmiren. preces porrexerit ut territorium complectens districtus civiles de Shahpur et de Gujrat atque subdivisionem de Pind-Dadan-Khan a dioecesi Lahorensi distraheretur et Praefecturae Apostolicae iungeretur Kafiristanae et Kashmirensi, Eminentissimi Patres huic Sacro Consilio Christiano Nomini propagando praepositi, attento favorabili voto Excellentissimi P. Domini Leonis Petri Kierkels, Archiepiscopi tit. Salaminensis et in Indiis Orientalibus Delegati Apostolici, in plenariis comitiis die 28 elapsi mensis novembris habitis, considerantes eam territorii translationem valde conferre tum christiano populo aptius curando, tum fidei inter infideles facilius propagandae, Summo Pontifici rem commendandam esse statuerunt.

Quam quidem Eminentissimorum Patrum sententiam Sanctissimus D. N. Pius Div. Prov. Papa XI, in audientia infrascripto Secretario Sacrae huius Congregationis de Propaganda Fide hodierna die con-

cessa, ratam confirmatamque habuit atque territorium uti supra descriptum a dioecesi Lahorensi distractum Praefecturae Apostolicae Kafiristanae et Kashmirensi adnexit ac praesens de re Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 13 mensis Decembris a. D. 1938.

P. Card. **FUMASONI BIONDI,** *Praefectus.*

L. © S.

t Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

MASSILIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVAE DEI AEMILIAE DE VIALAR, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM A S. IOSEPH AB APPARITIONE.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur

Tota Ven. Aemiliae de Vialar vita, sicut et Christi, *crux fuit et martyrium;* ideoque ipsa, communicando Christi passionibus, Eius nobile membrum facta est, et ita, modo, in revelatione gloriae Eius gaudet exultans, passionum suarum praemium, ut iure coniici datur, consequuta. Uni sane Deo confisa, cuncta quaeque adversa invicto animo fortiter superavit, atque heroicarum virtutum fulgore non solum Institutum a se conditum, sed et totam Christianam familiam magnifice illustravit. *Heroicarum virtutum* dicimus, quia Ssmi D. N. Pii Papae XI fel. reg. approbatione, Sacra Rituum Congregatio die 19 Martii a. D. 1935 de his constare decrevit.

Deus autem ad altiores honores Famulam suam elevare velle videtur. Eius enim intercessione non solum plures gratias fideli populo elargitur, sed et veri nominis miracula patravit.

Et re quidem vera inter non pauca haec mira, duas sanationes selegerunt actores, quae, utpote ultra naturae vires, a solo Deo efiici potuerunt.

Altera Marliae, in Lucanae Archidioecesis oppido, die 9 Iunii a. D. 1926 evenit. Iolanda Della Santa, tenui valetudine laborans, ab ostéomyélite acuta cervicalium vertebrarum cum meningea affectione adeo violenter fuit correpta, ut brevi, medicorum iudicio, ad extremum vitae limen fuerit adducta.

Cum vero curationes omnes incassum cessissent, Ssmae Trinitati, serotinis horis diei octavae Iunii, sive a Sororibus S. Ioseph ab Apparitione sive a domesticis infirmae, effusae fuerunt preces, ut per intercessionem Venerabilis Aemiliae sanatio obtinere tur, necnon particula de eius reliquiis sub pulvinari reposita fuit. Mirum sane! Iolanda, hac particula vix apposita, acquievit, clamores edere destitit, somnum paulo post capere potuit, febrique carere coepit. Postridie mane a medico perfecte sanata agnita est, nec amplius in eundem morbum recidit.

Tres Periti a Sacra hac Congregatione adlecti unanimi sententia circa diagnosim, infaustam prognosim atque iudicium de sanatione naturae vires excedente plene concordant.

Sanatio altera Saidae in Syria, sub Apostolici Vicariatus Aleppensis ditione, contigit. Puella Anna Elias, ineunte Decembri mense a. 1925, typhi morbo tentari coepit, qui tam vehementer exarsit, ut ea, per mensem eoque amplius, sensibus destituta, viribus depressa, deliramentis atque nervorum iactationibus obnoxia esset, horrisonosque ululatus ederet.

Extremae unctionis sacramentum solummodo ei potuit conferri. In gravissimis hisce condicionibus versabatur Anna, quum die 26 Ianuarii a. 1926, hora post meridiem secunda cum dimidio, fervidis precibus Ven. Aemilia fuit invocata, eiusque imago sub pulvinari infirmae fuit immissa. Paulo post (non ultra horam quartam) alterius infirmi mater, cubiculum ingressa, puellam quietam, sui perfecte compotem imaginemque Venerabilis osculantem invenit. Nosocomii infirmariae religiosaeque Sorores miraculum conclamarunt, postridie autem ipse a curatione medicus puellam perfecte sanatam edixit, quod postea scripto confirmavit, fassusque est solius Dei opera sanationem illam evenisse. Tres Periti a Sacra Congregatione deputati curantium medicorum sententias plene confirmant.

Circa utramque sanationem in Curiis Lucana et Aleppensi, Apostolica auctoritate, confecti sunt processus, quorum iuridica vis per decretum diei 5 Iunii a. 1936 fuit rite recognita.

De utroque miraculo prius coram Rmo Card. Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte Episcopo Ostien. et Albanen., Causae Ponente seu Relatore, die 7 Decembris mensis, anno 1937, in antepraeparatoria Congrega-

tione disceptatum est : dein in Praeparatoria die 5 Iulii anni huius : demum in Generali coram Ssmo D. N. Pio Papa XI die 22 Novembris nuper elapsi, in qua Rmus Cardinalis Relator dubium proposuit : *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Rmi Cardinales, Officiales Praelati atque Patres Consultores suam quisque protulere sententiam. Beatissimus vero Pater, suffragiis attento animo auditis, preces ingeminandas esse edixit, ut in re tanti momenti maiori a Deo perfunderetur lumine antequam suum proferret iudicium.

Hanc autem diem 11 Decembris, Dominicam III sacri Adventus, selegit ut supremam ederet sententiam. Quare Rmis Cardinalibus Carolo Salotti, S. R. C. Praefecto, et Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Ostien. et Albanen., Causae Relatore, necnon R. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore, meque infrascripto Secretario accersitis, sacroque sancte litato, edixit : *Constare de instantánea perfectaque sanatione tum Iolandae Della Santa ab osteom,yelite acuta cervicalium vertebrarum cum affectione meningea, cum adolescentiae Annae Elias a typho extremae gravitatis.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta **S.** R. C. referri mandavit.

Gaudeant igitur, iuxta hodiernam liturgicam invitationem, iterumque gaudeant spirituales Venerabilis Aemiliae Filiae; Dominus enim, tantam earum Matrem heroicarum Virtutum et miraculorum splendore illustrando, viam ad altarium honores ei tribuendo s magnifice paravit.

Datum Romae, die 11 Decembris, Dominica III sacri Adventus, a. D. 1938.

C. Card. SALOTTI, *S. R. C. Praefectus.*

L. © s.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

NORMAE SERVANDAE

IN CONSTRUENDIS PROCESSIBUS ORDINARIIS SUPER CAUSIS HISTORICIS

De Causis Beatificationis et Canonizationis Servorum Dei admodum sollicitus, Ssmus D. N. Pius divina Providentia Papa XI, iudicialis formae veterem morem ac ordinem, in Causis historicis seu antiquis, renovandos censuit, praesertim circa ea quae ad probationes referuntur; quod opportune sancitum fuit per *Motu Proprio* diei 6 Februarii 1930. Ad praescripta idcirco Summi Pontificis rite exequenda, ipsa rerum natura suadente atque experientia duce, opus visum est necessarium

congruas statuere normas fideliter servandas ad Processus Ordinarios in Causis historicis instituendos. Huius rei causa, Sacra haec Rituum Congregatio, prae oculis habens quae ad rem in Codice Iuris Canonici statuuntur, peculiares quae sequuntur addit normas :

1. - Antequam Processus instituatur, Ordinarius, audito Fidei Promotore seu Fiscali, Commissionem instituat trium membrorum, quorum peritia circa historicas methodos et circa archívales investigationes omnino sit probata. His competit « in solidum » officium colligendi omnes fontes scriptos circa vitam, virtutes vel martyrium, antiquam famam sanctitatis vel martyrii, aut antiquum cultum Servi Dei.

2. - Si Servus Dei ad aliquam religiosam Familiam pertinuerit, duo Commissionis membra eidem religiosae Familiae extranei esse debent.

3. - Qui sunt membra Commissionis induci debent uti « testes ex officio », tum in Processum super perquisitione scriptorum, in quo scripta Servi Dei quae suis investigationibus ipsi invenerint déponent, tum in Processum super fama sanctitatis, virtutum vel martyrii et miraculorum. In hoc altero Processu iisdem erit enumerare ac describere singillatim quas ipsi peregerint investigationes. Praeterea sub sanctitate iuramenti declarare debent : I° omnes investigationes peregisse ac omnia collegisse quae ad Servum Dei quomodocumque referri possint; 2° nullum documentum aut textum adulterasse vel mutilasse. Iidem vero testes interrogandi quoque sunt circa authenticitatem et valorem singulorum documentorum vel textuum allatorum.

4. - Documenta et testimonia scripta, in praedicta investigatione collecta, inseri debent in Processum, aut in originali, aut in originalis copia photographice expressa, aut in exemplo authentice recognito.

5. - Testes omnes, in responsionibus ad interrogatoria et ad articulos circa vitam, virtutes, antiquam famam sanctitatis vel martyrii, aut antiquum cultum, omnes illas notitias omittant, quae ipsis ex lectione tantum testimoniorum scriptorum innotuerunt.

Has normas, Ssmus D. N. Pius Papa XI, in audientia infrascripto Cardinali S. R. C. Praefecto die 4 Ianuarii 1939 concessa, ratas habuit et ab omnibus quos spectat servandas omnino praescripsit. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, die 4 Ianuarii 1939.

C. Card. SALOTTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato, 1 aprile 1939, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Dott. HILDEBBANDO POMPETJ PINTO ACCIOLY, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Brasile, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 18 aprile 1939, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti in seduta *preparatoria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Consultori teologi, hanno discusso su due miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione della Ven. Gioacehina de Vedruna vedova de Mas, fondatrice dell'Istituto delle Carmelitane della Carità.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

20 marzo 1939. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Nicola Canali, *Presidente della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano.*

» » » Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Giuseppe Pizzardo e Domenico Mariani, *Membri della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano.*

5 aprile » Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Luigi Maglione e Giuseppe Pizzardo, *Membri della Sacra Congregazione Cerimoniale.*

15 » » Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Giuseppe Pizzardo e Nicola Canali, *Membri della Commissione Cardinalizia per l'Amministrazione dei Beni della Santa Sede.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, di fe. me., si degnò di nominare :

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

4	ottobre	1988.	Monsig. Giovanni Vincenzo Solis, della diocesi di Alajuela.
25	novembre	»	Monsig. Agostino Zöllig, della diocesi di San Gallo.
14	gennaio	1939.	Monsig. Giovanni M. Wolfe, dell'archiodiocesi di Dubuque.
17	»	»	Monsig. Emilio Richeux, della diocesi di Nantes.
26	»	»	Monsig. Bernardo Dupont, della diocesi di Tarbes e Lourdes.
3	febbraio	»	Monsig. Edmondo Ooursol, della diocesi di San Giovanni di Québec.

Prelati Domestici di Bua Santità.

29	luglio	1938.	Monsig. Alberto Carneiro Mesquita, del Patriarcato di Lisbona.
»	»	»	Monsig. Carlo Szentiványi, della diocesi di Alba Reale.
16	novembre	»	Monsig. Francesco Fantino, dell'archidiocesi di San Domingo.
24	»	»	Monsig. Antonio Harzenmoser, della diocesi di San Gallo.
»	»	»	Monsig. Gebardo Rohner, della medesima diocesi.
13	dicembre	»	Monsig. Eugenio Lai, dell'archidiocesi di Cagliari.
11	gennaio	1939.	Monsig. Francesco Arturo Carvalho, della diocesi di San Tommaso di Meliapor.
12	»	»	Monsig. Francesco Buffaria, della diocesi di Ventimiglia.
17	»	»	Monsig. Giorgio Telford, dell'archidiocesi di Westminster.
»	»	»	Monsig. Enrico O'Brien England, della medesima archidiocesi.
18		»	Monsig. Augusto Vojacek, dell'archidiocesi di Dubuque.
»		»	Monsig. Giovanni Q. Halpin, della medesima archidiocesi.
»		»	Monsig. Giovanni C. Wieneke, della medesima archidiocesi.
»			Monsig. Giacomo P. Taken, della medesima archidiocesi.
»			Monsig. Michele J. Thiltgen, della medesima archidiocesi.
			Monsig. Patrizio J. Coffey, della medesima archidiocesi.
»			Monsig. Pietro O'Malley, della medesima archidiocesi.
»			Monsig. Giuseppe P. Martin, della medesima archidiocesi.
»			Monsig. Edoardo J. Dougherty, della medesima archidiocesi.
20		»	Monsig. Guglielmo O'Grady, della diocesi di Brentwood.

26 gennaio 1939. Monsig. Luigi Vittore Stefano Ricaud, della diocesi di Tarbes e Lourdes.
31 » » Monsig. Luigi Saltet, dell'archidiocesi di Tolosa.
1 febbraio » Monsig. Emilio Chartier, dell'archidiocesi di Montréal.
3 » » Monsig. Avila Majeau, della diocesi di San Giovanni di Québec.
» » » Monsig. Alberico Picotte, della medesima diocesi.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, di f e. me., si degnò di conferire :

La Commenda dell'Ordine Piano :

5 febbraio "1939. Al sig. Conte Angelo Valentini, Esente nel Corpo della Guardia Nobile Pontificia.
» » » Al sig. Conte Giorgio Salimei, Esente Aiutante Maggiore nel medesimo Corpo.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

5 febbraio 1939. Al sig. Marchese Ignazio di Nannarini, Capitano nel Corpo della Guardia Nobile Pontificia.
» » » Al sig. Odoardo dei Marchesi Fioravanti, Guardia Nobile Pontificia.
» » » Al sig. Conte Angelo Pagani-Incoronati, Guardia Nobile Pontificia.
» » » Al sig. Ruggero dei Conti Pietromarcni, Guardia Nobile Pontificia.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

20 agosto 1938. Al sig. Antonio Nemes, della diocesi di Alba Reale.
13 gennaio 1939. Al sig. Mariadoss Ruthnaswamy, della diocesi di San Tommaso di Meliapor.
25 » » Al sig. avv. Giovanni Battista Arno, della diocesi di Oria.
26 » » Al sig. Leone Bekaert, della diocesi di Bruges.
» » » Al sig. Guglielmo Macllroy, della diocesi di Down e Oonnor.
» » » Al sig. avv. Guglielmo Leland Galvin, dell'archidiocesi di Baltimora.
» » » Al sig. architetto Federico Vernon Murphy, della medesima archidiocesi.

II Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

26. aprile 1938. Al sig. Michele Floch, della diocesi di Quimper.
18 agosto » Al sig. dott. Salvatore Garcia Pintos, dell'archidiocesi di Montevideo.
29 dicembre » Al sig. Gabriele Piérard, dell'archidiocesi di Cambrai.
5 gennaio 1939. Al sig. Ruggero Millot, dell'archidiocesi di Parigi.
» Al sig. Massimo Legendre, della medesima archidiocesi.
13 Al sig. Luigi Pietro Cipriano Albuquerque, della diocesi di San Tommaso di Meliapor.
14 Al sig. Leone Blancart, della diocesi di La Rochelle.
17 Al sig. Michele Francesco Bourke, dell' archidiocesi di Wellington.
19 Al sig. Raniero Kleipol, della diocesi di Haarlem.
23 Al sig. dott. Edoardo Chang Huai (Cina).
25 Al sig. Guglielmo Van Aalst, dell'archidiocesi di Malines.
31 Al sig. Michele Mathunayagam, della diocesi di Tri van - drum dei Latini.

La Commenda dell'Ordine di** 8. **Gregorio Magno, classe militare:

5 febbraio 1939. Al sig. Rodolfo dei Conti Varano, Cadetto nel Corpo della Guardia Nobile Pontificia.
» » » Al sig. Colonnello Callisto Maria Paolo De Montmorin-Saint-Herem (Francia).
» » » Al sig. Colonnello Eugenio Carlo Dunoyer (Francia).

La Gram Croce dell'Ordine di** 8. **Silvestro Papa:

23 gennaio 1939. Al sig. Yunosuke Koijma (Giappone).

La Commenda con Placca dell'Ordine di** 8. **Silvestro Papa:

23 gennaio 1939. Al sig. dott. Oh'En Yuan Yuan (Cina).
» » » Al sig. Shichiro Kigo (Giappone).
» » » Al sig. Junkicki Matsuoka (Giappone).

La Commenda dell'Ordine di** 8. **Silvestro Papa:

20 agosto 1938. Al sig. Francesco Tusnady, della diocesi di Alba Reale.
14 gennaio 1939. Al sig. Luigi AMggi, dell'archidiocesi di Salerno.
20 » » Al sig. Vincenzo Tanzarella, della diocesi di Ostuni.
23 » » Al sig. Taro Inabata (Giappone).
» » » Al sig. Jiro Inabata (Giappone).
» » » Al sig. Shu Inoue (Giappone).

23 gennaio 1939. Al sig. dott. Ignazio Ying Ch'Jen-li (Cina).
25 » » Al sig. Felice Bassetti, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Giovanni Bassetti, della medesima archidiocesi.
30 » » Al sig. Alberto Bagnini (Koma).
3 febbraio » Al sig. Luigi Radici, della diocesi di Bergamo.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

20 gennaio 1939. Al sig. dott. Guglielmo Pinna Stara, dell'archidiocesi di Cagliari.
23 » » Al sig. Heibei Mori (Giappone).
» » » Al sig. Kametaro Matsumoto (Giappone).
» » » Al sig. dott. Shen Chien-Shih (Cina).
30 » » Al sig. dott. Enrico Van Haastert, della diocesi di Haarlem.
31 » » Al sig. Giuseppe Da Corta, della diocesi di Belluno.
3 febbraio » Al sig. Giacomo Cartier, della diocesi di San Giovanni di Québec.
» » » Al sig. Luigi Giuseppe Emiliano Brais, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Filippo Augusto Giovanni Dehase, della medesima diocesi.

NECROLOGIO

3 marzo 1939. Monsig. Giuseppe Luciano Giray, Arcivescovo tit. di Se-Umbria.
» » » Monsig. Maurizio Clement, Vescovo tit. di Algiza.
1 aprile » Emo Signor Cardinale DONATO SBARRETTI, Vescovo suburbicarii) di Sabina e Poggio Mirteto.
2 » » Monsig. Vincenzo Castellanos y Nuñez, Vescovo tit. di Marciana.
10 » » Monsig. Giuseppe Damiano Schmitt, Vescovo di Fulda.
18 » » Monsig. Giuseppe Americo Orzali, Arcivescovo di San Giovanni di Cuyo.

An. et vol. XXXI 4 Maii 1939 (Ser. II, v. VI) - Num. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA: SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

DECRETUM

INTER VICARIATUS APOSTOLICOS DE LÉOPOLDVILLE ET DE MATADI FINES IMMUTANTUR.

Quo aptius catholicae Fidei propagationi in Congi Belgici finibus prospiceretur, visum est limites immutare, inter Vicariatum Apostolicum de *Léopoldville,* qui Patribus e Congregatione Immaculati Cordis Mariae concreditus est, atque Vicariatum Apostolicum de *Matadi,* curis Congregationis Ssmi Redemptoris commissum.

Quapropter Emi ac Rmi Patres Cardinales, huic Sacro Consilio Christiano Nomini Propagando praepositi, in plenario coetu, die 19 Decembris mensis anni 1938 habito, re mature perpensa atque attentis tum favorabili voto Exc. P. D. Ioannis Dellepiane, Delegati Apostolici in Congo Belgico, tum duorum Ordinariorum, quorum interest, concordi sententia, eam territorii partem a Vicariatu Apostolico de Matadi distrahendam et Vicariatui Apostolico de Léopoldville adnectendam censuerunt, quae ad meridiem urbani districtus Léopoldville urbis immediate sita est, ita ut deinceps hi habeantur limites inter eosdem Vicariatus : totus Mfuna fluminis cursus usque ad suas fontes; exinde linea recta usque ad fontes Ngudia-Baka fluminis; hinc totus Ngudia-Baka fluminis cursus usque locum quo ipsum influit in flumen, cui nomen Congo.

Hanc vero Emorum Patrum sententiam, in audientia diei 5 Ianuarii mensis anni 1939 Ssmo D. N. Pio Div. Prov. Pp. XI ab infrascripto

huius S. Congregationis Cardinali Praefecto relatam, ipse Summus Pontifex ratam habere et confirmare dignatus est, praesensque ad rem Decretum expediri mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 5 Ianuarii mensis, anno Domini 1939.

P. Card. **FUMASONI BIONDI,** *Praefectus.*

L. © S.

f Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis, ut infra, datis decretis Sacri Consilii Christiano Nomini propagando, Ssmus D. N. Pius divina Providentia Pp. XII dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum :

die 15 Martii 1939. — Titulari episcopali Ecclesiae Acmoniensi praefecit R. P. Petrum Rogan, Societatis de Mill-Hill sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum de Buea.

— Titulari episcopali Ecclesiae Onuphitanae R. P. Ioannem Baptistam Boivin, e Societate pro Missionibus ad Afros, quem constituit Vicarium Apostolicum a Li tore Eburneo.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thubunensi in Numidia R. P. Antonium Everardum Ioannem Albers, Ordinis Fratrum Carmelitarum, quem constituit Vicarium Apostolicum de Malang.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thagastensi R. P. Atilium Constantinum Berneschi, ex Ordine Servorum Mariae, quem constituit Vicarium Apostolicum de Swaziland.

III

NOMINATIONES

Decretis, ut infra, datis Sacra Congregatio de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit :

die 2If Martii J939. — R. P. Dominicum Desperben, e Congregatione Sacrorum Cordium Iesu et Mariae necnon adorationis SS. Sacramenti altaris, *Praefectum Apostolicum de Hainau.*

— R. P. Andream Windeis, C. M., *Superiorem ecclesiasticum Missionis sui iuris de Bikoro.*

die 31 Martii. — R. P. Aemilianum Masse, e Societate pro Missionibus Exteris Provinciae Quebecensis, *Praefectum Apostolicum de Lintung.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

MASSILIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI AEMILIAE DE VIALAR, FUNDATRICIS INSTITUTI A S. IOSEPH AB APPARITIONE.

SUPER DUBIO

An stante virtutum et duorum miraculorum approbatione, Tuto *procedi possit ad praedictae Venerabilis sollemnem Beatificationem.*

Esto mihi in Deum protectorem et in domum refugii, ut salvum me facias : quoniam fortitudo mea et refugium meum es tu, et propter nomen tuum deduces me et enutries me (Ps. 30, 3-4). Divina haec verba, Venerabilis Aemilia de Vialar, sancti Patriarchae Ioseph exempla diligentissime sequuta, in cor mentemque suam alte defixit, atque inde mirabilem vim hausit, ad obstacula omne genus superanda, quae vel ab humana fragilitate vel diaboli nequitia opponebantur, ne magnifica facinora, quae pro Dei gloria patrare moliebatur in actum perficeret. Hanc immotam famulae suae fiduciam Deus ipse munificentissime rependit. Ei enim, dum vivebat, ad heroicam virtutum perfectionem assequendam est auxiliatus : post eius obitum vero, ad incomparabilem beatorum caelitum gloriam, uti haud dubiis quae videntur argumentis datum est colligere, eam extulit.

Gaillaci, quod Occitanum est oppidum in Gallia Narbonensi, ex Barone Augusto Antonio et Antonia Aemilia de Portal, generis nobilitate claris, die 12 Septembris a. D. 1797 nata, Aemilia religionis et virtutum prima rudimenta sub piae matris magisterio posuit. Verum, hac immaturo fato abrepta, puella a patre Sororibus â Nostra Domina Parisiis educanda atque instituenda committitur.

Biennio post, domum revocata domesticis curis addicitur, eique frater, aetate minor, educandus a patre concreditur. Quibus in muneribus obeundis mira prudentiae, patientiae atque dexteritatis specimina praebuit. Ruinas a gallica seditione religioni reique publicae illatas pro viribus, reparare studens, rudibus catechizandis, praesertim pueris puel-

Usque, se impenderé, peccatorum conversioni ardenti simul et suavi zelo plurimum adlaborare, infirmorum curam suscipere ceterisque caritatis operibus exercendis totam se dedidit. Vana mundi blandimenta ex corde exosa, in orationem rerumque caelestium contemplationem incumbebat, eo praesertim fine ut quid Deus a se vellet explorar et. Super haec autem erga missiones ad exteros intime impelli coepit; quare ad S. Franciscum Xaverium peculiari religione colendum, annos nata duodeviginti, voto se adstrinxit.

Divina voluntate clare perspecta, a. D. 1832 in ipso natali oppido prima *Instituti* fundamenta posuit, quod ob singularem, qua erga S. Patriarcham tenebatur, pietatem, a *8. Ioseph* appellari voluit, cui *ab Apparinone* titulum adiecit, quo divinae Incarnationis mysterii revelatio S. Ioseph ab Angelo facta recoleretur. Institutum hoc, Ordinariorum primum auctoritate firmatum, Apostolica Sedes decem post annos decreto, quod *Laudis* dicitur, honestavit; anno demum 1870 eidem plenam approbationem concessit.

Aemilia, tribus annis post Instituti initia, ad Icosiensis nosocomii regimen suscipiendum invitata, cum nonnullis sodalibus in Africani, sui voti compos facta, festinan ter accurrit, ubi missionali spiritu acta apostolicis laboribus, cholerica quoque lue grassante, quibusvis spretis periculis, generosa se mancipa vit, uberrimam inde animarum messem referens.

Instituti interea plures domos in variis Europae regionibus nec non in Asia et Africa, condidit, quas ipsa pientissime et magno cum christianae rei emolumento est moderata.

Quae quidem ingentia animarum lucra humani generis hostem offenderunt, qui contra eam acerrimum bellum cum externum tum internum indixit. Aemilia enim iniuste Icosio fuit eiecta, paternis bonis expoliata, angustiis undique pressa, calumniis vexata. Ipsa vero uni Deo confisa, Apostolicae Sedis protectione suffulta, velut aurum igne probatum, inde victrix evasit, insignia christianae fortitudinis, humilitatis, patientiae, mansuetudinis caritatisque erga se persequentes exempla portendens.

Tot ornata monilibus Massiliae, quo, libentissime annuente Servo Dei Eugenio de Mazenod, illius urbis Episcopo, sui Instituti domum principem transtulerat, die 29 Augusti a. D. 1856 ad caelestem Sponsum evolavit.

Pretiosum obitum sanctitatis fama est subsequuta. Quare ordinaria auctoritate iuridicae tum super fama cum super scriptis atque super cultu numquam praestito peractae sunt inquisitiones in Massilien si Curia nec non per rogatoriales litteras in Curiis Rupellensi, Tolosana,

Nee-Eboracensi, Ruremondensi, Algeriensi, Carthaginensi, Albiensi, Lugdunensi et Melitensi.

Anno 1924 de scriptis ab hac Sacra Congregatione decretum est editum; causa autem die 19 Maii anni eiusdem fuit introducta, die vero 22 Iunii proxime insequenti constare de cultu numquam exhibito fuit decretum.

Apostolici processus super virtutibus Massi]iae et Parisiis adornati fuere, de quorum iuridica vi simul cum ea de processibus ordinaria auctoritate constructis constare die 14 Novembris mensis a. D. 1928 decretum est. "~

Die 19 Martii mensis a. 1935, sa. me. Pio Papa XI approbante, Ven. Servam Dei heroicis virtutibus fulsisse Sacra haec Congregatio edixit.

Servatis quoque de iure servandis, die 11 Decembris mensis elapsi anni duo miracula sunt approbata.

Ut autem ad sollemnem Venerabilis Servae Dei Beatificationem iter liberum pateret, die 24 Ianuarii mensis Generalis Congregatio coram eodem Pontifice coacta est, in qua Rmus Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Ostien. et Albanen., Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit : *An, stante virtutum et duorum miraculorum approbatione,* Tuto *procedi possit ad sollemnem praedictae Venerabilis Beatificationem.* In affirmativum unanime suffragium Rmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores concessere. Summus vero Pontifex ut suam favorabilem aperiret mentem diem 19 Februarii mensis, elegerat. Verum, quum Idem viam universae carnis die decima fuerit ingressus, quod decreverat exsecutioni mandari nequivit. Ssmus autem D. N. Pius Pp. XII ut decessoris sui votum expleret, diem hanc 26 Martii, Dominicam Passionis selegit. Quapropter Rmis Cardinalibus Carolo Salotti, S. R. C. Praefecto atque Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Ostien. et Albanen., Causae Relatore, nec non R. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali meque infrascripto Secretario accitis, sacrosancto Eucharistico Sacrificio pientissime litato, edixit : *Tuto procedi posse ad sollemnem Venerabilis* Aemiliae de Vialar *Beatificationem.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum Romae, die 26 Martii a. D. 1939.

C. Card. SALOTTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

LUCEN. IN ITALIA

CANONIZATIONIS BEATAE GEMMAE GALGANI, VIRGINIS

SUPER DUBIO

An et quibus miraculis, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Disertissima Apostoli verba, quibus caritas supra omnia charismata extollitur et commendatur, apprime Beatae Gemmae Galgani aptantur, quae magnificas illas caritatis notas, a Doctore Gentium descriptas, in sua vita suisque virtutibus mire expressit.

Caelestis enim Sponsi passionem iugiter recolens, amoris eius excessum meditata, eius, qui totius perfectionis divinum nobis sese exhibet exemplar, in suo animo, quantum humana natura sinit, imaginem vivide insculpsit, eiusque caritatem imitata, supremum excelsae huius virtutis assequuta est culmen atque in multis tribulationibus, angoribus, infirmitatibus quibus, Deo sic disponente, ut aurum in fornace, fuit probata, patientem, benignam, humillimam se praebuit, *mortificationem Iesu in suo corpore circumferens ut et vita Iesu manifestaretur in corpore suo* (2 Cor., 4, 10). Sed sicut ipse Dominus, qui *est caput corporis Ecclesiae* (Col., 1, 18) de se prophetavit, dicens: *Tradetur gentibus, et illudetur et flagellabitur et conspuetur ... et occident eum et tertia die resurgen* (Luc, 18, 32-33), ita et B. Gemma, quae nobile eius membrum erat, post passionis dolores ac ludibria etiam Dominicae resurrectionis gaudium et gloriam quodammodo participavit. Vix enim die 11 Aprilis mensis a. D. 1903 candida eius anima ad Sponsi amplexum evolavit, sanctitatis eius fama vehementer erupit. Inquisitionibus quae a iure praescribuntur auctoritate Ordinaria et Apostolica peractis, servatisque servandis, tum virtutes heroicas eam exercuisse cum miracula in harum comprobationem ab ipso Deo, ea interveniente, fuisse patrata decretum est, sollemniaque Beatificationis die 14 Maii a. D. 1933 in Vaticana Basilica, christiano populo exultante, celebrata sunt. Nec satis. Mox enim nova prodigia eius intercessione a Deo patrata ferebantur, ideoque Beatae Gemmae canonizationis causa die 25 Iulii anni eiusdem resumpta est, atque Apostolicus processus super duobus miraculis in Consentina Curia est adornatus, pro cuius iuridica vi die 22 Decembris a. 1937 editum est decretum.

Ambo haec miracula in oppido v. d. Lappano in Consentina Archidioecesi contigerunt.

Morbo, qui *Lupus vulgaris* a medicis appellatur, Elisa Scarpelli a Septembri mense a. D. 1932 in sinistra gena tentari coepit. Qui adeo crevit, ut et ulcerosa adénites et fistulosus sinus sanie manans adderentur. Incassum medicis curis cedentibus, B. Gemma unice fuit invocata. Matutinis horis die 14 Maii a. 1933 morbus adhuc in suo virore saeviebat : hora autem undecima, dum in Vaticana Basilica Beatificationis Gemmae sollemnia celebrabantur, Elisa illico sanatam se sensit. Ulcera enim pelle contecta, fístula autem omnino clausa inventa sunt, nullo praeteriti morbi consectario remanente. Miraculum periti in arte divinitus evenisse conclamant.

Alter, mire sanatus, est Natalis Scarpelli. Hic ab anno 1918, gravius vero a. 1927, varicibus, in sinistro praesertim crure, afficiebatur. Die 3 Aprilis mensis a. 1935 ob accidentale trauma vulnus fuit inductum, quod in ulcus versum est. Serotinis diei trigesimi Maii horis ulcus adhuc putre novem circiter quadratis centimetris patebat. Filia, ipse infirmus huiusque uxor fervide B. Gemmae patrocinium invocant, apposita quoque de Beatae reliquiis particula super ulcus sanie manans, quod fascia ob vol vunt. Mane facto nova pellis ulceri obducta, siccaque inventa fascia, nullus amplius dolor, nullum infirmitatis vestigium. Natalis ad pristina rediit officia iugiter equitando, neque ullo amplius incommodo ex varicibus est passus. Unanimi consensu sanationem ultra naturae vires contigisse Periti fatentur.

De his duabus miris sanationibus die 28 Iunii mensis elapsi anni in Antepraeparatoriis S. R. C. comitiis, coram Revmo Cardinali Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Ostien. et Albanen., Causae Relatore seu Ponente, a PP. Consultoribus disceptatum est : de hisce iterum in Praeparatoriis coram Revmis Cardinalibus die 15 Novembris : die demum 24 Ianuarii mensis anni huius, coram Pio Papa XI fel. rec; in quibus Revmus Cardinalis Relator dubium proposuit discutiendum : *An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Revmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores sua pandidere suffragia. His benigne auscultatis, Suam aperire mentem Pontifex distulerat. Promotori autem Generali paullo post in favorabilem sententiam se devenisse dixerat, iubens insuper ut approbationis decretum die 19 Februarii coram Se promulgaretur. Verum Deo placuit fidelissimum suum Servum ad aeterna promerita praemia die 10 eiusdem mensis vocare, atque supremum Pontificium munus Ssmo D. N. Pio Papae XII conferre.

Qui nedum hucusque in hac Causa acta dignatus est approbare, sed et decretum die 26 Martii, Dominica Passionis, edi iussit. Quare Rmos Cardinales Carolum Salotti, S. R. C. Praefectum, et Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, Causae Relatorem, nec non R. P. Salvatorem Natucci, Fidei generalem Promotorem meque infrascriptum Secretarium ad Se arcessiri iussit, divinoque sacrificio sancte oblato, edixit : *Constare de duobus miraculis a Deo per Beatae* Gemmae Galgani *intercessionem patratis,* nempe *de instantánea perfectaque sanatione cum Elisae Scarpelli a morbo dicto* Lupus vulgaris *in gena sinistra cum adeniiibus sufomaœïllarïbus exulceratis et fistulosis, tum Natalis Scarpelli a gravi ulcere varicoso in sinistro crure.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum Romae, die 26 Martii a. D. 1939.

C. Card. **SALOTTI,** *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius,*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

i

Causae quae in Tribunali Sacrae Romanae Rotae actae sunt anno 193$ quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva

I. **LUGDUNEN. – NULLITATIS MATRIMONII** *ob simulatimi consensum et ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus: F. Fournier.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 5 Ianuarii : « Negative ».

II. **RATISBONEN. – NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite amentiae.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Canestri.

Vinculi Defensor deputatus: **R.** Bidagor.

Advocatus: I. Kiauer.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 8 Ianuarii : « Negative ».

III. **PARISIEN. – NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite amentiae ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensoris Substitutus : I. Stella.

Advocatus: I. B. Ferrata.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 13 Ianuarii : « Affirmative ».

IV. Vic. **AP. NOVAE GUINEAE NEERLANDICAE. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite defectus consensus et* **DISPENSATIONIS SUPER RATO.**

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, A. Wynen.

Vinculi Defensor deputatus: I. B. Nicola.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubia: I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu »; et quatenus negative : II. « An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 17 Ianuarii: Ad I. «Affirmative». Ad II. ((Provisum in primo ».

V. N. N. - **NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite impotentiae ex parte mulieris et* **DISPENSATIONIS SUPER RATO.**

Turnus Rotalis : I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Jullien, **H.** Quattrocolo.

Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.

Advocatus: D. Lazzarato

Dubia: I. « An constet de matrimonii nullitate, in casu »; et quatenus negative : II. « An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 24 Ianuarii : « Negative ad utrumque ».

VI. N. N. - **NULLITATIS MATRIMONII** *ob intentionem contra prolem.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, *Decanus,* A. Jullien, *Ponens,* **H.** Quattrocolo.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: M. D'Alfonso

Dubium: « An confirmanda, vel infirmanda sit sententia Rotalis diei 3 Augusti 1935, in casu ».

Sententia diei 24 Ianuarii : « Confirmandam esse, ideoque constare de nullitate matrimonii, in casu ».

VII. **LUBLINEN.** - **NULLITATIS MATRIMONII** *ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Canestri.

Vinculi Defensor deputatus: F. Fournier.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Torre.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 24 Ianuarii : « Negative ».

VIII. **TARENTINA.** - **NULLITATIS MATRIMONII** *ex-capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: A. M. Darmanin.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Torre.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 31 Ianuarii : « Negative ».

IX. **AGRIEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 31 Ianuarii : « Affirmative ».

X. **ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII** *ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Roberti, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: T. Ragusa.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 3 Februarii : « Affirmative ».

XI. **PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus: T. B. Nicola.

Dubium « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 10 Februarii : « Affirmative ».

XII. **CENETEN. - NULLITATIS MATRIMONII** ob vim et metum.

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandalo gratuiti patrocinii: E. Ruffini.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 16 Februarii : « Affirmative ».

XIII. **PRAGEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite conditionis vel intentionis contra bonum sacramenti.*

Turnus Rotalis: H. Caiazzo, *Ponens,* F. Roberti, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensoris Substitutus : I. Stella.

Advocatus: H. Silvestri-Faà.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 23 Februarii : « Negative ».

XIV. **N. N. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite affinitatis ex copula illicita et ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, C. Pecorari, *Ponens,* H. Caiazzo.

Vinculi Defensor deputatus: R. Bidagor.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: A. Carabini.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 1 Martii : « Affirmative ».

XV. SENOGALLIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Canestri.

Vinculi Defensor deputatus: E. Suárez.

Advocatus: D. Lazzarato.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 5 Maii : « Affirmative ».

XVI. GRATIANOPOLITANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: **I.** Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Jullien, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensoris Substitutus : **I.** Stella.

Advocatus : A. D'Alessandri.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 7 Martii : « Affirmative ».

XVII. DE GUADALAJARA. - CREDITI.

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Canestri, **I.** Teodori.

Promotor Iustitiae: **V.** Bartoccetti.

Advocati ex mandato gratuiti patrocinii: **R.** Romano, *pro actrice;* E. Ruffini, *pro reo convento.*

Dubia: **I.** « An constet de legitima interpositione et prosecutione appellationis, in casu ». Et quatenus affirmative : **II.** « An constet de lite finita, ex sententia Tribunalis civilis diei 21 Maii 1928, in casu ». Et quatenus affirmative ad **I.** et negative ad **II. : III.** « An constet de credito scutatorum 6.500 Dominae **C.** M. erga R. D. A. C, in casu». Quatenus affirmative ad **I.** et **II. : IV** « An et quomodo civile iudicatum canonicae exsecutioni mandandum sit, in casu ».

Sententia diei 10 Martii : Ad **I.** « Affirmative ». Ad **II** « Affirmative ». Ad **III.** « Provisum in secundo ». Ad **IV.** « Affirmative et iuxta modum, seu attenta tum conditione oeconomica conventi Sacerdotis C. tum conditione Ecclesiae Mexicanae, curet ipsemet Ordinarius, auctoritate qua pollet et servata convento congrua substentatione, ex eiusdem ecclesiasticis redditibus, certis et incertis, quamdam partem pecuniae singulis mensibus detrahere, quae cedat in solutionem crediti in favo-

rem actricis, usque ad completam ipsius crediti cum eiusdem usuris exstinctionem, re composita cum Ordinario Mexicano, et utriusque Ordinarii onerata conscientia, cum agatur de iusta restitutione, in casu ».

XVIII. N. N. – NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam viri.*
Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Fidecicchi.
Vinculi Defensor deputatus: **I.** Pendola.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. Da Silva.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 16 Martii : « Negative ».

XIX. NEAPOLITANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ob vim et metum et ob intentionem contra prolem.*
Turnus Rotalis: **I.** Teodori, *Ponens,* **O.** Pecorari, **H.** Caiazzo.
Vinculi Defensor deputatus: G. Cesterie.
Advocatus: **I.** Torre.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 18 Martii : « Negative ».

XX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII ob conditionem appositam.
Turnus Rotalis: A. Canestri, *Ponens,* **I.** Teodori, O. Pecorari.
Vifhculi Defensor: **I.** Trezzi.
Advocatus: C. Bernardini.
Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».
Sententia diei 22 Martii: « Affirmative ».

XXI. PATAVINA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae atque vis et metus.*
Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* S. Janasik, A. Canestri.
Promotor Pustitiae: **V.** Bartoccetti.
Vinculi Defensor deputatus: E. Suárez.
Advocatus: P. A. D'Avack.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia, diei 24 Martii : « Negative ».

XXII. MOGUNTINA. - NULLITATIS MATRIMONII *ob vim et metum.*
Turnus Rotalis: S. Janasik, *Ponens,* A. Canestri, **I.** Teodori.
Vinculi Defensor deputatus: **I.** Benedetti.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **I.** Torre.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 30 Martii : « Affirmative ».

XXIII. **ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensoris substitutus : **I.** Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **I.** Torre.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 2 Aprilis : « Negative ».

XXIV. **POSNANIEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, A. Wynen.

Vinculi Defensoris Substitutus : **I.** Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **I.** Benedetti.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 9 Aprilis : « Affirmative ».

XXV. **ALEPPEN. MARONITARUM. - CREDITI - INCIDENTIS.**

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo. A. Wynen.

Promotor Iustitiae : **V.** Bartoccetti.

Advocati ex mandato gratuiti patrocinii: C. Bernardini, *pro actore;* P. A. D'Avack, *pro convento.*

Dubium: « An et quaenam probationes requirantur et admittendae sint ad effectum probandi legitimationem ad agendum actoris, in casu ».

Sententia diei 9 Aprilis : Ad primam partem : « Affirmative »; ad alteram partem : « Actor exhibeat instrumenta, iuxta normam iuris civilis, in casu ».

XXVI. **PARENTIN, ET POLEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: **I.** Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 20 aprilis : « Affirmative ».

XXVII. **TAURINEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ob vim. et metum.*

Turnus Rotalis: C. Pecorari, *Ponens,* H. Caiazzo, F. Roberti.

Vinculi Defensoris Substitutus : **I.** Stella.

Advocatus: **I.** Limongelli.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 27 Aprilis : « Negative ».

XXVIII. **PARISIEN.** - **NULLITATIS MATRIMONII** *ob exclusam indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Jullien, H. Quattrocolo.

Vinculi Defensor deputatus: I. B. Pendola.

Advocati: I. B. Ferrata, I. Kauer.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 11 Iulii 1936 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 29 Aprilis : « Infirmandam esse, ideoque non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XXIX. **ROMANA.** - **NULLITATIS MATRIMONII** *ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Canestri.

Vinculi Defensor deputatus: F. Fournier.

Advocatus ex mandato grattati patrocinii: T. Ragusa.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 28 Februarii 1937 sit confirmanda, vel confirmanda, in casu ».

Sententia diei 30 Aprilis : « Infirmandam esse, ideoque constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XXX. N. N. - **NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite vis et metus; clandestinitatis; affinitatis ex copula illicita; consanguinitatis.*

Turnus Rotalis: C. Pecorari, *Ponens,* H. Caiazzo, F. Roberti.

Vinculi Defensor deputatus: P. Hindo.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. Bernardini.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 4 Maii : « Negative ».

XXXI. **INTERAMNEN.** - **NULLITATIS MATRIMONII** *ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: I. TeOdori, *Ponens,* C. Pecorari, H. Caiazzo.

Vinculi Defensoris Substitutus : I. Stella.

Advocatus: A. Mittiga.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 14 Maii : « Negative ».

XXXII. **MASSILIEN.** - **NULLITATIS MATRIMONII** *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, G. Heard, S. Janasik, *Ponens.*

Vinculi Defensor deputatus: I. B. Nicola.

Advocatus: H. Benvignati.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 23 Maii : « Negative ».

XXXIIT. N. N. - **SEPARATIONIS.**

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Promotor Iustitiae : V. Bartoccetti.

Advocati ex mandato gratuiti patrocinii: **M. D**'Alfonso, *pro actore;* I. Kauer, *pro rea conventa.*

Dubium: «An locus sit separationi a toro et mensa et cohabitatione, in casu ».

Sententia diei 30 Maii : « Negative ».

XXXIV. N. **N. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite impotentiae viri et* **DISPENSATIONIS SUPER RATO.**

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Benedetti.

Dubia: I. « An constet de matrimonii nullitate, in casu ». Et quatenus negative : II. « An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 1 Iunii : Ad I. « Affirmative ». Ad II. « Provisum in primo ».

XXXV. **NITRIEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ob conditionem appositam.*

Turnus Rotalis: S. Janasik, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Sententia diei 2 Iunii: « Affirmative ».

XXXVI. N. N. **NULLITATIS MATRIMONII** *ob impedimentum affinitatis ex copula* ***illicitos.***

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensor deputatus: G. Cesterie.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. Bernardini.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 9 Iunii: « Negative ».

XXXVII. **ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII** *ob intentionem contra bonum prolis.*

Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,* C. Pecorari, H. Caiazzo.

Vinculi Defensor deputatus: E. Suárez.

Advocatus: C. Bernardini.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 17 Iunii : « Negative ».

' XXXVIII. **VINDOBONEN.** - **NULLITATIS MATRIMONII** *00 defectum COfl-sensus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Caiazzo, F. Roberti.

Vinculi Defensor deputatus : A. Leduc.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: P. Ciprotti.

Dubium: «, An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 23 Iunii : « Negative ».

XXXIX. **ANTIOCHEN. MARONITARUM.** - **NULLITATIS MATRIMONII** *ex capi tibus vis et metus; clandestinitatis; illegitimae adsistentiae sacerdoti' celebrantis; defectus consensus.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, I. Teodori, *Ponens,* C. Pecorari.

Vinculi Defensor deputatus: A. Leduc.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 31 Ianuarii 1929 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 23 Iunii : « Confirmandam esse, ideoque non constare de nullitate matrimonii, in casu ».

XL. **POSNANIEN.** - **NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensor deputatus: A. **M.** Darmanin.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: S. Rzewnicki.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 25 Iunii : « Affirmative ».

XLI. **VERONEN.** - **NULLITATIS MATRIMONII** *ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Jullien, **H.** Quattrocolo.

Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Torre.

Dubium: «An sententia Rotalis diei 4 Iunii 1936 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 30 Iunii : « Infirmandam esse, ideoque constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XLII. **FLORENTINA.** - **NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensoris Substitutus : I. Stella.

Advocatus: P. A. D'Avack.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 30 Iunii. 1937 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 5 Iulii : « Confirmandam esse, seu non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XLIII. **PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII** ob *vim et metum atque ob exclusam prolem.*

Turnus Rotalis: H. Caiazzo, *Ponens,* F. Roberti, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensor deputatus : I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 16 Aprilis 1936 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 6 Iulii : « Confirmandam esse, ideoque non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XLIV. **N. N. NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite conditionis appositae, erroris, impotentiae ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Canestri, F. Roberti.

Vinculi Defensor: I. Trezzi.

Advocati: **B.** Pellegrini, A. Capalti.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 11 Iulii : « Negative ».

XLV. **TERGESTINA. - NULLITATIS MATRIMONII** *ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, **G.** Heard.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. Da Silva.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 13 Iulii : « Affirmative ».

XLVI, **N. N. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite impotentiae ex parte viri.*

Turnus Rotalis: S. Janasik, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensoris Substitutus : I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Benedetti.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 14 Iulii : « Negative ».

XLVII. **BONONIEN. - NULLITATIS MATRIMONII** ob *vim et metum.*

Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,* C. Pecorari, H. Caiazzo.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus: A. C. Iemolo, *pro actrice;* I. Messina, *pro convento.*
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 15 Iulii : « Negative ».

XL VIII. **ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII** *ob vim et metum.*
Turnus Rotalis: C. Pecorari, *Ponens,* H. Caiazzo, F. Roberti.
Vinculi Defensor deputatus: A. Leduc.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Benedetti.
Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 20 Iulii : Negative ».

XLIX. **FERBTRANA. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite clandestinitatis.*
Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Jullien, A. Fidecicchi.
Vinculi Defensoris Substitutus : I. Stella.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. Bernardini.
Dubium: « An sententia Rotalis diei 7 Augusti 1934 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».
Sententia diei 21 Iulii : « Confirmandam esse, ideoque Constare de matrimonii nullitate, in casu ».

L. **ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII** *ob vim et mstum.*
Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens, G.* Heard, S. Janasik.
Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: P. Fedele.
Dubium: a An constet de nullitate matrimonii, in casu ».
Sententia diei 25 Iulii : « Negative ».

LI. **RHEGINEN. - NULLITATIS MATRIMONII. - INCIDENTIS.**
Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Canestri.
Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.
Vinculi Defensor: I. Trezzi.
Advocatus: H. Benvignati.
Dubium: « An sententia Rotalis diei 16 Iulii 1937 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».
Sententia diei 28 Iulii : *n* Sententiam Rotalem esse confirmandam, in casu ».

LII. N. N. **- NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite impotentiae viri.*
Turnus Rotalis: S. Janasik, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.
Vinculi Defensor deputatus: V. Bartoccetti.

* *Advocati:* A. Carabini, I. B. Ferrata.

Dulia: I. « An sententia Rotalis diei 5 Aprilis 1937 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ». Et quatenus negative : II. « An-consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 28 Iulii : Ad I. « Confirmandam esse, ideoque constare de matrimonii nullitate, in casu ». Ad II. « Provisum in primo ».

LIII. N. N. - **NULLITATIS MATRIMONII** *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,C* Pecorari, H. Caiazzo.

Vinculi Defensoris Substitutus : I. Stella.

Advocatus: H. Benvignati.

Sententia diei 29 Iulii : « Negative ».

LIY. POSNANIBN. - **NULLITATIS MATRIMONII** *ex capitibus conditionis non impletae atque vis et metus.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: S. Rzewnicki.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 29 Iulii : « Negative ».

LV. PARISIEN. - **NULLITATIS MATRIMONII** *ob exclusum bonum prolis atque exclusam indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, G. Heard, *Ponens,* S. .Janasik.

Vinculi Defensoris Substitutus : I. Stella.

Advocatus: A. Capai ti.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 30 Iulii : « Negative ».

LVI. N. N. - **NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite impotentiae ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: **H.** Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. Da Silva.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 30 Iulii : « Negative ».

LVII. N. N. - **SEPARATIONIS.**

Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,* C. Pecorari, H. Caiazzo.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Advocati ex mandato gratuiti patrocinii: R. Romano, *prò actore,* I. Benedetti, *pro convento.*

Dubium: « An locus sit separationi coniugum ä toro, mensa et cohabitatione, in casu ».

Sententia diei 5 Augusti : « Negative ».

LVIII. **VERCELLEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Y inculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: P. Rutili.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

S ententia diei 6 Augusti : «Affirmative».

LI X. **BAREN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ob vim. et metum.*

Turnus Rotalis: **I.** Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Jullien, A. Fidecicchi.

Vinculi Defensor deputatus: T. Kauer.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 8 Augusti : « Negative ».

LX. N. N. **- NULLITATIS MATRIMONII** *ob impotentiam ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: C. Da Silva.

Advocatus: R. Fiamingo.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 25 Octobris : « Negative ».

LXI. **FLORENTINA. - IURIUM,**

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Promotor Iustitiae: **V.** Bartoccetti.

Advocati: O. Bernardini, *pro actrice ex mandato gratuiti patrocinii;* H. Benvignati, *pro conventa.*

Dubium: >< An, et quaenam summa, et a quonam, quove titulo, sit actrici solvenda, in casu ».

Sententia diei 26 Octobris : « Institutum Filiarum a Corde Iesu teneri ad solutionem libellarum viginti millium ex actione de in rem verso in favorem actricis Mariae Garosi ».

LXII. **ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, F. Roberti.

Vinculi Defensor deputatus : **I.** Benedetti.

Advocatus: I. Limongelli.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 29 Octobris : « Negative ».

LXIII. POSNANIBN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: S. Janasik, *Ponens,* A. Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Torre.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 29 Octobris : « Affirmative ».

LXIV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob impotentiam viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Canestri.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. Da Silva.

Dubia: I. «An constet de matrimonii nullitate, in casu»; et quatenus negative : II. « An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 12 Novembris : « Negative ad utrumque ».

LXV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob defectum consensus, ob conditionem non adimpletam, et exclusam prolem.*

Turnus Rotalis: I. Teodori, *Ponens,* C. Pecorari, H. Caiazzo.

Vinculi Defensor deputatus: G. Oesterle.

Advocatus: C. Da Silva.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 12 Novembris : « Negative ».

LXVI. VARSAVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: G. Heard, *Ponens,* S. Janasik, A. Canestri.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Vinculi Defensoris Substitutus : I. Stella.

Advocati: S. Rzewnicki, I, Szelehauz.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 12 Novembris : « Negative ».

LXVII. IANUEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusam prolem et indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, S. Janasik.

Vinculi Defensoris Substitutus : I. Stella.

Advocati: I. B. Mcola, **F.** Bersani.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 27 Iulii 1935 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 19 Novembris : « Confirmandam esse, ideoque non constare de nullitate matrimonii, in casu ».

LXVIII. **VINDOBONEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ob exclusam prolem.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: E. Bufimi.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 21 Novembris : « Negative ».

LXIX. **MEDIOLANEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ob exclusam indissolubilitatem et prolem.*

Turnus Rotalis: C. Pecorari, *Ponens,* H. Caiazzo, **F.** Roberti.

Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.

Advocatus: **F.** Bersani.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 22 Novembris : « Negative ».

LXX. **ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII** *ob simulatum consensum.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: L. Koppert.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: E. Rufiini.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 30 Novembris : « Negative ».

LXXI. **FLORENTINA. - NULLITATIS MATRIMONII** *ex capite vis et metus et simulationis consensus.*

Turnus Rotalis: C. Pecorari, *Ponens,* H. Caiazzo, **F.** Roberti.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus: A. Catelani.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 30 Novembris : « Negative ».

LXXII. N. N. - **NULLITATIS MATRIMONII** *ob impotentiam mulieris et* **DISPENSATIONIS SUPER RATO.**

Turnus Rotalis: I. Grazioli, Decanus, *Ponens,* A. Jullien, H. Quattrocolo.

Vinculi Defensor deputatus: I. Pendola.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: R. Romano.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 10 Decembris 1936 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 2 Decembris : « Negative, ad primam partem; affirmative, ad alteram, seu Rotalem sententiam esse infirmandam quatenus consulendum est Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

LXXIII. **IANUEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: S. Janasik, *Ponens,* A. Canestri, **I.** Teodori.

Y inculi Defensoris Substitutus : **I.** Stella.

Advocatus: A. Capalti.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 3 Decembris : « Affirmative ».

LXXIV. **DREPANEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensoris Substitutus : **I.** Stella.

Advocatus: C. Astorri.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

Sententia diei 5 Decembris « Negative ».

LXXV. **PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ob vim et metum.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensoris Substitutus: **I.** Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 2 Iulii 1936 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 14 Decembris : « Confirmandam esse, seu constare de nullitate matrimonii, in casu ». *•

LXXVI. N. N. - **NULLITATIS MATRIMONII** *ob impotentiam ex parte viri* - **INCIDENTIS.**

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Promotor Iustitiae : **V.** Bartoccetti.

Vinculi Defensor: **I.** Trezzi.

Advocati: C. Bernardini, *pro parte actrice;* P. A. D'Avack, *pro reo convento.*

Dubium: « An accusatio nullitatis matrimonii admittenda sit, in casu ».

Sententia diei 20 Decembris: « Aflirmative ».

LXXVII. **CRACOVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII** *ob ignorantiam circa essentiam matrimonii.*

Turnus Rotalis: **A.** Jullien, *Ponens,* H. Quattrocolo, **A.** Wynen.

Vinculi Defensor deputatus: **I.** Kauer.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 26 Octobris 1937 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 21 Decembris : « Confirmandam esse, ideoque non constare de nullitate matrimonii, in casu ».

II

Causae quae eodem anno 1938 transactae fuerunt, vel quae absque definitiva sententia, ex peculiaribus circumstantiis, finem habuerunt; quibus adduntur decreta quoad recursus contra libellorum reiectionem.

I. **MASSILIEN. -** *Nullitatis matrimonii, Incidentis de peremptione causae,* coram Excmo P. D. **I.** Grazioli, Decano.

Turnus Rotalis ad solvendam quaestionem incidentem coadunatus die 10 Ianuarii 1938 edixit decretum diei 14 Maii 1936 de desertione appellationis adversus Rotalem sententiam diei 16 Ianuarii 1933 interpositae, esse confirmandum.

II. **BERYTEN. MARONITARUM.** - *Status liberi,* coram R. P. D. **A.** Wynen.

Cum conventa adversus sententiam Tribunalis Patriarchalis appellans, nova eaque gravia argumenta non protulerit ad normam can. 1903, audito Defensore Vinculi S. Rotae, qui causam ex parte sua prosequi noluit, Turnus coadunatus die 13 Ianuarii declaravit appellationem conventae non esse admittendam.

III. **BALTIMOREN.** - *Nullitatis matrimonii oh vim et metum,* coram Excmo P. D. I. Grazioli, Decano.

Cum ex litteris Baltimorensis Curiae Cancellarii constet actorem in causa supremum diem obiisse, Excmus Decanus Ponens iussit decreto diei 14 Ianuarii acta causae in archivo reponi.

IV. **NEAPOLITANA.** - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* coram R. P. D. **A.** Canestri.

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, Ponens decreto diei 17 Ianuarii iussit acta causae in archivo reponi, cum ipsa causa perempta esset.

V. **LUCANA.** - *Nullitatis matrimonii, ex capite publicae honestatis,* coram Excmo P. D. I. Grazioli, Decano.

Cum nnllus actus intra tempus statutum positus fuerit, Ponens decreto diei 20 Ianuarii declaravit petitionem pro ulteriore causae propositione post binas easque conformes sententias pro matrimonii validitate latas, esse desertam et acta causae in tabulario reponi iussit.

VI. **BERYTEN. MELCHITARUM.** - *Separationis,* coram R. P. D. A. Jullien.

Attento obitu viri, decreto diei 10 Februarii Ponens iussit acta causae in archivo reponi.

VII. **ROMANA.** - *Nullitatis matrimonii, Reiectionis libelli,* coram R. P. D. H. Caiazzo.

Cum actor intra tempus a iure statutum prosequi neglexerit appellationem, Ponens die 23 Februarii appellationem desertam declaravit.

VIII. **PRATEN.** - *Nullitatis matrimonii, ob amentiam viri,* coram R. P. D. I. Teodori.

Turnus coadunatus die 25 Martii ad videndum de appellatione a decreto diei 1 Decembris 1937, quo edicebatur petitiones Patroni partis conventae sive quoad nullitatis querelam sive quoad ulterioris causae propositionem non esse excipiendas, respondendum censuerunt : I° quoad querelam nullitatis non spectare, sed recurrendum esse ad Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal; 2° quoad ulteriorem causae propositionem Decretum Turni Rotalis diei 1 Decembris 1937 esse inappellabile, salvo tamen recursu ad Signaturam Apostolicam.

IX. **PARISIEN.** - *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum prolis et ob voluntatem contra unitatem, Incidentis de concessione novae propositionis causae,* coram Excmo **P.** D. I. Grazioli, Decano.

Turnus Rotalis coadunatus die 24 Martii ad definiendam quaestionem incidentalem; attento iuxta can. 1903 ad concedendam post binas easque conformes pro matrimonii validitate latas sententias ulteriorem causae propositionem requiri non modo nova sed gravia argumenta quae in casu defuerunt, edixit petitam novam causae propositionem non esse concedendam.

X. **BONONIEN.** - *Nullitatis matrimonii, Reiectionis libelli,* coram R. P. D. S. Janasik.

Audito Defensore Vinculi, Ponens die 25 Aprilis appellationem desertam declaravit actaque in archivo reponi iussit.

XI. **ROMANA.** - *Crediti, coram* R. P. D. S. Janasik.

Attenta incompentia S. R. Rotae, die 25 Aprilis Ponens acta in archivo reponi iussit.

XII. **ABULEN.** - *Iuris funerandi,* coram R. P. D. H. Quattrocolo.

Cum partes in causa, iuxta epistolam Ordinarii Abulensis diei 23 Aprilis 1938, morem gesserint propositionibus Ponentis, qui ad normam art. 75 Normarum S. R. Rotae ad concordiam ineundam easdem provocavit; cumque in casu res adhuc integra sit, Ponens die 3 Maii mandavit acta causae in archivo reponi.

XIII. **ROMANA.** - *Nullitatis matrimonii, Reiectionis libelli,* coram R. P. D. I. Teodori.

Turnus coadunatus die 14 Maii 1938 ad videndum de recursu contra libelli reiectionem, respondendum censuit :

I° Reiectionem libelli ob rationes a Tribunali Vicariatus Urbis productas non sustineri;

2° Libellum ipsum acceptari non posse; novum esse exhibendum, in quo actrix ad normam can. 1708, n. 1, praecise determinet caput nullitatis, ex quo suum matrimonium accuset.

XIV. **INDIANOPOLITANA.** - *Nullitatis matrimonii, ob simulationem consensus,* coram R. P. D. I. Teodori.

Cum per annum et amplius nullus actus processualis positus fuerit. Ponens die 20 Maii appellationem declaravit desertam atque acta in archivo reponi iussit.

XV. **FLORITEN. ET MELEN.**-- *Diffamationis,* coram R. P. D. I. Teodori.

Cum actor renuntiaverit instantiae et conventus renuntiationem acceptaverit, Ponens die 20 Maii instantiam declaravit peremptam atque acta causae in archivo reponi iussit.

XVI. - **CAPUANA.** - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* coram R. P. D. I. Teodori.

Cum per annum et amplius nullus actus processualis positus fuerit, Ponens die 20 Maii appellationem declaravit desertam atque acta in archivo reponi iussit.

XVII. **PISANA.** - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,*coram R. P. D. **H.** Caiazzo.

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, appellatio declarata est deserta decreto Ponentis diei 15 Iunii, qui iussit quoque acta in archivo reponi.

XVIII. **ROMANA.** - *Nullitatis matrimonii,* coram Excmo P. D. I. Grazioli, Decano.

Cum in causa de qua supra intra tempus a iure statutum nullus positus fuerit processualis actus ad prosequendam appellationem, Excmus Decanus Ponens decreto diei 21 Iunii appellationem desertam declaravit atque acta causae in archivo reponi iussit.

XIX. **MARIANOPOLITANA.** - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* coram Excmo P. D. I. Grazioli, Decano.

Cum in causa nullus intra tempus a iure statutum actus processualis positus fuerit ad appellationem prosequendam, Excmus Decanus Ponens appellationem desertam declaravit et acta causae in archivo reponi iussit die 21. Iunii.

XX. **VLADISLAVIEN.** - *Nullitatis matrimonii, ob defectum formae,* coram Excmo P. D. I. Grazioli, Decano.

Cum in causa nullus intra tempus a iure statutum actus processualis positus fuerit ad appellationem prosequendam, Excmus Decanus Ponens die 21 Iunii appellationem desertam declaravit et acta causae in archivo reponi iussit.

XXI. **TERGESTINA.** - *Nullitatis matrimonii, Incidentis,* coram **R.** P. D. A. Canestri.

Cum in causa ab anno et ultra nullus positus fuerit processualis actus. Ponens decreto diei 21 Iunii appellationem desertam declaravit et acta causae in archivo reponi iussit.

XXII. **TERGESTINA.** - *Nullitatis matrimonii, ob intentionem contra indissolubilitatem,* coram **R.** P. D. A. Canestri.

Cum in causa intra tempus a iure statutum nullus positus fuerit processualis actus, Ponens decreto diei 24 Iunii appellationem desertam declaravit et acta causae in archivo reponi iussit.

XXIII. **NEOSOLIEN".** - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* coram **R.** P. D. I. Teodori.

Cum per annum et amplius nullus actus processualis positus fuerit in causa, Ponens die **8** Iulii novam causae propositionem desertam declaravit et acta causae in archivo reponi iussit.

XXIV. **MESSANEN.** - *Locationis operum et damnorum,* coram Excmo P. D. I. Grazioli, Decano.

Cum in causa nullus ex parte actorum intra tempus a iure statutum

positus fuerit processualis actus ad prosequendam appellationem, Excellentissimus Decanus Ponens die 15 Iulii appellationem desertam declaravit et acta causae in archivo reponi iussit.

XXV. **PARISIEN.** - *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum prolis,* coram Excmo P. D. I. Grazioli.

Cum nullus actus processualis positus fuerit intra tempus a iure statutum in causa, Excmus Decanus Ponens instantiam peremptam declaravit atque acta causae in tabulario S. Tribunalis reponi iussit, die 19 Iulii.

XXVI. **PRAENESTINA.** - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* coram **R.** P. D. **H.** Quattrocolo.

Cum nullus actus processualis per annum et ultra haud positus fuerit, Ponens decreto diei 27 Iulii instantiam desertam declaravit et acta in archivo reponi iussit.

XXVII. **BEROLINEN.** - *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum prolis,* coram Excmo P. D. I. Grazioli, Decano.

Cum nullus actus positus fuerit intra tempus a iure statutum ad prosequendam appellationem, Excmus Decanus Ponens decreto diei 29 Iulii appellationem desertam declaravit et acta causae in archivo reponi iussit.

XXVIII. *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum, et ob conditionem appositam,* coram Excmo P. D. I. Grazioli, Decano.

Cum nullus actus in causa positus fuerit intra tempus a iure statutum ad appellationem prosequendam, Excmus Decanus Ponens die 12 Augusti appellationem desertam declaravit et acta causae in archivo S. Tribunalis reponi iussit.

XXIX. **WESTMONASTERIEN.** - *Nullitatis matrimonii, ob defectum consensus et ob vim et metum,* coram Excmo P. D. I. Grazioli, Decano.

Cum in causa intra utile tempus nullus appositus fuerit actus processualis ad appellationem prosequendam, Excmus P. D. Decanus Ponens die 23 Septembris appellationem declaravit desertam et acta causae in archivo S. Tribunalis reponi iussit.

XXX. **PATAVINA.** - *Nullitatis matrimonii ob vim et metum et ob exclusam indissolubilitatem,* coram R. **P.** D. G. Heard.

Cum nullus actus processualis per biennium positus fuerit, Ponens decreto diei 10 Octobris instantiam declaravit desertam et acta in archivo S. Tribunalis reponi iussit.

XXXI. ROMANA - *Nullitatis matrimonii ob exclusum bonum prolis,* coram Excmo P. D. **I.** Grazioli, Decano.

Cum ex testimonio Primi Vicarii Paroecialis Ecclesiae vulgo Saint Honori, intra fines archidioecesis Parisiensis, constet reum conventum supremum diem obiisse, Excmus Decanus Ponens decreto diei 27 Octobris acta causae in archivo reponi iussit.

XXXII. MATRITEN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* coram Excmo P. D. **I.** Grazioli, Decano.

Cum in causa de qua supra nullus intra tempus statutum positus fuerit processualis actus ad prosequendam appellationem, Excmus Decanus Ponens, decreto diei 15 Novembris appellationem desertam declaravit et acta causae in tabulario S. T. reponi iussit.

XXXIII. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob exclusam indissolubilitatem,* coram **R.** P. D. A. Jullien.

Attento quod actrix in causa declaraverit se nullum posse adducere argumentum novum idque grave, Ponens decreto diei 26 Novembris iussit causam in archivo reponi.

XXXIV. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob ßxclusam indissolubilitatem,* coram **R.** P. D. A. Jullien.

Attenta morte partis conventae, Ponens iussit acta in archivo reponi, die 30 Novembris.

XXV. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob defectum consensus et ob amentiam mulieris,* coram **R.** P. D. H. Quattrocolo.

Cum nullus actus processualis intra» tempus a iure statutum positus fuerit ad appellationem prosequendam, Ponens die 22 Decembris appellationem declaravit desertam et acta causae in archivo reponi iussit.

XXXVI. Ss CONCEPTIONIS DE CHILE. - *Crediti,* coram R.. P. D. H. Quattrocolo.

Cum nullus actus processualis statuto a iure tempore positus fuerit, decreto diei 22 Decembris 1938 declaravit Dominus Ponens instantiam esse peremptam, iussitque acta causae in archivo S. Tribunalis reponi.

XXXVII. MEDIOLANEN. - *Nullitatis matrimonii, ex capite vis et metus,* coram **R.** P. D. H. Quattrocolo.

Cum nullus actus processualis per annum et ultra positus fuerit, declaravit Dnus Ponens decreto diei 28 Decembris appellationem esse desertam, iussitque acta causae in archivo S. Tribunalis reponi.

' XXXVIII. **ROMANA.** - *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum prolis, coram* R. P. D. Henrico Quattrocolo.

Cum nullus actus processualis per annum et ultra positus fuerit, declaravit Dnus Ponens decreto diei 28 Decembris appellationem esse desertam, et iussit acta causae in archivo **S.** Tribunalis reponi.

XXXIX. **ROMANA.** - *Nullitatis matrimonii, ob simulationem, ob vim et metum et ob impotentiam viri,* coram R. P. D. H. Quattrocolo.

Cum statuto a iure tempore nullus actus processualis positus fuerit ad prosequendam appellationem, decreto diei 28 Decembris Dnus Ponens appellationem desertam declaravit et iussit acta causae in archivo S. Tribunalis reponi.

XL. BoNONiBN. - *Nullitatis matrimonii, Incidentis,* coram R. P. D. H. Quattrocolo.

Cum nullus actus processualis statuto a iure tempore positus fuerit, decreto diei 28 Decembris declaravit Dnus Ponens instantiam esse peremptam, iussitque acta causae in archivo **S.** Tribunalis reponi.

XLI. **MECHLINIEN,** - *Nullitatis matrimonii, ex capite conditionis appositae atque vis et metus,* coram R. P. D. H. Quattrocolo.

Cum statuto a iure tempore nullus actus processualis positus fuerit ad appellationem prosequendam, declaravit Dnus Ponens decreto diei 28 Decembris appellationem esse desertam, iussitque acta causae in archivo reponi.

XLII. **AMBIANEN.** - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum et ob conditionem contra indissolubilitatem,* coram R. P. D. H. Quattrocolo.

Cum statuto a iure tempore nullus actus processualis positus fuerit ad appellationem prosequendam, decreto diei 28 Decembris declaravit Dnus Ponens appellationem esse desertam, iussitque acta causae in archivo reponi.

XLIII. **FLORENTINA.** - *Nullitatis matrimonii, ex capite vis et metus, et ob exclusum bonum prolis,* coram R. P. D. A. Jullien.

Cum per biennium nullus actus processualis positus fuerit, decreto diei 30 Decembris Dnus Ponens instantiam declaravit peremptam.

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 14 Aprilis 1939.

L. © S. T. TANI^ *Notarius.*

Citatio edictalis

VLADISLAVIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (RZNOWSKA-SADLOWSKI)

Cum ignoretur locus actualis commorationis D. Felicis Sadlowski, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum sive per se sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 16 Iunii 1939, bora undecima, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An constet de nullitate matrimonii, in caste.

Ordinarii locorum, parochi, Sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Felicis Sadlowski, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.

Henricus Caiazzo, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 14 Aprilis 1939.

Ioannes Pendola, *Notarius.*

Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Felix Sadlowski, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 94) le 16 Juin 1939, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessus rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Gonste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Felix Sadlowski, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

An. et Vol. XXXI 9 Iunii 1939 (Ser. II, v. VI) - Num. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE MALANG

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE MALANG IN INDIIS NEERLANDICIS IN VICARIATUM APOSTOLICUM EIUSDEM NOMINIS ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

De Malang Apostolica Praefectura in Indiis Neerlandicis, per Apostolicas Litteras *'Nihil antiquius,* die vicesima septima Aprilis, anno millesimo nongentesimo vicesimo septimo a fel. rec. Pio Papa Undecimo, Praedecessore Nostro, erecta, tantum postremis hisce temporibus, impensis Ordinis Fratrum Carmelitarum Missionariorum curis, profectum, Deo favente, est assequuta, ut omnino digna visa sit, quae ad maioris dignitatis gradum ab Apostolica Sede evehatur. Suppleto itaque, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum, qui sua interesse praesumant, consensu, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, Nos, suprema Nostra potestate, Praefecturam illam, eodem de Malang nomine iisdemque eius finibus servatis, tenore praesentium in Vicariatum Apostolicum extollimus, erigimus et constituimus, eumque Ordini Fratrum Carmelitarum, sicut antea, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concreditum volumus et declaramus. Huic igitur novo Vicariatui *de Malang* eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis

omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruun-r tur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo nono, die quinta decima mensis Martii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Oard. FÜMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

f Dominicus Spolverini, *Archiep. tit. Larissen., Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi Oagliesi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg.'in, Cano. Ap., Vol. LXI, n. 5. **- Al. Trussardi.**

DE BUEA

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE BUEA IN AFRICA OCCIDENTALI ANGLICA IN VICARIATUM APOSTOLICUM EIUSDEM NOMINIS EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolica de Buea Praefectura, in Africa occidentali Anglica sita, diligentibus sedulisque Missionariorum S. Ioseph de Mill Hill, quibus illa est concredita, laboribus impensisque curis, haud parva, postremo hoc tempore, quamvis omnimodae obstarent difficultates, tum quoad

credentium numerum, tum quoad missionalium operum frequentiam, incrementa suscepit. Quare, quum dilectus Filius illorum Societatis Missionariorum Moderator Generalis ab Apostolica Sede fusis efflagitasset precibus, ut Praefectura illa de Buea ob laetos potissimum ipsius progressus in Vicariatum Apostolicum eveberetur, Nos, attento favorabili voto venerabilis Fratris Antonii Riberi, Archiepiscopi titularis Barensis et Delegati Apostolici Africae pro Missionibus, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa, oblatis praefati Superioris Generalis precibus annuendum decrevimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum, qui sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Praefecturam Apostolicam de Buea in Vicariatum Apostolicum, iisdem finibus et nomine servatis, tenore praesentium extollimus, erigimus et constituimus, eumque eidem Societati Missionariorum S. Ioseph de Mill Hill, sicut antea, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, commissum volumus. Novo igitur huic Vicariatui Apostolico de Buea omnia tribuimus iura, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis manu tamen notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo nono, die quinta decima mensis Martii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LXI, n. S:— Al. **Trussardi.**

III

DE SWAZILAND

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE SWAZILAND AD VICARIATUS APOSTOLICI GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR, IISDEM SERVATIS NOMINE ET LIMITIBUS.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Si in quavis inter infideles enascenti Ecclesia res christiana ob auctum fidelium numerum et missionalium operum frequentiam multum profecerit, Ecclesia ipsa sane digna est quae ab Apostolica Sede ad maioris dignitatis gradum evehatur. Quod quidem perpendentes Nos de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, atque attento favorabili voto venerabilis Fratris Iordani Gijlswijk, Archiepiscopi titularis Euchaiteni, Delegati Apostolici in Africa Meridionali, re mature perpensa, libenter annuendum duximus precibus a dilecto Filio Priore Generali Ordinis Servorum Mariae Sedi Apostolicae porrectis, quibus expostulatum est, ut Praefectura Apostolica de Swaziland, in Africae Meridionalis finibus sita et Ordini illi concredita, in qua, novissimis praesertim hisce annis, catholica religio impenso Missionariorum studio non parva adsequuta sit incrementa, ad Vicariatus Apostolici dignitatem extolleretur. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu**, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Praefecturam de Swaziland, iisdem servatis nomine ac finibus, in Vicariatum Apostolicum evehimus, erigimus et constituimus, eumque praefato Ordini Servorum Mariae, etiam in posterum, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concreditum volumus. Novo igitur huic Vicariatui *de Swaziland* eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel ofiicio constituti munitis,

eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis, commissionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero hoc attentare, ausu temerario, praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo nono, die quinta decima mensis Martii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. O. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

***Reg. in Cane. Ap., Vol. LXI,* n. *2.* - Al. Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

ABBATIALE TEMPLUM SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI, TENEREMUNDENSI IN URBE INTRA FINES GANDAVENSIS DIOECESIS EXSISTENS, PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS HONESTATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Teneremundensi in urbe, intra fines dioecesis Gandavensis, exstat abbatiale templum in honorem Sanctorum Apostolorum Petri ac Pauli Deo dicatum, curisque concreditum monachorum Ordinis Sancti Benedicti. Surrexit ipsum templum novissimis temporibus loco veteris Sacrae Aedis iam ad Fratres Capulatos pertinentis; idemque templum stylo, uti aiunt, gothico exaedificatum, magna amplitudine conspicuum, tribus constat navibus; pulcris quoque altaribus artisque operibus renidet. Religiosi autem viri in adnexo coenobio degentes, sancti Benedicti Fundatoris sui spiritu imbuti, impigro studio in sacrarum functionum decus provehendum diligentissime incumbunt, cum solido christifidelium spirituali emolumento, qui e finitimis regionibus turmatim pieque confluunt. Haec animo repetentes, cum hodiernus eiusdem coenobii Abbas enixas Nobis admoverit preces, tum Nuntii Apostolici in Belgio tum Gandavensis Episcopi commendationibus auctas,

ut sacram memoratam aedem omnibus dignam nominibus ad Basilicae Minoris honorem evehere de benignitate Apostolica dignemur, Nos, conlatis consiliis cum Dilecto Filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, tempi um Abbatiale Sanctorum Apostolorum Petri ac Pauli, ex Ordine Sancti Benedicti Teneremundae exsistens, intra fines dioecesis Gandavensis, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* una cum iuribus ac privilegiis liturgicis omnibus huic titulo et dignitati competentibus condecoramus atque augemus. Contrariis non obstantibus quibuslibet; decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die xiv mensis Martii anno MCMXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

A. Card. MAGLIONE, *a Secretis Status.*

II

AD EMUM P. D. ALOYSIUM TIT. S. PUDENTIANAE S. R. E. CARDINALEM MAGLIONE, A SECRETIS STATUS, QUEM MITTIT AD SACRA SOLLEMNIA IN RENOVATO TEMPLO POMPEIANO B. V. MARIAE A SACRATISSIMO ROSARIO CELEBRANDA.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Auspicato contigit ut ad sacras celebrationes in renovato templo pompeiano Beatissimae Virginis Mariae a Sacratissimo Rosario peragendas proximo mense Maio adunati sint Praesules multi ac Christifideles, qui unanima consensione affectum suum ac devotionem erga Deiparam, cuius e materno gremio, quasi e fonte perenni, salutaris aquae innumerabiles in Christianam plebem, tantis adversis rebus calamitatibusque oppressam, gratiae emanant, palam pleneque exprimere cupiunt. Gratum ideo Nobis vehementer est, quod, vestigiis secuti Decessores Nostros Leonem XIII, Pium X, Benedictum XV, Pium XI, qui Sacris in Aedibus Pompeianis servandis augendisque Beatissimae Virginis Mariae a Sacratissimo Ro-

sario iteratis vicibus curas suas sollicite conlocarunt, banc felicem faustamque occasionem nacti Ipsi etiam Nos desiderium voluntatemque significemus inque sollemnitatibus iisdem debitas partes habeamus. Cum propterea eo ducti consilio ad huiusmodi festa celebranda potiori pompa censuerimus ut aliquis e Purpuratis Sanctae Romanae Ecclesiae Patribus designatus Antistes, Nobis propior, Personam Nostram gereret. Te, Dilecte Fili Noster, qui a Secretis Status officio fungeris, ad honorificum praedictum Personam Nostram gerendi munus implendum eligimus et deputamus. Nos vero minime dubitamus quin te, Dilecte Fili Noster, auspice haec sacra sollemnia Pompeiana in religionis bonum atque emolumentum benevertant; pariterque confidimus fore ut omnibus, quorum studio Sanctuarium ipsum nunc singulari divini cultus splendore renidet, ex iisdem festis tum Fidei incrementum, tum novus accedat stimulus ad potiores spirituales fructus fauste feliciter que percipiendos. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx m. Aprilis, an. MCMXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

PRO D. CARDINALI A SECRETIS STATUS

Dominicus Spada, *a Brevibus Apostolicis.*

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. IOANNEM TIT. S. BALBINAE S. R. E. PRESB. CARDINALEM VERDIER, ARCHIEPISCOPUM PARISIENSEM, QUEM LEGATUM MITTIT AD XII CONGRESSUM EUCHARISTICUM E TOTA GALLIARUM NATIONE IN URBE ALGERI CELEBRANDUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Peropportunum sane susceptum est consilium, ut, peracto nuper saeculo ex quo sacra hierarchia in Algeriensi regione est feliciter instaurata, duodecimus ibidem Congressus e tota Galliarum natione Eucharisticus convocetur. Hac enim Augusti Sacramenti celebratione clarissimae christianae antiquitatis laudes in superiore Africa fauste renovabuntur et Christi regnum laeta accipiet incrementa. Illud praeterea quam maxime praesentibus temporibus congruum videtur, quod in coetibus proxime ineundis de praestantissimo caritatis praecepto argumentum disserendum

proponitur. Profecto sanctissima Eucharistia, ut novissime quoque inter Paschalia sollemnia declaravimus, non modo est divinae erga nos caritatis munus pretiosissimum, verum etiam signum exstat ac vinculum illius amoris, qui homines fraterno foedere coniungere debet. Nos itaque omnia studia atque incepta ad Eucharisticam Congressionem apparandam merita laude approbantes, eidem per Legatum Nostrum adesse ac praeesse libenti animo instituimus. Te igitur, Dilecte Fili Noster, qui, tot pastoralibus virtutibus exornatus, nobilissimae istius sedis Parisiensis gubernacula tenes, quique Romanae purpurae magnificentia nites, Legatum Nostrum a latere, ut iam antea nuntiavimus, eligimus et constituimus, ut ipse in Algeriensi urbe capite, Nostram gerens personam, Congressui ex tota Gallorum natione Eucharistico, proximo ineunte mense habendo, nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas. Divinam interea clementiam effusa prece exoramus, ut per pacifici Regis triumphos in terris Africae res catholica firmius solidetur latiusque amplificetur, atque uberes caritatis fructus a christiana plebe percipiantur. Superni autem auxilii nuntia atque conciliatrix, praecipuaeque Nostrae dilectionis testis esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, egregio Archiepiscopo Algeriensi, ceterisque Ecclesiae Praesulibus, itemque iis omnibus, qui sacris sollemnibus intererunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xvi mensis Aprilis, Dominica in Albis, anno MDCCCCXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XII

II

AD BXCMUM P. D. FERDINANDUM CENTO, ARCHIEPISCOPUM TIT. SELEUCIENSEM PIERIUM ET NUNTIUM APOSTOLICUM IN PERUVIANA REPUBLICA, QUEM LEGATUM MITTIT AD II CONVENTUM EUCHARISTICUM E TOTA BOLIVIANA NATIONE IN CIVITATE PACENSI COGENDUM.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Iamdiu fervet opus in tota Boliviana Republica, ut libentissime excepimus, ad secundum Conventum e tota natione Eucharisticum in proximum mensem Maium apparandum. In omnibus quidem regionibus, praeeunte clero et civilibus ipsis faventibus magistratibus, fidelium animi ad cultum Augusti Sacramenti, ad eiusque frugiferam participationem summa industria instruuntur atque ififlammantur. Nos autem, quibus tantopere

sunt cordi honor cultusque divinae Eucharistiae ac populi christiani fides atque virtus, praeclara consilia apparatuumque labores ad sollemnia Eucharistica ineunda Nostra iam quidem gratulatione atque hortatibus paternis confirinavimus, animosque ad maiora prosequenda addidimus. Nunc vero eidem celebrationi quodammodo praesentes esse percupimus, proptereaque te, Venerabilis Frater, qui archiepiscopali praeditus dignitate Apostolici Nuntii munus in Peruviana Republica sollerter geris, Legatum Nostrum ultro deligimus ac renuntiamus, ut proximo Eucharistico e tota Boliviana natione Conventui, in praeclara civitate Pacensi cogendo, nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas. Pro certo autem habemus, temet ipsum, pro singulari erga Deum pietate atque egregia, qua cum Boliviano populo devinciris, caritate, perhonorificum mandatum alacriter salubriter que esse obiturum. Maximi vero est momenti atque utilitatis argumentum, de quo in sollemnibus coetibus erit agendum, videlicet « divinitas Christi sub eucharisticis velis delitescentis», quandoquidem ex hoc altissimo fidei mysterio tot tamque ingentes salutis fructus in christianum populum hauriri possunt. Quare, dum Deum omnipotentem enixe adprecamur, ut Congressum istum laeta suorum munerum ubertate benigne prosequatur, in auspicium caelestis huius praesidii inque peculiaris caritatis Nostrae pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, sacrorum Antistitibus atque administris, egregiisque magistratibus ac fidelibus universis in Pacensem urbem conventuris peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xvi mensis Aprilis, Dominica in Albis, anno MDCCCCXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XII

NUNTIUS RADIOPHONICUS

A BEATISSIMO PATRE, DIE VII MENSIS MAII ANNO MCMXXXIX, CHRISTIFIDELIBUS DATUS, OB CONVENTUM XII EUCHARISTICUM GALLIARUM IN URBE ALGERIENSI COADUNATIS.

Pour la douzième fois, très chers fils de la noble nation française, vous voici réunis par milliers autour du Christ, présent dans l'Eucharistie, afin de lui offrir ensemble un hommage solennel d'adoration réparatrice.

Au cours des dernières années, l'Afrique a vu déjà plus d'une cérémonie de ce genre. Carthage, se souvenant d'avoir été la glorieuse me-

tropole des églises nord-africaines, et d'avoir abrité dans ses murs plus de trente conciles, donna le branle avec son Congrès eucharistique international. Puis le mouvement s'est étendu, en des congrès régionaux ou nationaux jusqu'à l'Afrique australe, au Congo, à Madagascar, à Tripoli et ailleurs.

Aujourd'hui, c'est sur les côtes longtemps appelées barbaresques, qu'est célébré le triomphe de l'Hostie. Et Notre cœur tressaille de joie, tandis que Nous y prenons part doublement. Car Nous y sommes présent de deux manières : visiblement, en la personne de celui que Nous avons choisi comme Notre Légat, pour présider en Notre nom à ces journées eucharistiques, Notre très cher Fils le Cardinal Archevêque de Paris; invisiblement, mais véritablement aussi, par Nos prières, unies à celles de vos foules saintement enthousiastes.

Ni les flots mouvants de la mer, ni le fracas des armements, qui en ébranlait les rivages, n'ont pu faire hésiter votre élan mystique : la « bonne Mère » de la Garde vous conduisait vers Notre-Dame d'Afrique; et dans cette Hostie, rayonnant sur l'une et l'autre colline, la foi vous montrait le prince et l'auteur même de la paix, cette paix si ardemment souhaitée par notre humanité inquiète.

Voilà ce qui vous attirait et encourageait. Voilà ce qui Nous unit intimement à vous, en ce mois de Mai, que Nous voudrions tout entier consacré à la prière universelle (aux prières des enfants surtout, ces privilégiés du Sauveur!) pour faire descendre du ciel sur la terre, par les mains de la Vierge Immaculée, la paix, promise aux hommes de bon vouloir : paix dans les âmes, troublées par les appels et les séductions des fausses doctrines; paix entre les nations, frémissantes dans une incessante anxiété.

Pourtant, si vous êtes venus tenir ici vos assises eucharistiques, c'est surtout, Nous ne l'ignorons point, afin d'y célébrer le centenaire d'un événement à jamais mémorable, pour l'Eglise et pour la France. Il y a un siècle, en effet, que le premier évêque d'Alger fut installé dans sa cathédrale. Ainsi renaissait, après huit cents ans de mort apparente, cette Province ecclésiastique d'Afrique, qui avait compté jadis quelque cinq cents évêques et qui, dans la pléiade de ses martyrs, de ses pontifes et de ses vierges, voit briller à jamais l'incomparable Docteur d'Hippone, Augustin, l'un des plus éclatants génies, que Dieu ait donnés à l'Eglise et au monde.

Mais en 1839, Alger la ville blanche, dressant ses terrasses sur la mer comme un défi aux peuples chrétiens; Alger, la cité des larmes et du sang, où avaient pleuré, prié, souffert et donné leur vie pour le Christ des mil-

liers de captifs, ne comptait plus que quatre prêtres. Or, voici que, sur un des minarets, s'élève la croix du Christ; et Alger devient soudain la porte lumineuse, par où pénétrera, chaque jour plus rapidement, jusqu'au cœur du continent noir, le flambeau de la révélation.

Renaissance admirable; vie nouvelle, débordante de sève surnaturelle! Aujourd'hui, de nombreux évêques ou vicaires apostoliques, des centaines de prêtres, venus de diverses nations chrétiennes ou issus de familles indigènes, plusieurs millions de fidèles, attestent, à travers l'Afrique, l'éternelle jeunesse de l'Eglise, l'inépuisable fécondité de la grâce divine, servie par l'effort humain.

C'est pourquoi Notre Bénédiction s'élance affectueusement vers vous d'abord, fils de cette France, dont il Nous était donné, il y a deux ans, d'évoquer les grandes destinées religieuses, sous les voûtes de Notre-Dame de Paris. Mais cette Bénédiction va plus loin encore : vers vous, néophytes et catéchumènes dispersés dans les missions d'Afrique; vers vous tous enfin, hommes dont les âmes, comme la nôtre, ont été rachetées par le sang de Dieu fait homme. A ce Christ Jésus, toutes les nations ont été données en héritage; et de cet héritage, la Providence Nous a constitué le gardien; de cette humanité, Dieu nous a fait le Pasteur et le Père.

Qu'elle descende donc sur tous, la Bénédiction divine, fruit du sang répandu pour tous par le Sauveur, caché mais présent dans l'Eucharistie.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

DECRETUM

DE SPECIALIBUS FACULTATIBUS ORDINARIIS AMERICAE LATINAE CONCESSIS

Per Breve « Litteris Apostolicis » Pii Pp. XI f. r., die 30 Aprilis 1929 editum, peculiares facultates Ordinariis Americae Latinae, pro fidelium necessitatibus et locorum conditionibus, attributae fuerunt.

Cum vero praefatae facultates proxima die 30 Aprilis expiraturae sint. Ssmus Dominus Noster Pius div. prov. Pp. XII, eas, iisdem perdurantibus adiunctis, ad decennium benigne prorogare dignatus est, in terminis praecedentis concessionis, hac dumtaxat immutatione inducta, scilicet in n. 3 memorati Brevis Apostolici, ubi dicitur : « Item Ordinarii locorum deputare possunt ad Sacramentum Confirmationis administrandum...» legendum erit: « Item Ordinarii locorum, *secluso Vicario Generali sine sui Ordinarii loci speciali mandato,* deputare possunt ad Sacramentum Confirmationis administrandum... ».

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 28 Aprilis 1939, *

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 18 Martii 1939. — Cathedrali Ecclesiae Mercedensi praefecit Exc. P. D. Annuntiatum Serafini, hactenus Episcopum titularem Arycandensem.

die 15 Aprilis 1939. Metropolitanae Ecclesiae Neo-Eboracensi Exc. P. D. Franciscum Spellman, hactenus Episcopum titularem Silensem.

— Cathedrali Ecclesiae Kansanopolitanae Exc. P. D. Edvinum O'Hara, hactenus Episcopum Great-Ormensem.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Milesiensi Exc. P. D. Eduardum Tonna, hactenus Archiepiscopum titularem Garellensem.

die 29 Aprilis 1939. — Titulari episcopali Ecclesiae Algizénsi Exc. P. D. Ignatium De Alba, Canonicum Capituli metropolitam Guadalajarensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc P. D. Iosephi Amatore Velasco, Episcopi Colimensis.

die 5 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Eporediensi Exc. P. D. Paulum Rostagno, hactenus Episcopum Andriensem.

dde 25 Maii 1939. — Metropolitanae Ecclesiae Tranensi et Archiepiscopali Ecclesiae Barolensi, aeque principaliter unitis, cum adnexis titulo archiepiscopali Nazareno et administratione perpetua dioecesis Vigiliensis, Exc. P. D. Franciscum Petronelli, hactenus Episcopum Abellinensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Lancianensi, cui adnexa est administratio perpetua dioecesis Ortonensis, Exc. P. D. Petrum Tesauri, hactenus Episcopum Aeserniensem et Venafranum.

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

MONITUM PRO ORDINARIIS ITALIAE

Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum Ordinarios Italiae certiores facit, in matrimoniis, iure concordatario ineundis a die 1 Iulii 1939 et deinceps, parochos ceterosque sacerdotes, qui eisdem assistant > nupturientibus perlegere teneri articulos 141,142,143 novi *Codicis civilis Italici,* lib. I, qui, ceterum, ex integro verbum ad verbum referunt quae continentur in veteris Codicis civilis Italici articulis 130, 131, 132.[1]

Datum Romae, ex aedibus eiusdem S. Congregationis, die 1 Iunii 1939.

D. Card. JORIO, *Praefectus.*

F. Bracci, *Secretarius.*

[1] **Cfr. « Istruzione della S. C. dei Sacramenti in esecuzione dell'art. 34 del Concordato » diei 1 Iulii 1929, art. 29, n. 7°, et Modd. XIV, XV. - *A. A. S.* a. 1929, p. 351 et seqq.**

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DECRETUM

DE PORTIUNCULAE INDULGENTIA

Apostolica Sedes, nostris praesertim temporibus, cum in concedendis Indulgentiis, tum in earum acquisitione faciliore reddenda, maiore cotidie assolet largitate uti.

Quam ad rem Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XII, id vehementer exoptans, ut christianus populus pretiosum eiusmodi Ecclesiae thesaurum uberiore usque modo participet, itemque ut animae piaculari igne expiandae hac ratione magis in dies magisque iuventur, in audientia subscripto Cardinali Paenitentiario Maiori die xxn mensis Aprilis a. MDCCCCXXXIX impertita, ad plenariam quod attinet Portiunculae Indulgentiam lucrandam, pro impensissima pietate Sua, hoc decernere dignatus est, ut scilicet, abrogato n. V Decreti «Ut septimi pieni» ab hoc Sacro Tribunali die x mensis Iulii a. MDCCCCXXIV editi, omnes Ecclesiae Cathedrales ac Paroeciales, ac praeterea aliae Ecclesiae aliaque Oratoria — pro quibus, in amplioribus praesertim Paroeciis, ex prudenti locorum Ordinarii arbitrio, fidelium commodum id postulare videatur — a Sacra Paenitentiaria Apostolica, per supplicem libellum ab Ordinario commendatum, Portiunculae privilegium obtinere possint. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Paenitentiariae, die 1 Maii 1939.

L. Card. LAURI, *Paenit. Maior.*

L. © S.

S. Luzio, *Regens.*

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (SIRLETTI-FABIANI)

Cum ignoretur locus actualis commorationis D. Edelmiri Fabiani, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die' 19 Iunii 1939, bora 11,30 ad concordandum de dubio disputando vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An sententia rotalis diei 25 Iulii U938 confirmanda vel infirmanda sit in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Edelmiri Fabiani, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.

Iulius Grazioli, *Decanus Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 16 Maii 1939.

Ioannes Pendola, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Edelmire Fabiani, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 94) le 19 Juin 1939, à 11 heures et demi, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessus rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Doit-on confirmer ou casser la sentence Rotale du 25 Juillet 1938 dans cette cause?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Edelmire Fabiani devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XII, die xvni mensis Maii, in festo Ascensionis D. N'. Iesu Christi, ad Sacrosanctam Archibasilicam Lateranensem privatim se contulit, plaudente romano populo, comitantibus Excinis DD. Praefecto Cubiculi Secreti, Eleemosynario Secreto, Sacrarii Apostolici Praefecto aliisque de Camera Secreta Summi Pontificis.

In Aula superiori Palatii Apostolici Lateranensis ab Emis Patribus Cardinalibus obsequii testimonia ac dein a Vice Cubernatore Urbis Romae, nomine civitatis populique romani, devotionis professionem ac omina benigne excepit : postea, e Palatio sollemniter egrediens, per plateam ianuam maiorem Basilicae adivit, ante quam genuflexus Crucem sibi oblatam osculavit. E Solio in atrio erecto Summus Pontifex observantissime sermoni, quem Exc. P. D. Capituli Archibasilicae Vicarius loco Emi P. D. Cardinalis Archipresbyteri perlegerat, benignissime respondit et, post clavium Ecclesiae oblationem ad antiquum ritum ac morem quasi in possessionis signum exceptam, Canonicos et Clerum Lateranensem ad pedis osculum admisit.

His peractis, consueto processionali ritu in Basilicam omnes ingressi sunt: Summus Pontifex intra Templi ianuam circumstantes aspersit, de more thurificati»nem accepit et, intonato a Cappellanis Cantoribus hymno *Te Deum,* Sedem conscendit. Sustinentibus Baldachinum Canonicis Basilicae, prius ad Sacellum ubi expositum erat Sanctissimum Sacramentum deinde ad preces ante Capita Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli atque ante Aram maximam effundendas successive processit.

Post haec, singuli Emi PP. DD. Cardinales Summo Pontifici, in Solio absidis sedenti, obedientiam praestiterunt Eiusque dexteram sub auriphrygio osculati sunt et *presbyterium* a Sanctitatis Suae manu receperunt, dum Emus P. D. Cardinalis Primus Presbyterorum, praestita obedientia, ante Altare una cum Auditoribus Sacrae R. Rotae et Advocatis Consistorialibus *Laudes* decantabat. His expletis, Sanctitas Sua Aram maximam ascendit, ubi, impertita Pontificali Benedictione, supra Mensam Altaris obtulit

presbyterium, Sibi a Thesaurario Generali R. C. A. porrectum. Denique, post cantum horae Tertiae, Missam sollemnem de more celebravit.

Qua peracta, Beatissimus Pater e superiori Basilicae podio, plateam S. Ioannis versus Urbis moenia prospiciente, immensae populi multitudini conclamanti sollemniter Benedictionem impertivit.

Sabato, 22 aprile 1939, il Santo Padr.e ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Dottor LISIMACO AEMANDO GTJZMÁN Y ASPIAZTJ, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica dell'Equatore, per la presentazione delle Lettere. Credenziali.

Giovedì, 4 maggio 1939, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Dott. ENRICO RUIZ GuirTAZU, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario dell'Argentina, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Venerdì, 12 maggio 1939, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Altezza Reale il Principe PAOLO, Reggente di Jugoslavia, con la Consorte Sua Altezza Reale la Principessa OLGA.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 25 aprile 1939, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Consultori teologi, hanno discusso su due miracoli che si asseriscono operati ad intercessione della Venerabile Serva di Dio Maria Crocifissa di Rosa, fondatrice delle Ancelle della Carità, che vengono proposti per la beatificazione della stessa Venerabile.

Martedì, 2 maggio 1939, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *generale,* con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali, dei Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi per dare il voto sul *Tuto* per la Canonizzazione della Beata Gemma Galgani, Vergine, e sui miracoli che si asseriscono da Dio

operati ad intercessione dei Ven. Servo di Dio Giustino De Jacobis, Vescovo titolare di Nilopoli e primo Vicario Apostolico dell'Abissinia, delia Congregazione delia Missione.

Martedì, 9 maggio 1939, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti in seduta *ordinaria,* con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e dei Revmi Prelati Officiali, per discutere sui seguenti argomenti:

1) Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Caterina Tekakwitha, vergine indiana.

2) Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Giuseppe Frassinetti, sacerdote secolare, priore di S. Sabina in Genova.

3) Revisione degli scritti del Servo di Dio Andrea Ignazio Giuseppe Gousseau e Compagni martiri.

4) Revisione degli scritti del Servo di Dio Agostino Etehécopar, sacerdote della Congregazione del Ssmo Cuore di Gesù di Bétharram.

5) Revisione degli scritti del Servo di Dio Carlo Maria Schilling, sa cerdote professo della Congregazione dei Chierici Regolari di S. Paolo (Barnabiti).

6) Revisione degli scritti del Servo di Dio Salvatore Lilli da Cappadocia, sacerdote professo dell'Ordine dei Frati Minori, martire.

7) Revisione degli scritti della Serva di Dio Lodovica Mcolle, fondatrice delle Piccole Figlie del S. Cuore.

8) Revisione degli scritti della Serva di Dio Suor San Domenica della Croce, fondatrice della Congregazione di S. Caterina da Siena.

9) Revisione degli scritti della Serva di Dio Maria Francesca delle Cinque Piaghe (Sinclair), terziaria regolare professa delle Monache di S. Chiara.

10) Validità del Processo istruito nella Curia ecclesiastica di Baiona su di un miracolo attribuito alla Beata Elisabetta Bichier Des Ages, confondatrice della Congregazione delle Figlie della Croce.

Martedì, 23 maggio 1939, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la S. Congregazione dei Riti in seduta *generale,* con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali, dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, i quali hanno dato il loro voto sul *Tuto* per la Beatificazione del Ven. Servo dì Dio Giustino de Jacobis, Vescovo di Mlopoli, Vicario Apostolico dell'Abissinia, della Congregazione della Missione; nonché sui miracoli della Beata Maria di S. Eufrasia Pelletier, fondatrice delle Suore del Buon Pastore.

Martedì, 30 maggio 1939, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori

Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Consultori teologi, hanno discusso sulla eroicità delle virtù della Venerabile Serva di Dio Maria Teresa Hazé, fondatrice delle Figlie della Croce.

SUPREMO TRIBUNALE DELLA SEGNATURA APOSTOLICA

AVVISO DI CONCORSO

A norma della Costituzione *Sapienti Consilio* è aperto un concorso per titoli ed esami in iscritto ad un posto di Notaio presso il Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica. È titolo indispensabile la laurea in Diritto canonico. Coloro che intendano prendervi parte devono far pervenire alla Cancelleria dello stesso Supremo Tribunale (Roma, via della Dataria, 94) non più tardi del I° luglio 1939 la loro istanza corredata dei seguenti documenti, anche se in carta semplice:

1) certificato di laurea in Diritto canonico;

2) certificato di nascita od altro documento autentico, da cui risulti che il concorrente alla data del I° agosto 1939 non avrà raggiunto il quarantesimo anno di età;

3) testimoniali dell'Ordinario di data non anteriore al I° giugno 1939;

4) gli altri documenti o titoli, che il concorrente vorrà esibire.

I concorrenti che siano già impiegati della Santa Sede non hanno l'obbligo di presentare i documenti 2) e 3).

Gli esami avranno per oggetto argomenti di Diritto canonico, con particolare riguardo alla materia di speciale competenza della Segnatura Apostolica. Essi si terranno nei locali del medesimo Tribunale il giorno 12 luglio 1939, ed avranno inizio alle ore 9.

Roma, dalla Cancelleria del Sacro Tribunale, 25 maggio 1939.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

4 maggio 1939. I Revmi Padri Ludovico Fanfani, dell'Ordine dei Frati Predicatori, e Giovanni M. Restrepo, della Compagnia di Gesù, *Consultori della Sacra Congregazione del Concilio.*

5 maggio 1939. L'Illmo e Revmo Monsig. Arturo Mazzoni, *Consultore della Sacra Congregazione delia Disciplina dei Sacramenti.*

» » » L'Illmo e Revmo Monsig. Oesare Zerba, *Sotto-Segretario della Sacra Congregazione delia Disciplina dei Sacramenti.*

» » » L'Illmo e Revmo Monsig. Vittorio Bartoccetti, *Sotto-Segretario per la vigilanza dei Tribunali Ecclesiastici relativamente ai processi matrimoniali, presso la Sacra Congregazione delia Disciplina dei Sacramenti.*

9 » » Il Revmo Padre Giacomo Maria Vosté, dell'Ordine dei Frati Predicatori, *Segretario della Commissione Pontificia per gli Studi Biblici.*

20 » » I Revmi Padri Timoteo L. Bouscaren, della Compagnia di Gesù e Augusto Brault, della Congregazione dello Spirito Santo, *Consultori della Sacra Congregazione de Propaganda Fide.*

24 » » L'Illmo e Revmo Monsig. Giulio Guidetti, *Segretario della Commissione Cardinalizia per VAmministrazione dei Beni della Santa Sede.*

» » » L'Illmo e Revmo Monsig. Giuseppe Tondini, *Sotto-Segretario della Commissione Cardinalizia per VAmministrazione dei Beni della Santa Sede.*

Con Breve Apostolico il Santo Padre Pio XI, di f e. me., si degnò di nominare :

11 dicembre 1937. Monsig. Nereo Piedrahita, dell'archidiocesi di Popayan, *Prelato Domestico di Sua Santità.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è benignamente degnato di nominare:

12 marzo 1939. L'Eíño e Revmo Signor Cardinale Federico Cattani, *Protettore dell'Istituto Lega delle Suore della Sacra Famiglia di Modigliani.*

17 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Ermenegildo Pellegrinetti, *Protettore dell'Istituto delle Religiose Figlie del Ssmo Salvatore di Bratislava.*

» aprile » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione,- *Protettore del Collegio Teutonico di S. Maria dell'Anima in Roma.*

18 aprile 1939. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Federico Cattani, *Protettore dell'Istituto delle Suore dell'Adorazione Perpetua* (Watermael, archidiocesi di Malines), *dell'Arciassociazione dell'Adorazione Perpetua e dell'Opera delle Chiese povere.*

19 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Segura y Saenz, *Protettore dell'Istituto delle Suore di Carità di S. Anna* (Saragozza).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Salotti, *Protettore delle Suore Missionarie di « Notre-Dame d'Afrique » (Suore Bianche del Cardinale Lavigerié).*

22 » » Monsig. Luigi Trussardi, *Cappellano Comune Pontificio Soprannumerario.*

23 » » Gli Illmi e Revmi Monsignori Paolo Savino, Giuseppe Ferretto, Cesare Zerba, Giacomo Violardo, *Prelati Referendari del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

25 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni, *Protettore dell'Arciconfraternita dei Ss. Ambrogio e Carlo della Nazione Lombarda, in Roma.*

26 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni, *Protettore della Pia Società Torinese di S. Giuseppe (Giuseppini del Murialdo).*

30 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Segretario della Suprema Sacra Congregazione del S. Offizio.*

11 maggio » S. E. Revma Monsig. Egidio Lari, Arcivescovo tit. di Tiro, *Nunzio Apostolico in Bolivia.*

Assistenti al Soglio Pontificio:

1 aprile 1939. S. E. Revma Monsig. Gerardo Vesters, Vescovo tit. di Dioclezianopoli di Palestina.

5 » » S. E. Revma Monsig. Enrico Althoff, Vescovo di Belleville.

2 maggio » S. E. Revma Monsig. Edoardo D. Howard, Arcivescovo di Portland in Oregon.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

14 marzo 1939. Monsig. Fedele Leon Triana, dell'archidiocesi di Bogota.

24 » » Monsig. Oscar Joliet, della diocesi di Gand.

31	marzo	1939.	Monsig. Giorgio Debray, dell'archidiocesi di Parigi.
13	aprile	»	Monsig. Edoardo Devoghel, delParchidiocesi di Malines.

Prelati Domestici di Sua Santità:

12	marzo	1939.	Monsig. Giuseppe Borghino, della diocesi di Saluzzo.
14	»	»	Monsig. Giuseppe Manceau, della diocesi di Poitiers.
»	»	»	Monsig. Giorgio Casey, delParchidiocesi di Chicago.
»	»	»	Monsig. Francesco Magner, della medesima archidiocesi.
»		»	Monsig. Ambrogio Murray, della medesima archidiocesi.
18	»	»	Monsig. Giovanni Pravedoni, della diócesi di Pavia.
22	»	»	Monsig. Giovanni Houlihan, della diocesi di Portland.
»		»	Monsig. Tommaso J. Nelligan, della medesima diocesi.
»	»		Monsig. Giacomo A. Carey, della medesima diocesi.
»		»	Monsig. Filippo Desjardins, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Laflamme, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Arturo Decarey, della medesima diocesi.
29	»	»	Monsig. Guglielmo A. Gilfillan, della diocesi di Trenton.
»	»	»	Monsig. Giovanni B. McCloskey, della medesima diocesi.
»		»	Monsig. Lino A. Schwarze, della medesima diocesi.
		»	Monsig. Colomanno Tomchany, della medesima diocesi.
30		»	Monsig. Pericle Aldini, della diocesi di Mantova.
»	»	»	Monsig. Anacleto Trazzi, della medésima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giovanni Battista Kren, delParchidiocesi di Gorizia.
1	aprile	»	Monsig. Giacomo M. Ussher, delParchidiocesi di Buenos Aires.
3	»	»	Monsig. Cesare Gallucci, della diocesi di Sora.
»	»	»	Monsig. Giovanni Boni, della diocesi di Bergamo.
10	»	»	Monsig. Alfonso R. Donahoe, delParchidiocesi di Halifax.
13	»	»	Monsig. Alessandro Cenci, della diocesi di Isernia.
»	»	»	Monsig. Francesco Balumbo, della diocesi di Venafro.
15		»	Monsig. Carlo Dell'Orbo, della diocesi di Vigevano.
»	»	»	Monsig. Giuseppe M. Mueller, della diocesi di Belleville.
17	»	»	Monsig. Giorgio Ohevrot, dell'archidiocesi di Parigi.
18			Monsig. Giuseppe U. J. Papillon, della diocesi di Hartford.
»	»		Monsig. Giovanni J. Ambot, della medesima diocesi.
	»	»	Monsig. Stanislao F. Musiel, della medesima - diocesi.
		»	Monsig. Giuseppe Valdambrini, della medesima diocesi.
	»	»	Monsig. Giovanni H. Fitzmaurice, della medesima diocesi.
»		»	Monsig. Giovanni J. Fitzgerald, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giovanni C. Lynch, della medesima diocesi.
»	»		Monsig. Matteo J. Traynor, della medesima diocesi.

20' aprile 1939. Monsig. Tommaso Monaghan, dell'archidiocesi di Hobart.
» » » Monsig. Eugenio Francesco Vallely, della diocesi di Leavenworth.
» » » Monsig. Carlo H. Meinberg, della diocesi di Davenport.
21 » » Monsig. Alessandro Francesco M. Sweens, della diocesi di Bois-le-Duc.
23 » » Monsig. Giuseppe Ferretto (Roma).
» » » Monsig. Cesare Zerba, della diocesi di Tortona.
» » » Monsig. Giacomo Violardo, della diocesi di Alba.
27 » » Monsig. Paolo Assemani, del Patriarcato Maronita di Antiochia.
1 maggio » Monsig. Giovanni Calvet, della diocesi di Cahors.
2 » » Monsig. Paolo Botto, della diocesi di Chiavari.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, di l'e. me., si degnò di conferire :

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

29 dicembre 1938. Al sig. Paolo Coupez-Cofiyn, dell'archidiocesi di Cambrai.
2é gennaio 1939. Al sig. dott. David Campari, dell'archidiocesi di Managua.

Con Brevi Apostolici, il (Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è benignamente degnato di conferire:

L'Ordine dello Speron d'Oro:

11 maggio 1939. A Sua Altezza Reale il Principe Paolo Kara-Georgevitch, Reggente del Regno di Jugoslavia.

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

18 aprile 1939. A S. E. il sig. Conte Paolo Teleki, Presidente del Consiglio dei Ministri d'Ungheria.
2 maggio » A S. E. il sig, Gregorio Gafenco, Ministro degli Esteri di Romania.

La Placca dell'Ordine Piano:

19 marzo 1939. Al sig. Marchese Giovanni Evangelista Bisleti, Tenente in *1** nel Corpo della Guardia Nobile Pontificia.

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

4 aprile 1939. A S. E. il sig. avv. Gian Giacomo Bellazzi (Italia).

La Commenda dell'Ordine Piano:

19 marzo 1939. Al sig. N. U. Agostino Sacconi, Esente nel Corpo della Guardia Nobile Pontificia.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

19 marzo 1939. Al sig. N. U. Stanislao Sterbini, Guardia Nobile Pontificia.
» » » Al sig. N. IT. Carlo Alvarez De Castro, Guardia Nobile Pontificia.
» » » Al sig. Conte Giulio Sabini, Guardia Nobile Pontificia.
» » » Al sig. N. U. Leone Filippi, Guardia Nobile Pontificia.
» » » Al sig. Gaspare dei Marchesi Lepri, Guardia Nobile Pontificia.

La Gran Croce dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

15 aprile 1939. A S. E. il sig. Vladimiro Radimsky, già Ministro della Ceco-Slovacchia presso la Santa Sede.
18 » » A S. E. il sig. Conte Stefano Csaky, Ministro degli Esteri di Ungheria.

La Commenda con Placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile,

16 marzo 1939. A S. E. il sig. dott. Carlo Solmi (Roma).
4 aprile Al sig. dott. Amedeo Palma (Italia).
» » Al sig. dott. prof. Luigi Camboni (Italia).
15 » Al sig. dott. Bohumil M^essány.

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

14 marzo 1939. Al sig. Edoardo Hoskinson, della diocesi di Shrewsbury.
17 » » Al sig. dott. Maurizio Paolo Maria Larget, della diocesi di Versailles.
» » » Al sig. Paolo De Schaetzen, della diocesi di Liegi.
3 aprile » Al sig. Francesco Nardone, della diocesi di Gravina.
4 » » Al sig. Khouzam Sciafik, del Vicariato Apostolico della Cirenaica.
5 » » Al sig. Conte Alessandro Frontoni, della diocesi suburbicaria di Sabina e Poggio Mirteto.
» maggio » Al sig. dott. Pietro Chiariotti (Italia).

II Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

14 marzo 1989. Al sig. Claudio Janin, dell'archidiocesi di Lione.
31 » » Al sig. Felice B.Marino,dell'archidiocesi di Buenos Aires.
» » » Al sig. dott. Emilio F. Cárdenas, della stessa archidiocesi.
21 aprile » Al sig. Giovanni Giuseppe Jongerius, dell'archidiocesi di Utrecht.
» » » Al sig. dott. Antonio Giovanni Giuseppe Janssen, della diocesi di Ruremonda.

La Gran Croce dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe militare:

17 aprile 1939. A S. E. il sig. Generale Massimiliano Hernández Martínez, Presidente della Repubblica di El Salvador.
» » » A S. E. il sig. Generale Giorgio Ubico, Presidente della Repubblica del Guatemala.

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe militare:

19 marzo 1939. Al sig. Conte Pietro Salimei, Cadetto nel Corpo della Guardia Nobile Pontificia.
» » » Al sig. Marcantonio dei Marchesi Pacelli, Guardia Nobile Pontificia.

La Gran Croce dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

13 marzo 1939. A S. E. il Principe Pietro Ginori-Oonti, dell'archidiocesi di Firenze.
17 aprile » A S. E. il sig. dott. don Michelangelo Araujo, Ministro degli Esteri della Repubblica di El Salvator.
» » » A S. E. il sig. don Carlo Salazar, Ministro degli Esteri della Repubblica del Guatemala.
5 maggio » A S. E. il sig. dott. Giovanni Battista Marziali (Italia).

La Commenda dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

13 marzo 1939. Al sig. dott. Paolo Zampieri, della diocesi di Belluno.
14 » » Al sig. Giovanni Battista Sola, dell'archidiocesi di Cagliari.
18 » » Al sig. cav. avv. Urbano Cioccietti (Roma).
19 » » Al sig. Sebastiano Umberto Viola (Roma).
» » » Al sig. Guido Gamberucci, Capitano nella Guardia Palatina d'Onore.
4 aprile » Al sig. dott. Cosma Minervini (Italia).
13 » » Al sig. Federico Fila, della diocesi di Biella.
5 maggio » Al sig. dott. Armando Arias (Italia).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

13 marzo 1939. Al sig. dott. Giuseppe Carreri, della diocesi di Belluno.
19 » » Al sig. Salvatore Tamburino (Roma).
» » » Al «sig. Giuseppe Onori (Roma).
» » » Al sig. Vincenzo Ridolfì (Roma).
» » » Al sig. Francesco De Giuli (Roma).
21 » » Al sig. Giulio Merza, della diocesi di Alba Julia.
24 » » Al sig. prof. Silvio Palazzi, della diocesi di Oomo.
39 » » Al sig. Giuseppe Buratti, della diocesi di Biella.
15 aprile » Al sig. Attilio Peretti, della diocesi di Treviso.
» » » Al sig. geom. Celestino Valz Brenta, della medesima diocesi.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S. :

3 marzo 1939. Monsig. Angelo Baradel (Roma).
»)) » Monsig. Giuseppe Beltrami, della diocesi di Fossano.
» » » Monsig. Giuseppe Bracale (Roma).
» / » » Monsig. Ernesto Camagni, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Monsig. Giuseppe Del Ton, della diocesi di Parenzo e Pola.
» » » Monsig. Amedeo Finocchi, della diocesi suburbicaria di Palestrina.
» » » Monsig. Ennio Francia ^Roma).
» » » Monsig. Adelmo Loreti, della diocesi di Anagni.
» » » Monsig. Edoardo PrettnerCippico, della diocesi di Trieste.
» » » Monsig. Fortunato Raspanti (Roma),
» » » Monsig. Antonio Samorè, della diocesi di Piacenza.
» » » Monsig. Luigi Braccetti (Roma).
» » » Monsig. Giovanni Scapinelli di Léguigno, della diocesi di Massa Carrara.
» » » Monsig. Sante Portalupi, della diocesi di Vigevano.
» » » Monsig. Raffaele Forni, dell'Amministrazione Apostolica di Lugano.
» » » Monsig. Salvatore Siino, dell'archidiocesi di Monreale.
» » » Monsig. Armando Lombardi, della diocesi di Campobasso.
» » » Monsig. Giovanni Calieri, della diocesi di Mondovì.
» » » Monsig. Ambrogio Marchioni, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Monsig. Lino Zanini, del Patriarcato di Venezia.

3' marzo 1939. Monsig. Paolo Berteli, della diocesi di Massa Carrara.
» » » Monsig. Pietro Sigismondi, della diocesi di Bergamo.
» Monsig. Giuseppe Di Meglio, della diocesi di Ischia.
» » » Monsig. Romolo Carboni, della diocesi di Fano.
» » » Monsig. Luigi Raimondi, della diocesi di Acqui.
» » Monsig. Domenico Enrici, della diocesi di Cuneo.
» » Monsig. Angelo Prinetto, della diocesi di Susa.
» » Monsig. Opilio Rossi, della diocesi di Piacenza.
» » » Monsig. Antonio Tani, della diocesi di Acquapendente.
» » » Monsig. Angelo Abbo, della diocesi di Albenga.
» » » Monsig. Giuseppe Burzio, dell'archidiocesi di Torino.
» » » Monsig. Mario Cagna, della diocesi di Casale Monferrato.
» » » Monsig. Gennaro Vero-lino, della diocesi di Acerra.
» » » Monsig. Luigi Borettini, della diocesi di Reggio Emilia.
» » » Monsig. Sebastiano Baggio, della diocesi di Vicenza.
» Monsig. Felice Pirozzi, della diocesi di Nola.
» • » » Monsig. Giuseppe Sensi, dell'archidiocesi di Cosenza.
» » » Monsig. Giacomo Morelli, della diocesi suburbicaria di Palestrina.
» » Monsig. Umberto Mozzoni, della diocesi di Macerata.
» » » Monsig. Antonino Spina, dell'archidiocesi di Catania.
» » » Monsig. Carlo Perico, della diocesi di Bergamo.
» » » Monsig. Silvio Oddi, della diocesi di Piacenza.
» » Monsig. Vittore Ugo Righi, della diocesi di Nocera Umbra.
Monsig. Giacomo Testa, della diocesi di Bergamo.
» » » Monsig. Giuseppe Oomisso, dell'archidiocesi di Udine.
» » » Monsig. Egidio Vagnozzi (Roma).
» » » Monsig. Leone Binz, della diocesi di Rockford.
» » Monsig. Giuseppe McShea, dell'archidiocesi di Filadelfia.
8 » » Monsig. Luigi Leccisi, della diocesi di Lecce.
» » Monsig. Biagio Cipriani, dell'archidiocesi di Fermo.
» » Monsig. Ferdinando Baldelli, della diocesi di Pergola.
» » Monsig. Luigi Biondi (Roma).
9 » Monsig. Giovanni Neuman, dell'archidiocesi di Chicago.
» » » Monsig. Giovanni Zelezinshi, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Vittore Blahunka, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Tommaso Bobal, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Giuseppe Casey, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Giovanni Code, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Daniele Cunnigam, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Malachia Foley, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Reinoldo Hillenbrand, della medesima archidiocesi.

3	marzo	1939.	Monsig. Federico Hillenbrand, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Innocenzo Kestl, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Guglielmo Kinsella, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Giovanni Kozlowski, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Francesco O'Brien, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Pietro Shewbridge, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Giacomo Strzychi, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Patrizio Hayes, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Paolo Bernier, dell'archidiocesi di Quebec.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Sollini (Roma).
»	»	»	Monsig. Genesio Tureio (Roma).
»	»	»	Monsig. Giovanni Borboni (Roma).
»	»	»	Monsig. Giovanni Dieci (Roma).
»	»	»	Monsig. Arturo Gervasi (Roma).
»	»	»	Monsig. Virgilio Valcelli (Roma).
»	»	»	Monsig. Filippo Orta (Roma).,
»	»	»	Monsig. Mariano De Carolis (Roma).
»	»	»	Monsig. Francesco Savignoni (Roma).
»	»	»	Monsig. Luigi Anania (Roma).
»	»	»	Monsig. Giovanni Miozzi (Roma).
»	»	»	Monsig. Gaetano Bianchi (Roma).
»	»	»	Monsig. Domenico Facchini (Roma).
»	»	»	Monsig. Emidio Spina (Roma).
»	»	»	Monsig. Giovanni Vogel (Roma).
»	»	»	Monsig. Antonio Xuereb, della diocesi di Malta.
»	»	»	Monsig. Pietro Barbieri, della diocesi di Vigevano.
»	»	»	Monsig. Carlo Fitzgerald, dell'archidiocesi di Nuova York.
»	»	»	Monsig. Alano J. Babcock, dell'archidiocesi di Detroit.
»	»	»	Monsig. Emilio Verrecchia, della diocesi di Isernia e Venafro.
»	»	»	Monsig. Pasquale Tamburro, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Vincenzo Coletta, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Luigi Criscuolo, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Scarabeo, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Carlo Paggetti, della diocesi di Colle Val d'Elsa.
»	»	»	Monsig. Patrizio McGonagle, dell'archidiocesi di Glasgow.
»	»	»	Monsig. Davide Paterson, della diocesi di Aberdeen.
10	»	»	Monsig. Silvio Sacchetti (Roma).
»	»	»	Monsig. Gaetano Carollo, della diocesi di Padova.
»	»	»	Monsig. Fulvio Antonelli (Roma).
»	»	»	Monsig. Pietro Mattioli (Roma).
»	»	»	Monsig. Costantino Ferrari (Roma).

10 marzo 1939. Monsig. Ugo Rossi (Roma).
» » » Monsig. Giulio Cericioni (Roma).
» » » Monsig. Cosimo Bonaldi (Roma).
» » » Monsig. Antonio das Neves, dell'archidiocesi di Buenos Aires.
» » » Monsig. Fabiano Maulion, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Tommaso I. Solari, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Antonio Sabelli, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Augusto Macnab, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni N. Kiernan, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Francesco Suarez, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Fernando Pearson, della medesima archidiocesi.
11 » » Monsig. Paolo Laucello, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Sebastiano Monteverde, della medesima archidiocesi.
12 » » Monsig. Onorato Carlo Nunes Monteiro, del Patriarcato di Lisbona.
23 » » Monsig. Luigi Tasselli, della diocesi di Mantova.
» » » Monsig. Catullo Semeghini, della medesima diocesi.
28 » » Monsig. Salvatore Vitale, fu Francesco, della diocesi di Aversa.
» » » Monsig. Angelo Calvanico, della diocesi di Castellammare di Stabia.
» » » Monsig. Tito Ferraioli, della diocesi suburbicaria di Palestrina
» » » Monsig. Giovanni Miceli, della diocesi di Cefalù.
» » » Monsig. Giuseppe Tellarini, della diocesi di Bertinoro.
» » » Monsig. Francesco Zaraga (Roma).
30 » » Monsig. Ettore Bressan, del Patriarcato di Venezia.

Camerieri Segreti Soprannumerari di Spada e Cappa di S. S.:

3 marzo 1939. S. E. il sig. Marchese Carlo Pacelli (Roma).
7 » » Il sig. Conte Gino Ghezzi, della diocesi di Arezzo.
» » » Il sig. Conte Cristoforo De Paus (Norvegia).
9 » » Il sig. Clemente Ignazio Brand, della diocesi di Southwark.
» » » Il sig. Conte Venanzio Battibocca, dell'archidiocesi di Camerino.
» » » U sig. Conte Alfonso Cagiano de Azevedo (Roma).
» » » U sig. Alfredo dei Conti Lazzaróni (Roma).
» » » U sig. Carlo De Lorang, della diocesi di Limburgo.

9 marzo 1939. Il sig. Barone Edmondo Raitz de Frentz, dell'archidiocesi di Colonia.
» » » Il sig. Bruno Benziger, dell'archidiocesi di Nuova York.
» » » Il sig. Amory Matthews, dell'archidiocesi di Boston.
» » » Il sig. Marchese Giuseppe Sacripanti Vituzzi (Roma).
» » » Il sig. Conte Mario Caracciolo di Forino, dell'archidiocesi di Napoli.
» » » Il sig. Giuseppe Froes, della diocesi di Clifton.
» » » Il sig. Marchese Enrico Rappini (Roma).
» » » Il N. U. Pietro Bajóla Parisani (Roma).
» » » Il sig. dott. Lodovico Moorhead, dell'archidiocesi di Chicago.
» » » Il sig. Conte Raimondo del Balzo di Presenzino, dell'archidiocesi di Napoli.
» » » Il sig. Marchese Roberto Grossi di Camporsevoli, della diocesi di Città della Pieve.
» » » Il sig. Cap. Alessandro Rawlinson, dell'archidiocesi di Westminster.
» » v> Il sig. Marchese Enrico de Bideran de Béraud, della diocesi di Montauban.
» » » Il sig. Baronetto A. Coats Stuart, della diocesi di Dunkeld.
» » » Il sig. Francesco Giulio Delmaire, della diocesi di Quimper.
» » » Il sig. Riccardo Van Cutsen, dell'archidiocesi di Malines.
» » » Il sig. Conte Roberto de Ribaucourt, della medesima archidiocesi.
» » » Il sig. Conte Rinaldo Pzezdziecki, dell'archidiocesi di Varsavia.
» » » Il sig. Marchese Antonio Zacchia Rondinini, dell'archidiocesi di Bologna.
» » » Il sig. Conte Sergio Gualandi (Roma).
» » » LI sig. Conte Vincenzo M. Petrangolini, dell'archidiocesi di Urbino.
» » » U sig. N. U. Alessandro Jordanow (Roma).
» » » Il sig. Conte Marcantonio Caracciolo del Leone (Roma).
» » » Il sig. Conte Paolo Folicaldi (Roma).
» » » U sig. Barone Nunzio Romeo, della diocesi di Patti.
» » » Il sig. Conte Alvise Giustiniani Recanati, del Patriarcato di Venezia.
11 » » Il sig. N. U. Girolamo Gigli, dell'archidiocesi di Napoli.
» » » Il sig. Conte Bandino Ugurgieri della Berardenga, dell'archidiocesi di Siena.

11 ' marzo 1939. U sig. Conte Enrico Thierry Michel de Pierredon, dell'archidiocesi di Parigi.

25 » U sig. Russe! Luca Sedgwick, della diocesi di Southwark.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di 8. 8.:

marzo 1939. Monsig. Pietro Michetti (Roma).

» » Monsig. Giuseppe Pucci, della diocesi di Colle di Val d'Elsa.

» Monsig. Giovanni Pasquali, della diocesi suburbicaria di Frascati.

10 » Monsig. Giuseppe Rastelli (Roma).

» » Monsig. Gustavo Tulli (Roma).

11 » Monsig. Enrico Bucossi (Roma).

16 » Monsig. Vincenzo Fonte, della diocesi di Trapani.

30 » Monsig. Luigi De Perini, del Patriarcato di Venezia.

Camerieri d'onore Soprannumerari di Spada e Cappa di 8. 8. :

marzo 1939. Il sig. Alfredo Ciani (Roma).

Il sig. Edoardo Descuffi (Roma).

Il sig. Odoardo Giove (Roma).

Il sig. Carlo Carletti (Roma).

Il sig. Ernesto Coletti (Roma).

Il sig. Andrea Todini (Roma).

Il sig. Lamberto Vignoli (Roma).

Il sig. Vincenzo Leggeri (Roma).

Il sig. Salvatore Parisi (Roma).

•Il sig. Augusto Onorio Frascari Diotallevi (Roma).

Il sig. Rosario Sozzi, dell'archidiocesi di Siracusa.

Il sig. Pietro De Sanctis (Roma).

Il sig. Nazzareno Bianchini, della diocesi di Viterbo.

Il sig. Mario Vacchini (Roma).

Il ¡sig. Francesco Saverio Parisi (Roma).

Il sig. Pietro Sergiacomi, dell'archidiocesi di Ohieti.

Il sig. Filippo Spada (Roma).

Il sig. Angelo Nattini, dell'archidiocesi di Genova.

Il sig. Massimo Tanturri, dell'archidiocesi di Napoli.

Il sig. Luigi Filippo Re (Roma).

Il sig. Camillo Rebecchini (Roma).

Il sig. Antonio Gaggioli (Roma).

Il sig. Francesco Leonori (Roma).

Il sig. Valerio Massimo Proli (Roma).

Il sig. Davide Ciampica, della diocesi di Ascoli Piceno.

Il sig. Alberto Sebastiani (Roma).

»			Il sig. Angelo D'Alessandri (Roma).
»	»		Il sig. Mario Garuana, della diocesi di Malta.
	»		Il sig. Raffaele D'Andria (Roma)/
11	»		Il sig. Pietro Bassetti, della diocesi di Forlì.
»	»		Il sig. Camillo Oorsanego, dell'archidiocesi di Genova.
22			Il sig. Livio Carimini (Roma).
13	aprile		Il sig. Giuseppe Bultrini (Roma).
20	»		Il sig. Renato Mariani (Roma).

Cappellani Segreti d'onore di S. 8.:

9	marzo	1939.	Monsig. Stefano Pini (Roma).
10	»	»	Monsig. Enrico Sommariva (Roma).
»	»	»	Monsig. Emilio Riccardi, della diocesi di Tivoli.
11	»	»	Monsig. Luigi Aiuti (Roma).

UFFICIO DI S. E. IL MAESTRO DI CAMERA DI S. S.

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Revma Monsig. Maestro di Camera, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Cappellani Segreti di 8. S.r "

11	marzo	1939.	Monsig. Alberto Piermattei.
»	»	»	Monsig. Riccardo Magnanensi.
»	»	»	Monsig. Bernardino Bocchini.
»	»	»	Monsig. Luigi Solari.
25	»	»	Monsig. Enrico Remiddi, *Emerito.*

Chierico Segreto:

11	marzo	1939.	Monsig. Enrico Bianconi.

NECROLOGIO

23	aprile	1939.	Emo Signor Cardinale DOMENICO MARIANI, Diacono di S. Cesareo in Palatio.
26	»	»	Monsig. Francesco Giuseppe Seminara, Vescovo tit. di Echino.
6	maggio	»	Monsig. Tihamer Toth, Vescovo di Veszprimia.
9	»	»	Monsig. Enrico Ignazio Przezdziecki, Vescovo di Siedlce.
12	»	»	Monsig. Vittore Douceré, Vescovo tit. di Terenuti.
16	»	»	Monsig. Alessio Lemaìtre, Arcivescovo di Cartagine.
18	»	»	Monsig. Emilio Barthès, Vescovo tit. di Verbe.

An. et Vol. XXXI 15 Iulii 1939 (Ser. II, y. VI) - Num. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

SERMO

QUEM BEATISSIMUS PATER, DIE XXIV MENSIS IUNII ANNO MCMXXXIX, IN PALATIO APOSTOLICO VATICANO HABUIT AD ALUMNOS SEMINARIORUM, COLLEGIORUM ET INSTITUTORUM UTRIUSQUE CLERI ATQUE EX OMNI GENTE, QUI IN ALMA URBE AD SACERDOTIUM EFFORMANTUR.

Sollemnis conventus ad quem confluxistis, ut Iesu Christi in terris Vicario observantiae pietatisque vestrae testimonium exhibeatis, singulari Nos, filii carissimi, perfundit laetitia ac summopere delectat. Videmus enim ante oculos Nostros frequentiam huiusmodi, in qua cum omnia rerum genera ornamenta congesta sunt, tum vero amplissimam ingenii abundantiam admirari necesse sit. Recreat quippe Nos electa manus doctorum in sacris disciplinis insignium, moderatorum que corona qui sollertissimam navant operam, ut alumni sibi concrediti sancte instituantur optimique evadant sacerdotes; sed mirifice Nos capit oblata species leCtissimae iuventutis quae non huius Urbis modo aut Italiae, sed Europae universique terrarum orbis clericis coalescit. Quos cum cernimus eadem voluntatum conspiratione atque agendarum rerum similitudine coniunctos, ut apti fiant qui — Successore sancti Petri duce ac magistro — doctrinam et gratiam Iesu Christi in omnium hominum animos diffundant, temperare Nobis non possumus, quin maximas Omnipotenti Deo gratias agamus pro hac divinae vocationis plenitudine; idque eo magis, quod iuvenes, qui adsunt, velut vices gerunt illorum omnium ad milia bene multa, qui toto terrarum orbe sese sacerdotio vovere cupiunt.

Christus Dominus, ut omnibus compertum est, Apostolis dixit : « Vos

estis lux mundi».[1] Lux lucet, sol calefacit. Ecce igitur finis vester, ecce catholici sacerdotii assignatum propositum : solem esse supernaturalem qui hominum mentes veritate Christi illustret, eorumque animos inflammet amore Christi. Huic autem fini assignatoque proposito omnis etiam ad sacerdotium praeparatio ac conformatio respondeat oportet :

Si lux veritatis, quae ex Christo est, vos omnes fieri vultis, ipsi primum hac veritate illustrandi estis. Propterea in sacrarum disciplinarum studia incumbitis.

Si caritate Christi hominum animos informare cupitis, ipsi primum caritate illa incendi debetis. Cui quidem rei educatio vestra religiosa-ascetica inservit.

Probe nostis, filii dilectissimi, clericorum studia praeclara illa Constitutione regi «Deus scientiarum Dominus», quam Decessor Noster f. r. Pius XI edidit. Qua in Constitutione sedulo discrimen statutum est, illudque diligenter in usum traducendum, inter disciplinas principales (ad quas accedunt auxiliares), et ceteras quae speciales audiunt. Illae — professores in ratione docendi et examinandi studiose hoc attendant — principem locum teneant et veluti^centrum studiorum sint oportet; hae vero sic tradendae sunt atque exercendae, ut disciplinas principales apte comitentur atque compleant, at non nimium laboris sibi vindicent nec unquam ita, ut studium accuratum et vere summum praecipuarum doctrinarum detrimentum vel minimum patiatur.

Id sapientissime porro statutum est riteque servandum, ut « philosophiae rationalis ac theologiae studia et alumnorum in his disciplinis institutionem professores omnino pertractent ad *Angelici Doctoris* rationem, doctrinam et principia, eaque sancte teneant».[2] Ea enim est Aquinatis sapientia quae veritates rationi non impervias vivida luce illustratas aptissimo eodemque solido unitatis nexu mirifice colliget ; ea est quae ad dogmata fidei declaranda et defendenda maxime aptetur ; ea denique est quae grassantes primarios errores cuiusvis temporis efficienter valeat arcere et invicte debellare. Quapropter, dilectissimi filii, animum afferte plenum amoris et studii erga Sanctum Thomam : totis viribus incumbite ut luculentam eius doctrinam intellectu perspiciatis : quidquid ad eam manifesto pertinet et tuta ratione ut praecipuum in ea habetur, libenter amplectimini.

Haec praecepta a Decessoribus Nostris iampridem data, nostrarum partium ducimus in praesenti recolere et, si alicubi desiderentur, ex integro instaurare; simulque eorundem Decessorum Nostrorum monita

[1] **Matth., V, 14.**

[2] ***C. I. C,* can. 1366, § 2.**

Nostra facimus, quibus veri nominis in scientia progressum et legitimam in studiis libertatem tueri voluerunt. Probamus prorsus ac commendamus novis disciplinarum inventis antiquam sapientiam, ubi opus sit. aequari; ea de quibus bonae notae Angelici Doctoris Interpretes disputare solent, líbese agitari; nova vero subsidia ex historia deprompta in; textibus Aquinatis plenius intellegendis adhiberi. Neque ullus privatim « se *m* Ecclesia *pm* magistro gerat »;[3] nec « quid eo amplius alii ab aliis exigaat, quam qu#<t ab omnibus exigit omnium magistra et mater Ecclesia »; * jieque denique vana dissidia foveantur.

Quae omnia si, ut confidimus, praestabuntur copiosa expectanda erunt disciplinarum emolumenta. Aemulatio enim in veritate quaerenda et «propaganda per commendationem doctrinae Sancti Thomae non supprimitur, sed «excitatur potius ac tuto dirigitur.

Verum, *mt* pretiosis fructibus institutio vestra cumuletur, necesse «at, dilectissimi iuvenes, idque impense vos hortamur, ut doctrinae haustus quos studiorum cursus emetientes excipitis, non ad scholaria tantummodo specimina superanda dirigantur, sed ut potius quandam quasi formam animis vestris imprimant, quae sic permaneat, ut numquam elabatur. et ex qua, cum usus postulabit, quidquid qua voce qua scriptis ¿id catholicam veritatem propagandam hominesque ad Christum convectandos conducat, exprimere possitis.

Haec quae diximus, tum ad veritatem divinitus patefactam quod attinet valent, tum ad eius rationalia praemissa; ad principia scilicet *philosophiae christianae* sive illustranda sive defendenda. Relativismo illi, quem Decessor Noster im. memoriae Pius XI modernismo dogmatico exaequans et « impense reprobans » « modernismum moralem, iuridicum ac socialem[5] nuncupavit, — utpote qui supremam normam veri et falsi, boni et mali non iam immutabiles recti iustique leges agnoscat, sed singulorum hominum, civilium ordinum, reipublicae, generis mutabilem utilitatem statuere contendat — huic, dicimus, modernismo vos, impavido pectore, ut Evangelii praecones decet, veritates perfectas atque absolutissimas obiicere debetis, quae ex Deo natae sunt, unde primaria officia et iura singulorum, domestici convictus ac Civitatum necessario perniali ant, et sine quibus civilis societatis dignitas et felicitas consistere nequeunt. Quod sane egregie praestabitis, si veritates huiusmodi ita mentes vestras occupaverint, ut pro iisdem, sicut pro sanctae fidei mysteriis nullum laborem refugere, nulla incommoda recusare parati sitis.

[3] **Benedictus XV,** *Acta Apostolicae Sedis,* **VI, 1914, p. 576.**

* **Pius XI,** *Acta Apostolicae Sedis,* **XV, 1923, p. 324.**

[5] **Litt. Encycl.** *DM arcano, Acta Apostolicae Sedis,* **XIV, .1922, p. 696.**

Illud quoque curandum vobis est, ut veritatem ita proponatis quae recte intellegatur et gustetur, perspicuo semper nec unquam ambiguo sermone adhibito, vitatisque superfluis et noxiis mutationibus quae veritatis substantiam facile inficiunt. Hic semper mos, haec consuetudo fuit catholicae Ecclesiae. Ad haec etiam illud S. Pauli quadrat, quod sc. « Iesus Christus... non fuit est et non, sed est in eo fuit».[6]

Quodsi ad veritatis divinitus datae et ad mysteriorum fidei catholicae ordinem respicimus, verum quidem est ingentes progressus in investigandis et utendis naturae viribus, multoque magis strepitum, quo cultura de rebus mere terrenis disseminatur, plurimorum mentes perturbasse, ita ut supernaturalia vix iam percipere possint; ast non minus verum est sollertes sacerdotes veritatibus fidei intime imbutos et Spiritu Dei repletos maiores hodie et mirabiliores successus, quam fortasse nunquam antea, in hominibus Christo lucrandis reportare. Ut tales et ipsi efficiamini sacerdotes, auctore et exemplo sancto Paulo, nihil antiquius vobis sit studio *theologiae* sive biblicae-positivae sive speculativae. Alte insideat menti vestrae a fidelibus hodie bonos animarum pastores et confessarios eruditos summo desiderio quaeri. Pio ergo fervore in studium theologiae moralis et iuris canonici incumbite ! Etiam iuris canonici disciplina ad animarum salutem dirigitur et omnibus normis legibusque suis. in id denique potissimumque tendit, ut homines gratia Dei sancti effecti vivant et moriantur.

Disciplinae historicae, quatenus in scholis tractantur, non tam in quaestionibus criticis et mere apologeticis haereant, quamvis hae quoque suum momentum habeant, sed potius semper id spectent, ut actuosam Ecclesiae vitam demonstrent : quantum videlicet Ecclesia laboraverit; quanta passa sit; quibus viis et quo felici exitu sui muneris mandato satisfecerit; quomodo caritatem opere expleverit; ubinam pericula lateant, quae florescenti Ecclesiae statui obstent; qua in conditione publicae rationes inter Ecclesiam et Civitates intercedentes se bene habuerint, in qua vero minus bene; quantum Ecclesia politicae potestati cedere possit, quibusnam autem in adiunctis immobilis stare debeat : maturum denique de Ecclesiae conditione iudicium et sincerum erga Ecclesiam amorem — ecce quae schola historiae ecclesiasticae in alumno praestare et fovere debet, ac praesertim in vobis, dilectissimi filii, qui hac in Urbe versamini, in qua antiqua monumenta, bibliothecae instructissimae, ac patentia studio et conquisitioni tabularía, Ecclesiae catholicae vitam per decurrentia saecula velut ob oculos ponunt.

[6] *II Cor.,* I, 19.

Ne autem constantiam et virtutem vestram labefactari sinatis, cotidie, dilecti filii, quantum fieri potest, ex inexhaustis Sacrorum librorum fontibus, Novi praesertim Testamenti, genuinos Iesu Christi et Apostolorum spiritus haurite, qui semper in mentibus, in verbis, in operibusque vestris resplendeant. Indefessi estote in labore, vacationum etiam tempore, ut qui vobis praesunt, fidentes dicere possint: «Luceat lux vestra coram hominibus : ut videant opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum qui in caelis est».[7]

Divinae est vocationis vestrae ad Iesu Christi amorem et gratiam viam in hominum animis sternere. Ad quod quidem assequendum vos ipsos primum amore illo incendi necesse est. Christi autem amorem in vobis incendite per coniunctionem cum Christo in *oratione et sacrificio.*

Per coniunctionem, dicimus, in oratione : siquidem si a Nobis quaeritis, quodnam verbum initio Pontificatus Nostri ad Ecclesiae catholicae sacerdotes habeamus, respondemus : Orate, magis magisque et instantius orate !

Per coniunctionem vero in sacrificio : in Sacrificio Eucharistico. At non solum in Eucharistico, sed una simul in sui ipsius quodammodo sacrificio. Nostis enim ex effectibus Ssmae Eucharistiae unum esse, ut adstantibus et recipientibus robur ad sese veluti sacrificandum et abnegandum conferat. Variae christianae asceseos formae quoad secundaria multa differentes quidem sint et maneant; earum tamen nulla viam ad Dei caritatem novit citra sacrificium etiam sui ipsius. Id enim Christus a suis sectatoribus expostulat, qui dixit : « Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me »[8] qui viam ad amorem Dei in observatione mandatorum divinorum esse expressis verbis definivit ;[9] qui denique — Apostolis suis potissimum — illam etiam mirabilem sententiam impertiit : «Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert».[10]

Sacerdotale munus singularia a vobis, ut ita dicamus, sacrificia requirit, inter quae praecipuum illud ac sui ipsius plenum sacrificium obsequii erga Christum per caelibatum. Probate vos ipsos ! Et si qui deprehenderint se impares esse ad illum servandum, eos obsecramus ut a Seminario discedentes alio se conferant, ubi aetatem honeste ac fructuose transigant, quam non sine salutis aeternae discrimine et Ecclesiae dede-

[7] **Matth., V, 16.**
[8] **Luc, IX, 23.**
[9] **Io., XV, 10.**
[10] **Io., XII, 24-25.**

"core in Sanctuario essent acturi. Eos vero qui in statu sacerdotali iam; vivunt aut eum ingredi parati sunt, hortamur, ut se devoveant totös et animo magno. Cávete, ne in hac liberalitate ab innumeris fidelibus superëmini, qui hodie pro Dei gloria et Iesu Christi fide durissima quaeque Ï patienter ferunt; sed omnibus in hoc certamine exemplo vestro» praelucete. vestroque labore devotioneque ipsis et omnibus divinam gratiam in¡ vita et in morte procurate.

Porro «hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum*, diligat et?fratrem suum».[11] Hanc in proximos caritatem Iesus Christus signum: ac ' veluti tesseram cuiusvis christiani hominis declaravit,[12] eademque ** multo magis catholici sacerdotis quasi insigne habenda est,, qpiae cete-ÏrCFILN a caritate in Deum dissociari nequit, ut aperte ostendat Paulus; -Apostolus, qui grandiloquo praeconio caritatem celebrans, Dei proximo-Quinque amorem perbelle reciprocai.[13] Haec proximorum caritas limi^ 'tum ignara ad omnes homines, linguas, nationes, genera sese porrigit.. Iamvero, carissimi filii, optatissima et singulari opportunitate utamini, quam romana commoratio vobis praebet, huius caritatis- exercendae erga tantam iuvenum multitudinem, qui licet ex diversissimas et maxime inter se dissitis nationibus, omnes tamen eiusdem sunt temporis, eiusdem fidei, eiusdem vocationis, eiusdem in Iesum Christum amoris, ac denique eiusdem omnino iuris*in Ecclesia. Hac, dicimus, ocasione utamini ad hanc fovendam caritatem, nec quidquam sive verbis sive re a vobis agatur, quod eam vel leviter laedat. Concertationes politicarum partium aliis relinquite : haec tractare vestrum non est. Vos communicate invicem quae apostolatum, curam animarum, conditionem Ecclesiae eiusque incrementa spectant et iuvare possunt.

Denique si amore Christi crescere vultis, foveatis oportet oboedientiam qua filiorum, fiduciam, *amorem erga Iesu Christi Vicarium.* Christo enim in Eo reverentiam et obedientiam exhibetis, Christus in Ipso vobis praesens est. Perperam secernitur ecclesia iuridica ab ecclesia caritatis. Non ita, sed illa Ecclesia iure fundata, cuius caput Pontifex est, eadem est Ecclesia Christi, Ecclesia caritatis, universaque christianorum familia. Sensus illi, qui in familia vere christiana patrem cum filiis, filios vero cum patre arctissime coniungunt, inter Nos et vos régnent. Vos autem qui hac in Urbe degentes testes estis quomodo Apostolica haec Sedes, humanis posthabitis considerationibus, nil aliud cogitet, nil aliud quaerat nisi bonum, felicitatem, salutem denique fidelium totiusque humani

[11] ***I Io.*, IV, 21.**
[12] **Io., XIII, 35.**
[13] ***I Gor.*, XIII.**

generis, fiduciam illam quam de ea experiendo concepistis, cum fratribus vestris toto terrarum orbe communicate, ut omnes in caritate Christi cum Summo Pontifice unum sitis.

Sacerdotalis apostolatus vester divina veritate illuminatus et informatus amore Christi inter saevissimas mundi a veritate et amore aversi tempestates, mediisque in difficultatibus et aerumnis — quae omnium in apostolatu laborantium veluti privilegium sunt eosque quasi naturali necessitate comitantur —,nec fructu uberrimo pro animarum salute nec beante illa consolatione, Dei favente gratia, carebit qua repletus Sanctissimus doctor gentium asseverabat : « Per Christum abundat consortio nostra ».[14]

Unus scit Deus, per quas vias providentia sua unumquemque vestrum ducturus sit, quae ascensiones et qui descensus, quot denique passus per saxeta et senticeta vos expectent. At unum definita certitudine vitae cuiusvis sacerdotis insidet, qui veritate et amore Christi imbuitur : spes scilicet in illum, « qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum ».[15]

Haec igitur supernaturalis victoriae certitudo in quibusnam altiores radices egerit, quam in vobis, qui ad Apostolorum sepulcra et ad catacumbas martyrum spiritus illos hausistis, qui anteactis temporibus hominum genus renovarunt, quique etiam hodie Iesu Christi promissiones vigere validas sibi conscii sunt? Quapropter vobis, dilectissimi filii, ea graviter iteramus quae beatissimus Paulus laetus ac securus de fructu laboris apostolici profitetur : « Itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote et immobiles : abundantes in opere Domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino ».[16]

Hac spe repleti, uberrimas Aeterni Pontificis gratias super vos omnes et super unumquemque vestrum invocantes, illuminantis et corroborantis huius gratiae pignus vobis peramanter in Domino Benedictionem Apostolicam impertimus.

[14] *// Cor.,* **i, 5.**
[15] */ Cor.,* **XV, 57.**
[16] *I Cor.,* **XV, 58.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

VENERABILIS DEI FAMULA AEMILIA DE VI AL AR, FUNDATRIX INSTITUTI SORORUM A S. IOSEPH AB APPARITIONE, BEATA RENUNTIATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Magno et excelienti animo multi Domini Nostri Redemptoris asseclae cum se propter Iesu amorem religionis caritatisque operibus penitus dedidissent, quidquid tolerantiae laborisque poterat impendi, contemptis terrenis adversitatibus ac doloribus omnibus ad aeternam aliorum propriamque salutem contulerunt; existimantes multo esse praeclarius coram Deo sacra Evangelii praecepta plene adimplere, spirituale proximorum bonum procurare quam mala calamitatesque aufugere atque humanis honoribus et commoditaMbus inhaerere: *Semper* quidem, ut ait Apostolus, *mortificationem in corpore nostro circumferentes ut et vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.* Quos inter eximios Christi asseclas, res plane miranda ut fortia quaeque confundantur, non modo viri iam etiam naturali robore praediti sed debiles quoque foeminae Nobis in exemplum saepe saepius se praebent! E praestantissimis huiusmodi mulieribus siquidem pia virgo Aemilia de Vialar certo est cum, adhuc iuvenis et copiis rei familiaris dives mundo omnino valedicens, sanctum in finem, quem sibi proposuerat, totam vitam totasque eadem impenderit vires nulla facta intermissione nullisque induciis interpositis, adversitates omnes detrectans, persecutiones sive ex humanis casibus sive ex hominum iniuria sibi illatas, in Domino confisa, firmiter sustinens. Enimvero qua animi aequanimitate, qua constantia iacturas ipsas pertulit! Gaillaci, hodiernae archidioecesis Albiensis intra fines, vetusto ac nobili genere nata est Famula Dei die decima secunda mensis Septembris, anno millesimo septingentésimo nonagésimo septimo, eidemque in parvo loci illius templo sacris Baptismatis aquis ablutae nomina Anna, Margarita, Adelaides, Aemilia imposita sunt. Ab ore piae genetricis religionis rudimenta didicit atque a teneris annis laude pietatis enituit; at post immaturam desideratissimae matris suae mortem Parisiis apud religiosas foeminas a Nostra Domina Abatiae ad nemus, a vanitate et a mundanis oblectamentis aliena, summam modestiam ostendens, aliquod tempus vixit. Postea, quindecim vix annos nata, domus paternae reique familiaris curam suscepit;

oratione tamen assidua ad divinarum rerum commentationem animum suum erigens, indigentibus stipem pro viribus largita est, eisdem aegrotantibus praesto fuit, eosque vestibus et medicamentis sublevavit. Ruinas vero a Gallica, uti aiunt, Revolutione illatas reparare studens, rudibus catechizandis, pueris praesertim puellisque, peccatorum conversioni obtinendae totam ardenti simul ac suavi zelo se dedidit. Ut autem se illibatam Domino Iesu servaret, nuptias sibi a patre oblatas firmiter recusavit, votumque immo virginitatis suae adhuc domi tum temporárium emisit, ut ita mundo corde Coelesti Sponso accederet. Tricesimum quintum cum attigisset aetatis suae annum, ingenti pecunia avi materni hereditate accepta, se et bona sua in piam efformandam religiosarum familiam impendere decrevit. In ipso igitur natali suo oppido prima quidem fundamenta iecit concepti instituti, quod ob suam singularem erga sanctum eundem devotionem a *Sancto Ioseph,* addito *ab Apparinone* titulo ad revelationem etiam recolendam divinae Incarnationis ab Angelo factam, nuncupavit. Humilia prorsus a Sancto Ioseph Instituti principia fuere, Ordinariorum tantum auctoritate antea firmati, sed cum. decem post annos ab inita constitutione sua Brevi Laudativo Sancta haec Sedes illud exornaverit, cito in frugiferam arborem, Deo adiuvante, excrevit suosque ramos in variis Africae et Asiae atque Europae regionibus extendit. Tandem anno millesimo octingentesimo septuagesimo Institutum Sororum a Sancto Ioseph ab Apparinone plenam Sanctae Sedis approbationem obtinuit. Caritatis opera interea religionisque, quibus ex speciali Instituti sui genere Sorores a Sancto Ioseph obstringebantur, desiderio vehementi quo Dei Serva aestuabat, maiori nempe quo posset numero animos Iesu Christo lucrifaciendi, omnino respondebant. Difficultatibus itaque omne genus atque adversitatibus quae contra eam eiusque Institutum, iam aptis ab Albiensium Archiepiscopo probatis regulis munitum, suscitabantur, mira in Deo fiducia superatis, novam religiosam familiam recte efformandam curavit, eiusdemque continuitatem atque incrementum firmissime voluit. Domos tamen quas ad Icosium in Algeriensi dioecesi, ad Hypponem, ad Constantinam incommodis im« pensisque magnis iam instituerat, ob iniustas Ordinarii postulationes deserere coacta, erga Romanum Pontificem et Sanctam Sedem observantissima in primam Gaillaci domum cum Sororibus suis sese recepit. Familiaribus autem bonis ibidem paternisque, imperitia hominum vel potius eorum nequitia spoliata; pluribusque praeterea Sororibus, quae invidae atque ignavae eandem in discrimine deseruerant, etiam destituta; ipsiusque quoque Praesulis Albiensium recens dioecesi praepositi auxilio carens, Famula Dei ut tiruncularum vel monialium numerum augeret,

suum dilectum Institutum solidaret, itemque spirituali omnium profectui melius consuleret, ex oppido patrio egressa, Tolosam antea ad tempus, Massiliam dein petiit, ibique, libentissimo animo Massiliensium Episcopo annuente, stabilem sedem Instituto suo tandem constituit domiciliumque princeps, in eodemque usque ad mortem mansit. Et revera quod vitae ei fuit totum Serva Dei impendit in Religiosam a Sancto Ioseph Familiam moderandam atque amplificandam, adeo ut iam ante obitum piissimae fundatricis plusquam duae et quadraginta domus eiusdem Instituti exstiterint. Laboribus tandem indefessis ac morbis fracta, Massiliae in memorata principe domo, Ecclesiae Sacramentis rite munita, die vicesima quarta mensis Augusti anno millesimo octingentesimo quinquagesimo sexto, placidissimo exitu obdormivit in Domino. Mox sollemni funere in templo Beatae Mariae Virginis de Monte rite celebrato, mortales Venerabilis Dei Famulae exuviae primum in Sancti Caroli coemeterium dein in alterum Sancti Petri sunt delatae, postea anno millesimo nongentesimo quartodecimo in parvo sacello adiecto domui principi Massiliensi Instituti positae, anno demum praeterito in eiusdem domus templo conditae sunt, ubi nunc in pace Christi requiescunt. Sanctitatis vero fama, qua iam dum vitam mortalem agebat Serva Dei inclaruerat, post pretiosum ei***is** obitum in dies vividior facta est. Quare probationibus auctoritate Ordinaria sumptis, ad communi desiderio annuendum de coelitum honoribus Aemiliae de Vialar tribuendis causa agitari coepta est, et Pius Pp. XI rec. mem. Decessor Noster die vicesima septima mensis martii, anno millesimo nongentesimo quinto et vicesimo, Introductionis Causae Commissionem manu propria signavit. Inquisitionibus itaque iudicialibus in Famulae Dei vitam resque gestas ad iuris normas expletis, ceterisque omnibus rite absolutis, ipse Pontifex Decessor Noster die decima nona mensis Martii anno millesimo nongentesimo quinto supra tricesimum edito suo Decreto Venerabilis Ancillae Dei Aemiliae de Vialar virtutes heroicum attigisse fastigium sancivit. De duobus miraculis postea, quae ipsa intercedente a Deo patrata ferebantur, quaestione suscepta, idem Decessor Noster, alio decreto edito tertio Idus Decembris praeteriti anni millesimi nongentesimi tricesimi octavi, de eorum veritate constare suprema sua auctoritate declaravit. Cum igitur esset de virtutum heroicitate deque miraculis prolatum consilium, illud tantum supererai discutiendum, **num** Venerabilis ipsa Dei Famula inter Beatos coelites tuto foret recensenda. Hoc vero dubium a Venerabili Fratre Nostro Ianuario Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Ostiensi et Albanensi, Causae Relatore, propositum est in Comitiis Generalibus, coram eodem venerandae memoriae Pio

Pp. XI Decessore Nostro habitis die vicesima quarta mensis Ianuarii vertentis anni, omnesque qui aderant, tam Cardinales quam Sacrorum Rituum Consultores unanimi consensu affirmative responderunt. Cum autem in tanti momenti re ipse Decessor Noster ad suam aperire mentem elegerit subsequentem decimam nonam mensis Februarii diem, sed inopinata morte deprehensus id absolvere nequiverit, Nos ad eiusdem vota explenda cum fervidis precibus a Patre luminum subsidium impense poposcissemus, tandem die vicesima sexta mensis Martii nempe Dominica Passionis huiusmet anni, Eucharistico Sacro rite litato, accitis seu adstantibus Dilecto Filio Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Salotti Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, et Venerabili Fratre Nostro Ianuario Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Ostiensi et Albanensi, Causae Ponente seu Relatore, nec non dilectis filiis Alfonso Carinci, Congregationis Rituum Secretario, et Salvatore Natucci Sanctae Fidei Promotore generali, auctoritate Nostra Apostolica ediximus *tuto procedi* posse ad sollemnem Venerabilis Dei Famulae Aemilia e de Vialar beatificationem. Quae Cum ita sint, universae Religiosae Familiae Sororum a Sancto Ioseph ab Apparitione ab eadem fundatae vota implentes, praesentium Litterarum tenore atque Apostolica auctoritate Nostra facultatem facimus ut Venerabilis Dei Ancilla Aemilia de Vialar, eiusdem Instituti fundatrix, *Beatae* nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus ac lipsana seu reliquiae, non tamen sollemnibus in supplicationibus deferenda, publicae Christifidelium venerationi proponantur, atque eiusdem Beatae imagines radiis decorentur. Praeterea eadem Nostra auctoritate concedimus ut de illa recitetur Officium, et Missa celebretur, singulis annis de Communi Virginum, cum lectionibus et orationibus propriis per Nos adprobatis, iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in archidioecesi Albiensi, ubi nata est Serva Dei, atque in Massiliensi dioecesi, cum Massiliae ipsa migraverit ad Dominum, ibique eiusdem corpus in pace quiescat; itemque in templis ac sacellis ubique terrarum sitis, quibus Institutum Sororum a Sancto Ioseph ab Apparitione utitur, ab omnibus fidelibus qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, ab omnibus sacerdotibus tam e saeculari quam e religioso clero ad templa sive sacella, in quibus festum agatur, convenientibus. Demum facultatem impertimur ut sollemnia beatificationis Venerabilis Servae Dei Aemiliae De Vialar supradictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitima auctoritate designandis, intra annum, servatis servandis, postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana

fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac Decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuslibet. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, in disceptationibus etiam iudicialibus eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatione hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvin m. Iunii, anno MCMXXXIX Pontificatus Nostri primo.

A. Card. **MAGLIONE**, *a Secretis Status.*

II

SANCTUS FRANCISCUS ASSISIENSIS C. ET SANCTA CATHARINA SENENSIS V. PRIMARII ITALIAE PATRONI DECLARANTUR.

r PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Licet commissa Nobis a Domino Redemptore sollicitudo omnium ecclesiarum Nos ferme compellat ut Christifidelium ubique terrarum bonum propensius foveamus, tamen, cum Romana Sancti Petri Cathedra inter Italiae fines Dei providentia sit constituta, in Italorum quidem utilitates peculiari modo promovendas spirituales animum Nostrum data occasione ultro libenterque convertimus et ea, quae ad hunc finem valde opportuna videantur, quamprimum continenti cura decernenda statuimus. In tantis propterea temporum discriminibus, quibus undique premuntur etiam Italicae gentes, nihil magis consentaneum esse potest muneri pastorali Nostro atque etiam affectui, quo prosequimur concives Nostros, quam illis coelestes apud Deum singularesque constituere Patronos, qui veluti ad custodiam eorundem et praesidium agant. Quis sane dubitet se Sanctorum patrocinio apud Deum omni die adiuvari, praesertim quod in angustia positus intercessione Beatorum Coelitum suffultus Dominum invocat et continuo Dominus illum exaudit? Idque vero meritissime contendi potest de patrocinio, quo Sancti nationes gentesque tegunt easque praecipue, quibus patrio amore iam ipsi terrenam adhuc vitam agentes peculiaribus rationibus circumstantiisque prodesse conati sunt. Quod procul dubio asseverandum est de Sancto Francisco Assisiensi deque Sancta Catharina Senensi, qui Italici ambo patriam suam Nostramque, magnam quidem iugiter Sanctorum parentem, non modo, dum viverent, perspicuo factorum ac virtutum

fulgore inlustrarunt, sed temporibus quoque difficillimis insuetisque beneficiorum copia auxerunt. Etenim Franciscus, pauper et humilis; vere Iesu Christi imago, inexplebilia vitae evangelicae dedit exempla turbulentissimis aetatis suae civibus, eisdemque immo, triplici suo Ordine constituto, novas aperuit vias atque expeditum aditum ad mores publicos privatosque corrigendos, et ad catholicos sensus recte apprehendendos. Haud aliter Catharina, fortissima ac piissima virgo, animorum concordiam in civitatibus oppidisque patriis fovendam ac stabiliendam efficaci opera curavit, Romanos Pontifices, qui fere in exilio longe degebant in Gallia, ad Urbem Sancti Petri Sedem, consiliis, precibus, continenti studio reduxit, ita ut patriae decus religionisque tutamen iure meritoque videatur. Nunc autem cum ad Nos referat Sanctae Romanae Ecclesiae Carolus Presbyter Cardinalis Salotti, Sacrae Rituum Congregationis Praefectus, Archiepiscopos omnes et Episcopos Italiae, communia Christifidelium vota exprimentes, enixis Nos precibus ad avitam pietatem excitandam et magis in dies augendam rogare ut ipsi Sancti, quos laudavimus, Primarii Italiae Patroni declarentur et constituantur, huiusmodi supplicationibus, quos idem etiam Purpuratus Pater amplissimo suo suffragio commendat, omnibus rei momentis sedulo studio perpensis, ultro libenterque annuendum censemus. Qua re motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum *Sanctum Franciscum Assisiensem* et *Sanctam Catharinam Senensem Primarios Italiae Patronos* ex nunc declaramus et constituimus. Decernimus propterea, eadem Nostra auctoritate, Litterarum praesentium vi itemque in perpetuum, ut eorundem Patronorum festa quotannis celebrentur in Italia et Insularum adiacientium finibus ab utroque Clero, diebus statutis, Missa atque Officio debitis, sub ritu duplici primae classis absque tamen octava. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec benigne mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare et permanere; suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos pertinent seu pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse et definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, d. xvin m. Iunii, an. MCMXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

A. Card. MAGLIONE, *a Secretis Status.*

EPISTULA

AD EMUM P. D. EUGENIUM TIT. SANCTORUM VITI, MODESTI ET CRESCENTIAE S. R. E. PRESB. CARDINALEM TISSERANT, SACRAE CONGREGATIONIS PRO ECCLESIA ORIENTALI SECRETARIUM : OB SOLLEMNIA POST DCCCCL ANNUM A QUO SANCTUS VLADIMIRUS EIUSQUE POPULUS SACRO BAPTISMATE ABLUTI SUNT ROMAE CELEBRANDA.

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Singulari animi delectatione excepimus abs te, Dilecte Fili Noster, qui in Consilio Bomanae Curiae pro Ecclesia Orientali moderando sollicitam Nobis operam navas, duo Pontificia Collegia, Ruthenum Sancti Iosaphat et Bussicum Sanctae Teresiae ab Infante Iesu, consilium iniisse sollemniter heic Romae commemorandi nongentesimum quinquagesimum annum, ex quo Sanctus Vladimir us eiusque populus sacro sunt baptismate abluti. Hoc quidem periato nuntio, non modo Nos triduanas supplicationes in ecclesia sacratissimo Nomini Iesu dicata habendas probavimus, verum etiam censuimus die dominica, huius mensis vigesima prima, Pontificale Sacrum ritu byzantino-slavico in Patriarchali Basilica Vaticana peragendum, ita ut Nostra participatio huius eventus, qui selectae Christi gregis parti tantae exstat gloriae, propior quodammodo luculenterque efficiatur. Et sane, memoria fere millenaria baptismatis Sancti Vladimir! eiusque populi vividos in Nobis excitat sensus gratissimi animi erga misericordem Deum, tanti beneficii auctorem, ac devotae venerationis erga generosas animas, quae illud impetrarunt. Quot profecto fidei testimonia exorta sunt felici illo temporis momento! Quam fervidae caritatis flammae exarserunt eodem die, qui ad multorum salutem auspicato illuxit! Exinde equidem clarissime enituit, ubi Christi doctrina innotescat hominibus eorumque vitae moderetur, ibi temporales quoque humani convictus condiciones miro ordine temperari, singulosque mortales altius percipere filiorum Dei dignitatem prudentioreque consilio iustitiae et pacis vias rationesque invenire! Revocare enimvero Sanctum Vladimir um, principem populi sui praeclarissimum, est potissimum revocare gratiae supernaturalis ardorem, quo excanduit eiusdem animus, quando ipse est ex aqua et Spiritu Sancto regeneratus. Tunc profecto in eo refloruerunt frugifera vitae germina, quae quondam puero Sancta Olga avia prudenter inseruerat ; tunc vir antea tam ferus, tam rudis, ne dicamus asperum saevumque, est humanitate quadam excultus, idemque, non caducae cupidus gloriae, inter sub-

ditos, adhuc in umbra mortis sedentes, Regni Christi adventum promovere feliciter coepit. Inde autem tantus decor provenit eius genti, quae decursu saeculorum fidelis exstitit Iesu Christo, cuius verba vitae est luculenter testificata. Quemadmodum vero oblivisci nequimus, Dilecte Fili Noster, Sanctum Vladimirum frequentes cum Apostolica hac Sede habuisse rationes eidemque plura filialis devotionis constantisque amicitiae documenta detulisse, ita silentio praeterire non possumus fidelitatem Cathedrae Petri exhibitam sanguinisque effusione comprobatam a catholicis ritus byzantini hominibus, quorum confería agmina in Europa Orientali vel in utraque America notabilem Christi Ecclesiae partem constituunt! Has quidem memorias gratissimas revocantes, proximam iucundi eventus faustitatem perlibenter hisce Litteris participamus. Attamen, praesentem rei christianae apud Russos condicionem intuentes, non sine animi angore et sollicitudine lamentari cogimur, fidelem populum, a Sancto Vladimiro eiusque laudibus originem veterem repetentem, iam diu graviter perpeti ex catholica fide iniuste proculcata, ex infando bello in sanctissimum Dei nomen indicto, ex vi haud raro cruenta in eos allata, qui Christum, Dei Filium Unigenitum, confitentur. Itaque supplici instantique animo precationem fundimus Nostram ad suavissimam Deiparam, quam populus ille tantopere veneratur ac diligit, ut benigne inspirare velit publicae rei moderatoribus verae sensus iustitiae, quae nisi regatur a Deo, cui subiecta sunt omnia, vana est atque irrita, simulque desolatis filiis impetrare, ut quam primum christianae fidei libertate, mirifico Altissimi dono, rursus perfrui queant. Ipse autem Decessor Noster fel. rec. Pius XI alumnos Collegii Rutheni a Sancto Iosaphat, die XXI mensis Septembris, praeterito anno in Arce Gandulphi allocutus, de iucunda anniversaria memoria verba iam habere dignatus est; quae nunc verba Ipsi Nostra facientes, tibi committimus, Dilecte Fili Noster, ut una cum gratulatione exhortationeque paterna amplissimam Benedictionem Apostolicam déferas omnibus iis, qui ritus byzantini-slavici vel aliorum rituum tecum in unum convenient, ut concordibus precibus mutuaque effusa caritate, quod est vinculum perfectionis, nongentesimum quinquagesimum annum concelebrent, ex quo Sanctus Vladimirus eiusque populus salutari sunt renati lavacro.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XII mensis Maii, anno MDCCCCXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XII

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICE

DECRETUM

DAMNATUR LIBER GABRIELIS D'ANNUNZIO, CUI TITULUS « SOLUS AD SOLAM »

Feria IV, die 21 Iunii 1939

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur :

GABRIELE D'ANNUNZIO, *Solus ad Solam.*

Et sequenti Feria V, die 22 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XII, in solita audientia Excmo ac Revfrio D. Adsessori Sancti Officii concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 28 Iunii 1939.

R. Pantanetti, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

AGRIENSIS - DEBRECINENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM

Expostulatum est ab Apostolica Sede ut, pro utiliore fidelium regimine, districtus *Józsa, Szovàt, Tetétlen, Feldes* et ***Sap,*** pertinentes ad archidioecesim Agriensem, separentur a memorata archidioecesi et Administrationi Apostolicae Debrecinensi incorporentur.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, rei opportunitate perpensa, attento consensu Archiepiscopi Agriensis et Administratoris Apostolici Debrecinensis, praehabito quoque favorabili voto Excmi P. D. Angeli Rotta, Archiepiscopi titularis Thebani in Graecia ac Nuntii Apostolici in Hungaria, oblatas preces benigne excipiendas decrevit. Quapropter vi praesentis Consistorialis Decreti statuit ut praefati districtus *Józsa, Szovàt, Tetétlen, Földes* et *Sap* ab archidioecesi Agriensi seiuhgantur et Administrationi Apostolicae Debrecinensi perpetuo tribuantur.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputare dignata est eumdem Exc. P. D. Angelum Rotta, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere mittendi quam primum ad hanc S. Congregationem authenticum exemplar peractae exsecutionis actus. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S.O. Consistorialis, die 17 Decembris 1938.

Fr. C. R. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

AGRIENSIS - MERKENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM

Exc. P. D. Ludovicus Szmrecsànyi, Archiepiscopus Agriensis, et Rmus D. Iulius Székely, Administrator Apostolicus Mérkensis, communi consensu supplices preces Apostolicae Sedi obtulerunt, ut limites inter archidioecesim Agriensem et Administrationem Apostolicam Mérkensem, ob maiorem fidelium commoditatem, mutarentur.

Porro Ssnius Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, rei opportunitate perpensa, praehabito quoque favorabili voto Excmi P. D. Angeli Rotta, Archiepiscopi titularis Thebani in Graecia ac Nuntii Apostolici in Hungaria, precibus benigne annuens, hoc Consistoriali Decreto statuit ut ecclesiae *Tiszaherecseny, Tiszaadony Tiszavid* et *Tiszaszalka,* filiales paroeciae *Kopócsapáti,* pariter ecclesia *Kàntorjànosi,* filialis pa-

roeciae *BaMalòranthàm* separentur ab archidioecesi Agriensi et Administrationi Apostolicae Mérkensi aggregentur. Itemque decrevit ut ecclesiae *Zàhonij Ilk* et *Nyirvasvári* ab Administratione Apostolica Mérkensi seiungantur et archidioecesi Agriensi perpetuo tribuantur : mutatis hac ratione finibus archidioecesim Agriensem inter et Administrationem Apostolicam Mérkensem.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputare dignata est eumdem Exc. P. D. Angelum Rotta, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere mittendi quam primum ad hanc S. Congregationem authenticum exemplar peractae exsecutionis actus. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 17 Decembris 1938.

Fr. C. R. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

A»

III

GNESNENSIS-POSNANÏENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Fideles pagi *Sanniki,* pertinentes ad paroeciam *Pobiedziska* in archidioecesi Gnesnensi, ab Apostolica Sede efflagitarunt, ut idem pagus a memorata paroecia, ob magnam distantiam, seiungetur et viciniori paroeciae *Iwno,* archidioecesis Posnaniensis, aggregaretur.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, rei opportunitate perpensa, attento consensu Emi P. D. Augusti Cardinalis Hlond, Archiepiscopi Gnesnensis et Posnaniensis, atque praehabito favorabili voto Excmi P. D. Philippi Cortesi, Archiepiscopi titularis Siracensis ac Nuntii Apostolici in Polonia, oblatas preces benigne excipiendas decrevit. Quapropter, vi praesentis Consistorialis Decreti, statuit ut praefatus pagus *Sanniki* a paroecia *Pobiedziska* et ab archidioecesi Gnesnensi separetur atque paroeciae *Iwno,* ad archidioecesim Posnaniensem pertinenti, perpetuo adiungatur, mutatis hac ratione finibus earumdem archidioecesium.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputare dignata est praefatum Exc. P. D. Philippum Cortesi, eidem tribuens facultates

ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; eidem facto onere mittendi quamprimum ad hanc Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar exsecutionis actus. Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 28 Ianuarii 1939.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

V. Santoro, *Adsessor.*

IV

BAMBERGENSIS-EISTETTENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Ioannes Iacobus de Hauck, Archiepiscopus Bambergensis, et Michael Racki, Episcopus Eistettensis, communi consensu supplices preces Apostolicae Sedi obtulerunt, ut limites inter archidioecesim Bambergensem et dioecesim Eistettensem circum urbem Nürnberg nunc diversis causis, praesertim eiusdem civitatis incremento, haud firmi et certi, pressius et accuratius definirentur.

Porro Ssnius Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, rei opportunitate perpensa, praehabito quoque favorabili voto Exc. P. D. Caesaris Orsenigo, Archiepiscopi titularis Ptolemaidensis et Nuntii Apostolici in Germania, precibus benigne annuens, hoc Consistoriali decreto statuit ut districtus, qui ad septentrionem memoratae civitatis Nürnberg inveniuntur, ad archidioecesim Bambergensem spectent; qui vero ad meridiem exstant, ad dioecesim Eistettensem- pertineant, ita ut fines inter utramque dioecesim in hac parte constituantur posthac a locis quae sequuntur : *Rinbahn* a *Dutzenteich* usque ad *Allersbergerstrasse, Allersbergestrasse* usque ad *Triererstrasse, Trierestrasse* usque ad *Kanal, Kanal* usque *Ringbahn* et dein *Ringbahn* usque ad viam ferream *Nürnberg Ansbach.*

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputare dignata est eumdem Exc, P. D. Caesarem Orsenigo, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere mittendi quamprimum ad hanc Sacram Congregationem

authenticum exemplar peractae exsecutionis actus. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 4 Februarii 1939.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

V

JURUENSIS-DE TEFFÉ

DECRETUM

MUTATIONIS FINIUM

Praelatus *nullius* Juruensis, Exc. P. D. Henricus Ritter, et Praefectus Apostolicus de Teffé, Revmus P. Michael Barat, a Sancta Sede postulaverunt ut paroecia Sancti Philippi, pro maiore fidelium bono, a Praefectura Apostolica de Teffé dismembraretur et Praelaturae *nullius* Juruensi adiungeretur. Porro Ssíñus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XII petitionis opportunitate perpensa, habito favorabili voto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide atque attento consensu Ordinariorum tum Praelaturae *nullius* tum Praefecturae Apostolicae, benigne annuendum censuit. Quapropter Apostolicae potestatis plenitudine et suppleto, quatenus opus sit, consensu aliorum interesse habentium aut habere praesumentium, statuit, vi praesentis Consistorialis decreti, ut praefatum territorium paroeciae Sancti Philippi a Praefectura Apostolica de Teffé dismembretur et Praelaturae *nullius* Juruensi perpetuo attribuatur; mutatis hac ratione earum finibus.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda idem Ssmus Dominus deputare dignatus est Excíñum Nuntium Apostolicum in Brasiliana Republica, D. Benedictum Aloisi Masella, archiepiscopum titularem Caesariensem in Mauretania, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; onere imposito ad hanc Sacram Congregationem mittendi, intra sex menses a recepto praesenti Decreto authenticum exemplar actus exsecutionis peractae. Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 15 Martii 1939.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis*

L. & S.

V. Santoro, *Adsessor.*

VI

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 1 Iunii 1939. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Aprensi praefecit Exc. P. D. Iosephum Lojacono, hactenus Episcopum Arianensem.

die 10 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Lancastrensi R. D. Thomam Flynn, canonicum Capituli metropolitani Li ver politam.

— Cathedrali Ecclesiae Siouxormensi R. D. Gulielmum Brady, Rectorem Seminarii maioris S. Pauli de Minnesota.

— Titulari episcopali Ecclesiae Melensi R. D. Richardum Cushing, Directorem Operis a Propagatione fidei in Archidioecesi Bostoniensi, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Gulielmi S. R. E. Cardinalis O'Connell, Archiepiscopi Bostoniensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ionopolitanae R. D. Mauritium Foin, Vicarium Generalem dioecesis Cenomanensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P, D. Georgii Francisci Grente, Episcopi Cenomanensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Silensi R. D. Thomam Connolly, Cancellarium Curiae archiepiscopalis S. Francisci in California, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Ioannis Iosephi Mitty, Archiepiscopi S. Francisci in California.

— Titulari episcopali Ecclesiae Lappensi R. D. Michaelem Kozal, Rectorem Seminarii in Archidioecesi Gnesnensi, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Caroli Radonski, Episcopi Vladislaviensis.

die 17 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Argensi R. D. Orestem Rauzi, Professorem in Seminario maiori Tridentino, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Coelestini Endrici, Archiepiscopi Tridentini.

die 20 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Amosensi, nuper erectae, Exc. P. D. Aldaeum Dasmarais, hactenus Episcopum titularem Ruspensem.

— Cathedrali Ecclesiae Hearstensi, nuper erectae, R. D. Iosephum Charbonneau, Protonotarium Apostolicum *ad instar* et Vicarium Generalem in archidioecesi Ottaviensi.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

DISPOSIZIONI

PER LA CUSTODIA E CONSERVAZIONE DEGLI OGGETTI DI STORIA ED ARTE SACRA IN ITALIA.

La Chiesa cattolica è stata sempre vigile custode e tutrice dei monumenti ed oggetti di storia e d'arte sacra, come ne fanno fede gli scritti dei santi Padri, i sacri Concilii e le disposizioni antiche e recenti della Santa Sede. In base appunto alle prescrizioni del Codice di diritto canonico la Segreteria di Stato di Sua Santità con le Circolari del I° settembre 1924 e I° dicembre 1925, e questa Sacra Congregazione del Concilio con le Circolari del 10 agosto 1928 e 20 giugno 1929 hanno dato opportune istruzioni agli Eccfiii Ordinarii diocesani d'Italia perchè intensifichino la loro vigilanza per la diligente custodia e conservazione del patrimonio storico e artistico, che trovasi in possesso delle chiese e degli altri enti ecclesiastici.

Su tali istruzioni questa Sacra Congregazione ritiene conveniente richiamare lo zelo degli stessi Eccmi Ordinarii d'Italia perche ne inculchino e ne vigilino l'osservanza nell'ambito delle proprie diocesi, specialmente nelle visite pastorali.

Essendo, però, in questi ultimi tempi aumentate le richieste di cimelii ed oggetti di arte sacra per Esposizioni o Mostre che di frequente si organizzano, questa stessa Sacra Congregazione, nell'intento di evitare danni, deterioramenti ed anche la rovina del detto patrimonio ecclesiastico — come in qualche caso si è dovuto purtroppo lamentare —, dopo aver consultata la Pontificia Commissione di Arte Sacra, si crede in dovere di integrare le norme già date con le presenti, intese a disciplinare l'eventuale concessione in prestito e l'invio di oggetti sacri alle dette Esposizioni o Mostre.

Ed anzitutto è bene ricordare che molte opere d'arte sacra sono da considerarsi inamovibili per loro natura, cioè per ragioni di culto o di particolare importanza della chiesa dove si trovano : come quadri, statue, pale d'altare, esposti alla pubblica venerazione, nonché paramenti, arredi od altre suppellettili sacre in uso e decoro delle sacre funzioni.

Per altre, poi, l'inamovibilità è imposta dal loro stato di non buona conservazione, o da speciali difficoltà di rimuoverle e trasportarle senza

probabile pericolo di grave deterioramento: come tavole dipinte, specialmente se tarlate o sconnesse, tele di grandi dimensioni anche se arrotolate, polittici frastagliati, paramenti di tessuto antico, ecc.

Al riguardo si richiama l'attenzione degli Eccmi Ordinarii sul principio generale che, essendo la rimozione degli oggetti d'arte sacra dalla loro sede, allo scopo di concederli in prestito, un atto che eccede i limiti dell'ordinaria amministrazione, a mente dei canoni 1497 § 2, 1532 § 1 n. 1, 1533 del Codice di diritto canonico, è sempre necessaria la preventiva autorizzazione di questa Sacra Congregazione, alla quale pertanto dovranno essere trasmesse tempestivamente le relative richieste che gli stessi Eccmi Ordinarii ricevessero allo scopo innanzi indicato.

E perchè questa Sacra Congregazione possa dare il suo giudizio con piena conoscenza di cose, i medesimi Eccmi Ordinarii provvederanno a corredare le richieste di cui sopra, con le seguenti informazioni :

1) descrizione sommaria dell'oggetto, suo stato di conservazione, autore ed epoca;

3) suo valore presunto;

3) motivo e durata del trasferimento;

4) impegno da parte dell'ente richiedente : *a)* di provvedere all'assicurazione degli oggetti richiesti contro eventuali danni e deterioramenti presso serie Società assicuratrici ; b) di sostenere tutte le spese di rimozione, imballaggio, trasporto e ricollocamento nella propria sede con personale specializzato e con tutte le cautele necessarie ;

5) parere della Commissione diocesana per l'arte sacra circa l'opportunità della concessione.

Le opere di storia e d'arte sacra, per le quali questa Sacra Congregazione avrà autorizzato il prestito ed il temporaneo invio ad Esposizioni o Mostre, dovranno dai parroci, rettori di chiese e preposti agli altri enti ecclesiastici che ne sono in possesso, essere consegnate soltanto a persone espressamente delegate dalla competente Autorità civile, e solo dopo la compilazione di un regolare verbale di consegna, firmato dai detti delegati, con la descrizione dello stato di conservazione delle opere stesse, e con la indicazione precisa della durata del prestito e del trasferimento.

STè si permetterà, senza la previa autorizzazione di questa Sacra Congregazione, che in tali o simili occasioni gli oggetti di storia e d'arte sacra siano tolti a lungo dalla loro destinazione, neppure a scopo di restauro o per altri fini.

E siccome uno dei motivi, che spesso si adducono per tali richieste, e che gli oggetti stessi nelle loro sedi abituali non si trovano nel posto

che meritano o in buone condizioni di visibilità, e talvolta non sono decorosamente conservati, jguesta Sacra Congregazione, richiamandosi ai documenti Pontifici sopra ricordati, prende nuovamente occasione di raccomandare agli Eccmi Ordinarii di vigilare sulla loro conveniente custodia, e dispone che, compatibilmente con le esigenze del culto, sia consentito e facilitato agli studiosi e ammiratori di poter visitare tali oggetti nel luogo stesso della loro ordinaria collocazione.

A tal fine gli stessi Eccmi Ordinarii curino la già raccomandata istituzione dei Musei diocesani per la custodia e conservazione degli oggetti di storia e d'arte sacra deteriorati o fuori uso, e di quelli che nelle loro sedi corrono pericolo di danni o di furti, e possibilmente anche di quegli oggetti di particolare importanza che, essendo in possesso di enti o chiese site in luoghi remoti o di difficile accesso, non possono agevolmente essere visitati. Per la pratica attuazione di tali Musei gli Eccmi Ordinarii potranno avere indicazioni, istruzioni ed assistenza gratuita presso la Pontifìcia Commissione di Arte Sacra, che ha sede nello Stato della Città del Vaticano.

Così pure procurino di sollecitare l'aggiornamento della catalogazione degli oggetti di storia e d'arte sacra, esistenti nelle rispettive diocesi, a norma del canone 1522 n. 2 del Codice di diritto canonico e della Circolare di questa Sacra Congregazione del 10 agosto 1928.

Tutte le presenti disposizioni ed istruzioni gli Eccmi Ordinarii d'Italia sono pregati di comunicare ai parroci, rettori di chiese e preposti agli altri enti ecclesiastici interessati, e di curarne efficacemente l'osservanza, dandone poi un cenno di ricevuta a questa Sacra Congregazione.

Roma, 24 maggio 1939.

E. Card. **MARMAGGI**, *Prefetto.*

G. Bruno, *Segretario.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

INSTRUCTIO

CIRCA PRUDENTIOREM DE REBUS MISSIONALIBUS TRACTANDI RATIONEM

Non semel animadvertit haec Sacra Congregatio in periodicis commentariis atque in libris de opera missionali necnon in publicis de eadem re sermonibus, ita aliquando depingi mores, cultum, indolem, statum gentium quibus advehenda est Catholica Fides, ut videantur earum potius mala quam bona efferri. Quod quidem nullo adverso animo fieri, quin potius eo solummodo consilio ut ardentior excitetur amor in fratres nondum luce Christi fruentes abundantioraque auxilia suppeditentur operibus religionis et caritatis, nemo certe dubitaverit; id tamen quam absonum sit a mutua inter populos urbanitate, quantum immo aequitatem laedat et iustitiam, quantam denique indignationem iure in iis gentibus excitet de quibus huiusmodi narrantur, facile patet cuivis consideranti quid ipse sentiret si de sua ipsius patria pariter loquentes nosset exteros.

Eo magis autem omnino devitanda apparet talis se gerendi ratio, quod opinionem ingenerare potest falsam et missionariis iniuriosam eorumque ministerii successui perniciosam : eos scilicet non accedere ad gentes ea cum cordis caritate, qua, non metientes alios modulo suo, studeant aperto et propenso animo eas comprehendere et existimare et amare.

Itaque Sacra haec Congregatio enixe commendat omnibus de re missionali sive scripto sive sermone tractantibus, ut de aliis nationibus loquantur eadem prorsus observantia, qua ipsi ab alienis de sua patria sermonem haberi desiderant.

Quam circa rem, prae mente insuper habeant, nitere gentes non paucas, in quibus opus missionale exercetur, antiquo nobilique vitae cultu humanitateque; ita ut ipsae aegre indignanterque ferant si indiscriminatim cum iis populis recenseantur et quasi aequentur, qui passim minus evoluti, ut dicitur, habentur. Neque fas esto ex singulis casibus generalem ingerere iniuriosam et falsam de cuncto populo opinionem.

Quae sapientissima divus Paulus dedit monita prae oculis semper habeantur eaque pervigili studio observentur : « Nemini dantes ullam

offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum : sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros » (2 Cor. 6, 3 sq.).

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide. die 9 Iunii 1939.

PETRUS Card. **FUMASONI BIONDI,** *Praefectus.*

t Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis, ut infra, datis decretis Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando, Ssmus D. N. Pius Divina Providentia Papa XII dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum :

die 18 Aprilis 1939. — Archiepiscopali Ecclesiae Babylonensi Latinorum praefecit R. P. Armandum Blanquet du Chayla, ex Ordine Carmelitarum Excalceatorum.

die 25 'Maii. — Cathedrali Ecclesiae Krishnagarensi R. P. Aloisium Laravoire Morrow, Societatis S. Francisci Salesii sodalem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thibicensi Rev. P. Iosephum Kiwanuka, Missionariorum Africae sodalem indigenam, quem constituit Vicarium Apostolicum Masakensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thiavensi Rev. D. Ignatium Ramarosandratana, sacerdotem Cleri indigenae, quem constituit Vicarium Apostolicum de Miarinarivo.

— Titulari episcopali Ecclesiae Hypselitanae R. P. Alanum Le Breton, Presbyterum Missionarium Societatis Mariae, hactenus Praefectum Apostolicum de Vatomandry, quem constituit Vicarium Apostolicum de Tamatave.

die 6 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Pharbaethitanae R. D. Franciscum Cekada, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Ioannis Sarìè, Archiepiscopi Vrhbosnensis.

III

NOMINATIONES

Decretis, ut infra, datis, Sacra Congregatio de Propaganda Fide renunciavit ad suum beneplacitum :

die // Maii 1939. — R. P. Leopoldum Brellinger, S. I., *Praefectum Apostolicum de Kinghsien.*

die SI Maii. — R. P. Iosephum Faye, e Congregatione S. Spiritus, *Praefectum Apostolicum Ziguinchorensem.*

die 2 Iunii. — R. P. Caesarium Stern, O. F. M., *Praefectum Apostolicum de Weir-hairwei.*

IV

DESIGNATIONES PRO APPELLATIONE

Iuxta can. 1594 § 2 Codicis Iuris Canonici, pro appellatione Vicarius Apostolicus de Timor Neerlandica designavit Tribunal Vicariatus Insularum Sundae Minorum. Quam designationem Ssmus D. N. Pius Pp. XII in Audientia diei 9 Maii a. 1939 approbavit.

Item Praefectus Apostolicus de Sining designavit ad eundem effectum Tribunal Vicariatus Apostolici de Lanchow, approbante Ssmo in Audientia diei 25 Maii a. 1939.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

ABYSSINEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI IUSTINI DE IACOBIS, EPISCOPI NILOPOLITANI ET PRIMI VICARII APOSTOLICI ABYSSINEN. E CONGREGATIONE MISSIONIS S. VINCENTII A PAULO.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur

Vocem iucundidatis annuntiate, et audiatur, alleluia: annunciate usque ad extremum terrae: liberavit Dominus populum suum, alleluia, alleluia (Intr. Miss. Dom. V post Pascha).

Propheticam hanc ad apostolicos viros exhortationem, qua Ecclesia in hodierna liturgia sacrosanctum Missae sacrificium exorditur, insignis missionalis vir, Iustinus De lacobis, Congregationis Missionis decus et ornamentum, quae S. Vincentium a Paulo se gaudet habere parentem, Aethiopiae populis verbo et exemplo praedicavit. Multas quidem insectationes pro Christo est passus, multos sustulit dolores, laboribusque

fractus, in itinere, omnibus humanis destitutus auxiliis et levamentis, dignam apostolo mortem oppetiit. Verum hic, qui merito frumenti grano est comparandus, quod si mortuum fuerit multum fructum affert, Christo patienti similis effectus multum fructum et ipse attulit, uti plura hominum millia ad Iesum Christum per eum adducta testantur, inter quos B. Michael Ghebre, qui effuso sanguine, Christi martyr gloriose occubuit.

Tribulationes hae passionesque ad heroicarum virtutum culmen Iustinum adduxerunt, uti, servatis de iure servandis, a S. Rituum Congregatione die 28 Iulii mensis a. D. 1935 decretum est.

Quod divino quoque miraculorum testimonio aperte comprobatur. Quapropter duae mirae sanationes ab actoribus sacro huic Ordini fuere exhibitae, quae veri miraculi notas visae sunt portendere.

In oppido Sanfele, ubi Ven. Iustinus in lucem fuit editus, in Murana dioecesi, adulescens Franciscus Lorenzo Novembri mense a. D. 190T gravi « scarlattina » fuit tentatus, cui nephritica atque urhaemica, ob intoxicationem, implicationes accessere, simul cum amaurosi. Morbus eousque processit, ut infaustam, quod ad vitam ipsam, curantes medici prognosim emiserint. Quum incassum curationes cederent, die 28 eiusdem mensis Venerabilis Iustinus ferventer fuit invocatus, et, mirum ! infirmus illico convaluit, oculorum aciem recuperavit, cibos sumere valuit, atque a morbo ceterisque adiunctis omnino liber evasit, ut duo curantes medici edixerunt, qui pariter supra naturae vires hoc evenisse testati in iudicio sunt.

Tres ex officio periti a S. C. adlecti, curantium diagnosim, prognosim atque eorum iudicium de supernaturali actione plene confirmarunt. In recuperata autem valetudine Franciscus permansit.

Altera mira sanatio anno 1920 Florentiae contigit.

Angelus Marlazzi gravissima tuberculosi pulmonari, bacteriológico atque radiographico experimento comprobata, fuit affectus, adeo ut curantes medici de eius vita desperaverint. Septembris mensis initio, Venerabilis Iustini apud Deum intercessione invocata, omnia morbi symptomata illico evanuerunt, perfecteque sanatus Angelus a medicis est inventus, quasi nullam unquam infirmitatem esset passus.

Tam medici a curatione, quam Periti a Sacra hac Congregatione acciti, miraculum, hac in sanatione, concorditer agnoverunt.

De his miris sanationibus primum coram Rmo Cardinali Alexandro Verde, Causae Ponente, die 21 Decembris a. 1937 disceptatum est in Antepraeparatoriis Comitiis, secundo die 10 Ianuarii anni huius, in Praeparatoriis, demum tertio in Generalibus coram Ssmo D. N. Pio Papa XII die 2 huius mensis, in quibus idem Rmus Cardinalis Ponens dubium

proposuit discutiendum : *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.*

Rmi Cardinales, Officiales Praelati, Patresque Consultores suum quisque tulit suffragium, quod intento animo Beatissimus Pater benigne auscultavit, Suam tamen aperire mentem ad hanc distulit diem Dominicam quintam post Pascha, decimam quartam Maii mensis, preces interim effundens ut maiori a Deo illustraretur lumine.

Quare ad Se Rmis Cardinalibus Carolo Salotti, S. R. C. Praefecto, •et Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore, necnon R. P. Salvatore Natucci Fidei Promotore Generali meque infrascripto Secretario accersitis, divinoque litato Sacrificio, edixit : *Constare de duobus miraculis a Deo per Venerabilis Listini De Iacobis intercessionem patratis,* nempe *de instantánea perfectaque sanatione tum Francisci Lorenzo a gravissima scarlattina maligna cum nephritica affectione et intoxicatione urhaemica, cum Angeli Marlazzi a gravissima tuberculosi pulmonari.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 14 Maii a. D. 1939.

C. Card. SALOTTI, *Praefectus.*

h. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

ABYSSINEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI IUSTINI DE IACOBIS, EPISCOPI NILOPOLITANI, PRIMI VICARII APOSTOLICI ABYSSINEN. E CONGREGATIONE MISSIONIS S. VINCENTII A PAULO.

SUPER DUBIO

An, stante virtutum et duorum miraculorum approbatione, Tuto procedi possit ad praedicti Venerabilis sollemnem beatificationem.

Dum saeculo xvn Calviniana atque lanseniana nefastae haereses insimulque ((religionis bellum » Gallias Helvetiamque vastaban!, miserentissimus Deus, his malis remedium afferre volens, duos prae ceteris suscitavit héroes, Franciscum de Sales et Vincentium a Paulo, qui verbo, scriptis, exemplo caritatisque operibus tantis minis occurrerent. Franciscus doctrina, evangelica suavitate spirante, innumeras animas Christo

lucrifecit suisque scriptis adhuc lucrifacit; Vincentius autem ad salutem pauperum et cleri disciplinam curandas electus, has sive per se suamque Congregationem Presbyterorum Missionis, sive quoque per Puellas a Caritate magnifice est assequutus et adhuc assequitur.

Nec his emolumentis Vincentius exteras nationes privare voluit; quare plurimi Congregationis Missionis alumni, vel ab eius initio, non solum apud nostrates, sed et apud ethnicos, eodem acti spiritu, quem ipse sanctus Fundator in suos filios inseverai, evangelicae praedicationi iugiter incumbunt, Christum daturi et sanguinem. Plures enim utrumque dederunt, inter quos supereminent Beati Petrus Renatus Rogue, Ioannes Gabriel Perboyre et Franciscus Regis Clet. Venerabilis autem Iustinus De Iacobis, etsi per carnificis manum sanguinem non fudit, talia tamen tantaque est passus, talemque mortem oppetiit ut merito martyrii corona a Deo redimitus existimari queat, uti mox videbimus.

Ex Ioanne Baptista et losephina Muccia, qui quatuordecim genuerant filios, in oppido San Feie, intra Muranae Dioecesis fines, die nona Octobris a. D. 1800 natus est Iustinus, qui piorum parentum curis plane respondit, maternisque consiliis morem gerens, caelestium veritatum meditationi incumbere, B. Virginem, Ssmam Eucharistiam singulari religione colere studuit, et, quod est magis mirum, adhuc puerulus dignus est habitus inter *cooperatores,* ita vocatos, adscribi, qui pro infidelium conversione ad effundendàs preces se devinciebant, futurae vocationis nobile indicium.

Neapoli, quo familia se transtulerat, bonis artibus sedulo incubuit, decem autem et octo annos agens, in Vincentianam familiam adscitus, iam ab ipso tirocinio religiosam perfectionem assequi visus est. An. 1824 ad presbyteratum promotus intensiori studio in animarum salutem sive verbum Dei praedicando, sive poenitentiae sacramentum ministrando, totum se dedidit.

Gravibus in sua Congregatione iam functus muneribus, a S. C. *de Propaganda Fide* Aethiopicae missionis instituendae Apostolicus Praefectus est renuntiatus, dieque 23 Maii a. 1839, Gregorii Pp. XVI benedictione roboratus, nonnullis cum sodalibus ab Urbe discessit atque in Aethiopiam se contulit. Hic, moribus earum gentium se accommodans, benignitate, infracta patientia atque sollicito tenerrimoque amore, Christi veluti lineamenta in se referens, suarum gentium animos arcte sibi devinxit, et ut ad Catholicam unitatem ex schismate redirent, viam complana vit.

Quot autem quantosque retulerit fructus, duodecim hominum millia, in Ecclesiae sinum recepta, plane demonstrant. Hoc schismatici Abunae Salamae in se concitavit iram atque invidiam. Eapropter contra eos, qui

fidem catholicam professi fuissent, praecipue vero contra Iustinum, ferocem persecutionem crudeliter eommovit, cuius gloriosior victima. B. Michael Ghebre, Venerabilis nostri discipulus, sanguinis effusione martyr Christi effectus est. Apostolicus Vicarius ipse interim a Sancta Sede creatus, a Gulielmo Massaia sa. me. tunc Apostolico Vicario apud Gallas, etsi reluctans, obediens tamen, episcopus Nilopolitanus Massauae die 8 Ianuarii 1849 fuit consecratus. Quod ut ad Salamae aures pervenit, nullum hic non movit lapidem, ut Iustinus occideretur, aut saltem ex Aethiopia expelleretur, refragante licet rege Ubié, qui Iustino catholicisque favebat. Exilium, carcerem, catenas, famem, sitim, proditionem, tribulationes omne genus est passus, *sed in his omnibus* ipse cum Apostolo veraciter dicere potuisset, *superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a caritate Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro* (Rom., 8, 37-39).

Viginti et amplius annos in Aethiopia laboravit, numquam a caritate Dei disiunctus, eiusque mors heroicum caritatis actum mirifice portendit. Insectationem enim per aspera atque impervia declinans, die 31 Iulii a. D. 1860, morbo fractus, calore extenuatus, viribus destitutus, consistere in via cogitur, mortemque instare animadvertens, itineris socios monet tres tantum sibi vitae superesse horas. Sacramentali confessione munitus, extremaque Unctione roboratus, filios, quos in Christo genuerat, ut mutuum amorem servarent, Romano Pontifici reverentiam atque obedientiam praestarent exhorta tur, veniamque de admissis petit. Humi stratus, capite saxo innixus, brachiis in modum crucis consertis, aliquantisper orando quiescit. Instante mox morte, *Venit Deus* exclamat, et quasi caelestia gaudia praegustans, vultu caelesti splendore nitente, caritatis victima placidissime decedit, *spectaculum* factus *mundo* et *angelis et hominibus.*

Ordinaria auctoritate Neapoli, Lyciae atque in Abyssiniae Apostolico Vicariatu constructi sunt processus; in quorum postremo nonnulli fidei confessores, qui Servi Dei passionum socii fuere, deposuerunt, inter quos Abba Tecle Aymanot, qui Venerabilis nostri vitam conscripsit.

Servato itaque iuris ordine, die 13 Iulii a. 1905 Pius X sa. me. Introductionis Causae Commissionem obsignavit. Die 28 Iulii a. 1935 Pius XI fel. rec. heroicas fuisse Ven. Iustini virtutes edixit. Ssmus autem D. N. Pius Papa XII die 14 modo elapsi mensis constare de duobus miraculis a Deo, eius interventione patratis, decrevit.

Ut autem ad sollemnem Venerabilis Beatificationem procedi posset, unum restabat dubium disceptandum, nempe : *An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, Tuto procedi possit ad sollemnem Ven. Servi Dei Beatificationem.* Quod in Generali Congregatione, coram Ssmo D. N. die 23 eiusdem Maii mensis coadunata, Rmus Card. Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, proposuit. Cui omnes quotquot aderant Patres Cardinales, Officiales Praelati atque Consultores unanimiter affirmativo suffragio responderunt. Beatissimus vero Pater, haec vota benigne quidem excepit, verum sententiam suam ad hunc distulit diem pandendam, 4 Iunii, Ssmae Trinitati sacrum. Quapropter ad Se accitis Revmis Cardinalibus Carolo Salotti, S. R. C. Praefecto, atque Alexandro Verde Causae Ponente, nec non R. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali meque infrascripto Secretario, sacrosancto Missae sacrificio religiosissime oblato, decrevit : *Tuto procedi posse ad sollemnem Venerabilis Iustini De Iacobis Beatificationem.*

Hoc autem decretum rite promulgari, in acta S. Rituum Congregationis referri Apostolicasque Litteras sub anulo Piscatoris de sollemnibus Beatificationis, in Vaticana Basilica quandocumque celebrandis, Sanctitas sua expedire mandavit.

Datum Romae., die 4 Iunii, in festo Ssmae Trinitatis, a. D. 1939.

C. Card. **SALOTTI**, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DECRETUM

DE BENEDICTIONE PAPALI OPE RADIOPHONICA ACCEPTA

Iam pridem multisque ex partibus supplices ad Sanctam Sedem libelli pervenerunt, per quos postulabatur ut qui Apostolica Benedictione a Summo Pontifice Urbi et Orbi sollemnibus occasionibus impertita una cum pienissima admissorum venia praesentes frui nequirent, possent tamen plenariam Indulgentiam adipisci, si ope radiophonica eamdem Benedictionem pia devotaque mente acciperent.

Iamvero, re mature studioseque perpensa, infra scriptus Cardinalis Paenitentiarius Maior, in Audientia die 10 currentis mensis et anni habita, causam eiusmodi Beatissimo Patri decernendam proposuit. Augustus Pontifex vero, relatione audita ab eodem Cardinali facta, ac valde percupiens ut ea, quae progrediens aetas per humanarum disciplinarum studia invexerit, saluti animarum procurandae inserviant, decernere ac statuere dignatus est ut cum praesentes tum ii qui quovis spatio absentes, ope tamen radiophonica, Benedictionem a Summo Pontifice Urbi et Orbi impertitam pie devoteque accipiant, plenariam Indulgentiam, suetis conditionibus, lucrari possint.

Mandavit autem Sanctitas Sua ut praesens Decretum publici iuris fieret.

Contrariis quibuslibet non obstantibus, peculiari etiam mentione dignis.

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae, die 15 Iunii 1939.

L. Card. **LAURI**, *Paenitentiarius Maior*

L. © S.

S. Luzio, *Regens.*

SACEA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

VILNEN.

NULLITATIS MATRIMONII (SYRYCKA-TERENTIEN)

Cum ignoretur locus actualis commorationis D. Bazili Terentien, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 28 Octobris 1939, bora 10, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Bazili Terentien, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

Albertus Canestri, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 21 Iunii 1939.

Ioannes Pendola, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Bazili Terentien, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 94) le 28 Octobre 1939, à 10 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessus rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connais-' sance du lieu de la résidence du dit Mr Bazili Terentien devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

»	»	»	Il sig. Conte Carlo De Simony, della diocesi di Digione.
»	»	»	Il sig. Conte Pietro de Faydit de Tersac, dell'archidiocesi di Tolosa.
»	»	»	Il sig. Conte Ferdinando Leone de Montenon, dell'archidiocesi di Parigi.
17	maggio	»	Il N. H. Francesco Bernetti Evangelista, dell'archidiocesi di Fermo.
1	giugno	»	
»	»	»	Il sig. Gian Raniero Paulucci de' Calboli Conte Ginnasi Poggiolini, della diocesi di Forlì.
15	giugno	»	Il sig. Fabrizio Paulucci de' Calboli conte Ginnasi Poggiolini, della medesima diocesi.
»	»	»	Il sig. Geraldo Borden, dell'archidiocesi di New York.
»	»	»	Il sig. Giovanni Burke, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Il sig. Giorgio McDonald, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Il sig. Alfredo E. Smith, della medesima archidiocesi.
»	»	»	11 sig. Carlo C. Frost, del Distretto orientale Capo di Buona Speranza.
»	»	»	11 sig. Giuseppe de Peray y March, della diocesi di Barcellona.
»	»	»	Il N. H. Carlo Lovera dei Marchesi di Maria, dell'archidiocesi di Torino.
5	luglio	»	Il sig. Dott. Arnoldo Mengarini (Roma).

Camerieri di (more in abito paonazzo di 8. 8.:

10	maggio	»	Monsig. Rodolfo Saveri, della diocesi di Trieste e Capodistria.
»	»	»	Monsig. Carlo Musizza, della medésima diocesi.
»	»	»	Monsig. Bartolomeo Grosso, della medesima diocesi.
» •	»	»	Monsig. Vincenzo Botto, della diocesi di Chiavari.
17	»	»	Monsig. Francesco Pelluzza, della diocesi di Acireale.
»	»	»	Monsig. Salvatore Finocchiaro, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Vito Russo, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Concetto Fichera, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Antonio Meloni, della diocesi di Nuoro.
»	»	»	Monsig. Bartolomeo Cisternino, della diocesi di Monopoli.
»	»	»	Monsig. Nicola Colucci, della medesima diocesi.
8	giugno	»	Monsig. Calogero Franchina, della diocesi di Patti.
»	»	»	Monsig. Carlo Cesca, del patriarcato di Venezia.
»	»	»	Monsig. Filippo Fabrizi, della diocesi di Albano.
»	»	»	Monsig. Andrea Vigo, dell'archidiocesi di Torino.
»	»	»	Monsig. Carlo Grazioli, dell'archidiocesi di Fermo.

5	giugno	1939.	Monsig. Giovanni M. Bertoncello Brotto, della diocesi di Padova.
))	»	»	Monsig. Innocente Ferrazzi, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Bazzarin, della medesima diocesi.
»			Monsig. Carlo Rizzo, della medesima diocesi.
»	h	»	Monsig. Francesco Dalla Zuanna, della medesima diocesi.
22	»	»	Monsig. Aurelio Costantini (Roma).
29	»	»	Monsig. Pietro Farina, della diocesi di Imola.

Camerieri d'onore Extra Urbem di S. S.:

8	giugno	»	Monsig. Nazario Galieti, della diocesi di Albano.
»,	»	»	Monsig. Alberico De Angelis, della medesima diocesi.

Camerieri d'onore Soprannumerari di Spada e Cappa di S. 8.:

7	marzo	»	U sig. Gustavo Daumas, delParchidiocesi di Parigi.
9	»	»	Il sig. Alberto Cotte, delParchidiocesi di Lione.
11	»	»	Il sig. Amedeo Giov. Batt. Richardet, delParchidiocesi di Parigi.
»	))	»	Il sig. Adriano Rodet, delParchidiocesi di Lione.
»	»	»	Il sig. Leone Harmel, delParchidiocesi di Reims.
»	»	»	Il sig. Giuseppe Rossi Berarducci Vives, della diocesi di Lecce.
»	»	»	Il sig. Pietro Caudron, delParchidiocesi di Cambrai.
6	aprile	»	Il sig. Alix Julien, delParchidiocesi di Tolosa.
20	»	»	Il sig. Enrico Agostino M. Cousin, delParchidiocesi di Besançon.
»	»	»	Il sig. Enrico Heijmeijer de Heemstede, dell'archidiocesi
»	»	»	di Utrecht,
»	»	»	Il sig. Max Prud'Homme, della diocesi di Saint-Die.
17	maggio	»	Il sig. Roberto De Ferrari, della diocesi di Treviso.
8	giugno	»	Il sig. Camillo Antonini (Roma).
15	»	»	Il sig. Agostino Garcia Die y Andreu, della diocesi di Barcellona.
))	»	»	li sig. Giovanni Flors Garcia, delParchidiocesi di Valenza.
w	»	»	11 sig. Giovanni Torre, delParchidiocesi di Napoli.

Cappellani Segreti d'onore di S. S.:

10	maggio	»	Monsig. Giov. Batt. Campodonico, della diocesi di Chiavari.
8	giugno	»	Monsig. Ruggero Battistoni, della diocesi di Amelia.
15	»	»	Monsig. Desiderio Spagnul, delParchidiocesi di Gorizia.

Cappellano d'onore Extra Urbem di S. S.:

10 maggio 1939. Monsig. Giacomo Costa, della diocesi di Chiavari.

NECROLOGIO

17 luglio 1939. Monsig. Enrico Houbaut, Vescovo di Baiona.
19 » » Monsig. Domenico- Spolverini, Arcivescovo tit. di Larissa di Tessalia.
20 » » Monsig. Timoteo Corbett, Vescovo tit. di Vita.
21 » » Monsig. Agostino Henninghaus, Vescovo tit. d'Ipepa.
24 » » Monsig. Edoardo Giuseppe Herberbold, Vescovo di Ilhéos.
25 » » Monsig. Edoardo de Ropp, Arcivescovo di Mohilew.
30 » » Monsig. Orazio Mazzella, Arcivescovo tit. di Laodicea di Siria.
8 agosto » Monsig. Isacco Koudabache, Arcivescovo di Urmia dei Caldei e Vescovo di Salmas.

A.n. et Yol. XXXI 11 Septembris 1989 (Ser. II, v. YI) - Num. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

NUNTIUSRADIOPHONICUS

A BEATISSIMO PATRE, DIE XXIV MENSIS AUGUSTI ANNO MCMXXXIX, UNIVERSO TERRARUM ORBI DATUS.

Un'ora grave suona nuovamente per la grande famiglia umana ; ora di tremende deliberazioni, delle quali non può disinteressarsi il Nostro cuore, non deve disinteressarsi la Nostra Autorità spirituale, che da Dio Ci viene, per condurre gli animi sulle vie della giustizia e della pace.

Ed eccoCi con voi tutti, che in questo momento portate il peso di tanta responsabilità, perchè a traverso la Nostra ascoltiate la voce di quel Cristo da cui il mondo ebbe alta scuola di vita e nel quale milioni e milioni di anime ripongono la loro fiducia in un frangente in cui solo la sua parola può signoreggiare tutti i rumori della terra.

EccoCi con voi, condottieri di popoli, uomini della politica e delle armi, scrittori, oratori della radio e della tribuna, e quanti altri avete autorità sul pensiero e l'azione dei fratelli, responsabilità delle loro sorti.

Noi, non d'altro armati che della parola di Verità, al disopra delle pubbliche competizioni e passioni, vi parliamo nel nome di Dio, da cui ogni paternità in cielo ed in terra prende nome *(Eph.* 3, 15), - di Oesù Cristo, Signore Nostro, che tutti gli uomini ha voluto fratelli, - dello Spirito Santo, dono di Dio altissimo, fonte inesausta di amore nei cuori.

Oggi che, nonostante le Nostre ripetute esortazioni e il Nostro particolare interessamento, più assillanti si fanno i timori di un sanguinoso conflitto internazionale ; oggi che la tensione degli spiriti sembra giunta a tal segno da far giudicare imminente lo scatenarsi del tremendo turbine della guerra, rivolgiamo con animo paterno un nuovo e più caldo appello ai Governanti e ai popoli : a quelli, perchè, deposte le accuse, le minaccie, le cause della reciproca diffidenza, tentino di risolvere le attuali divergenze col-Punico mezzo a ciò adatto, cioè con comuni e leali intese: a questi, perchè, nella calma e nella serenità, senza incomposte agitazioni, incoraggino i tentativi pacifici di chi li governa.

È con la forza della ragione, non con quella delle armi, che la Giustizia si fa strada. E gl'imperi non fondati sulla Giustizia non sono benedetti da Dio. La politica emancipata dalla morale tradisce quelli stessi che così la vogliono.

Imminente è il pericolo, ma è ancora tempo.

Nulla è perduto con la pace. Tutto può esserlo con la guerra. Ritornino gli uomini a comprendersi. Riprendano a trattare. Trattando con buona volontà e con rispetto dei reciproci diritti si accorgeranno che ai sinceri e fattivi negoziati non è mai precluso un onorevole successo.

E si sentiranno grandi - della vera grandezza - se imponendo silenzio alle voci della passione, sia collettiva che privata, e lasciando alla ragione il suo impero, avranno risparmiato il sangue dei fratelli e alla patria rovine.

Eaccia l'Onnipotente che la voce di questo Padre della famiglia cristiana, di questo Servo dei servi, che di Gesù Cristo porta, indegnamente sì, ma realmente tra gli uomini, la persona, la parola, l'autorità, trovi nelle menti e nei cuori pronta e volenterosa accoglienza.

Ci ascoltino i forti, per non diventar deboli nella ingiustizia. Ci ascoltino i potenti, se vogliono che la loro potenza sia non distruzione, ma sostegno per i popoli e tutela a tranquillità nell'ordine e nel lavoro.

Noi li supplichiamo per il sangue di Cristo, la cui forza vinci-

trice del mondo fu la mansuetudine nella vita e nella morte. E supplicandoli, sappiamo e sentiamo di aver con Noi tutti i retti di cuore ; tutti quelli che hanno fame e sete di Giustizia - tutti quelli che soffrono già, per i mali della vita, ogni dolore. Abbiamo con Noi il cuore delle madri, che batte col Nostro; i padri, che dovrebbero abbandonare le loro famiglie ; gli umili, che lavorano e non sanno; gli innocenti, su cui pesa la tremenda minaccia; i giovani, cavalieri generosi dei più puri e nobili ideali. Ed è con Noi l'anima di questa vecchia Europa, che fu opera della fede e del gènio cristiano. Con Noi l'umanità intera, che aspetta giustizia, pane, libertà, non ferro che uccide e distrugge. Con Noi quel Cristo, che dell'amore fraterno ha fatto il Suo comandamento, fondamentale, solenne; la sostanza della sua Religione, la promessa della salute per gli individui e per le Nazioni.

Memori infine che le umane industrie a nulla valgono senza il divino aiuto, invitiamo tutti a volgere lo sguardo in Alto ed a chiedere con fervide preci al Signore che la sua grazia discenda abbondante su questo mondo sconvolto, plachi le ire, riconcilii gli animi e faccia risplendere l'alba di un più sereno avvenire. In questa attesa e con questa speranza impartiamo a tutti di cuore la Nostra paterna Benedizione.

Benedictio Dei Omnipotentis Patris et Filii et Spiritus Sancti descendat super vos et maneat semper.

HORTATIO

A SUMMO PONTIFICE, DIE XXXI MENSIS AUGUSTI ANNO MOMXXXIX, AD GUBERNIA ANGLIAE, GALLIAE, GERMANIAE, ITALIAE ET POLONIAE MISSA.

Le Souverain Pontife ne veut pas renoncer à l'espoir que les négociations en cours puissent aboutir à une solution juste et pacifique, telle que le monde entier ne cesse de l'implorer.

Sa Sainteté supplie, par conséquent, au nom de Dieu, les Gouvernements d'Allemagne et de Pologne de faire ce qui leur est

possible afin d'éviter tont incident, et de s'abstenir de prendre toute mesure susceptible d'aggraver la tension actuelle. Elle prie les Gouvernements d'Angleterre, de France et d'Italie d'appuyer sa demande.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

. DE DAKAR
(ZIGUINCHORENSIS)

A VICARIATU APOSTOLICO DE DAKAR, IN APRICA OCCIDENTALI GALLICA, TERRITORII PARS SEIUNGATUR, EX QUA NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA « ZIGUINCHORENSIS)), CONGREGATIONIS SANCTI SPIRITUS CURIS COMMITTENDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ut inter infideles populos evangelica lux facilius citiusque diffundatur, Missiones quae ob nimiam amplitudinem ab uno, vel diligentissimo, Praesule utiliter regi nequeant, in partes dividere iuvat, ex quibus novae erigi possint -Missiones aliorum Praesulum regimini concredendae. Quod quidem perpendens fel. rec. Pius Papa Decimus primus, Praedecessor Noster, anno millesimo nongentesimo trigesimo primo ex amplissimo Vicariatus Apostolici de Dakar in Africa Occidentali Gallica, Societatis Sancti Spiritus sodalium curis commissi, territorio partem seiunxit, quam in novam constituit Missionem sui iuris sub nomine de Gambia. Cum vero propter huius Missionis erectionem meridionalis illius Vicariatus pars a reliquo eius territorio paene remota mansisset, cumque Vicariatus ipse, quamquam parte illa imminutus, nimis longe lateque adhuc pateat, uti ex venerabilis Fratris Augusti Grimault, Episcopi titularis Maximianopolitani in Palaestina et ipsius Vicariatus Vicarii Apostolici Litteris certiores facti sumus, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa, alteram territorii partem a Vicariatu illo distrahere et novam exinde Praefecturam Apostolicam erigere opportunum duximus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, suprema Nostra auctoritate a Vicariatu Apostolico de Dakar civiles districtus se-

paramus, quibus nomina *Ziguinchor, Bignona, Sedhiou, Kolda, Gambia Superior,* nec non districtus civilis de *Tambacounda* partem ita circumscriptam, ut limites septentrionales, quibus ipsa a reliquo territorio *de Tambacounda* dividitur, efformati sint a *Gambia* flumine usque ad locum, quo flumen ipsum cum *N y er i* flumine confluii, et illinc a linea recta usque ad locum, cui nomen *Camon.* Ex quo ita avulso territorio novam erigimus et constituimus Praefecturam Apostolicam, quam ab eiusdem nominis districtu *Ziguinchorensem* nuncupari volumus, eamque praefatae Congregationi Sancti Spiritus, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, committimus, in Domino confisi eiusdem Congregationis sodales, qui in regione illa tam impense iam adlaborant, etiam in posterum pro Christi nomine propagando magis in dies adlaboraturos. Novae autem Praefecturae huic Ziguinchorensi eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae eiusque Antistites iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, commissionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero hoc, ausu temerario, attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo nono, die vigesima quinta mensis Aprilis, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius ***8.*** *R. E.*

P. Card. FüMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton, Apost.*

Loco SB Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LXI, n. 16 - **Al. Trussardi.**

II

S. IACOBI IN CHILE
(SERENENSIS-SANCTISSIMAE CONCEPTIONIS)

A PROVINCIA ECCLESIASTICA S. IACOBI IN CHILE ALIQUAE DIOECESES SEIUNGUNTUR, EX QUIBUS NOVAE DUAE CONSTITUUNTUR PROVINCIAE SUB NOMINE ((SERENENSIS » ET « SANCTISSIMAE CONCEPTIONIS ».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo provinciarum in catholico orbe ecclesiastica circumscriptio temporum locorumque adiunctis magis respondeat et pastorale Sacrorum Antistitum regimen facilius reddatur, non parum sane iuvat illas, quae territorio nimis pateant, in partes dividere et novas exinde provincias constituere. Quum itaque provincia ecclesiastica S. Iacobi in Chile, quae omnes hucusque Chilenae Reipublicae dioeceses amplectitur, et territorii amplitudine et fidelium numero redundet, Nos, praehabito venerabilis Fratris Aldi Laghi, Archiepiscopi titularis Nicaeni et apud Rempublicam illam Nuntii Apostolici, favorabili voto, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum consilio, re mature perpensa, Provinciam illam dividere novasque exinde duas provincias erigere decrevimus. De apostolicae igitur Nostrae potestatis plenitudine, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, a Provincia Ecclesiastica S. Iacobi in Chile dioeceses *I quique n sam, Antofagastensem, Chillanensem,, Temucensem* et *S. Caroli Ancudiae* separamus earumque propterea Antistites a metropolitico S. Iacobi in Chile Archiepiscopi iure subtrahimus. Quae Provincia S. Iacobi in Chile Metropolitana eiusdem nominis Ecclesia et quinque Suffraganeis *8. Philippi, Vallis Paradisi, Rancaguensi, Talcensi* et *Linarensi* in posterum constabit. Ex avulsis porro quas supra memoravimus dioecesibus novas duas constituimus Ecclesiasticas Provincias, quarum una *Serenensis,* altera *Ss. Conceptionis* nuncupabitur. Provincia Serenensis ex dioecesibus constabit Serenensi, quam ad Metropolitanae Ecclesiae gradum et dignitatem evehimus, atque *Iquiquensi* et *Antofagastensi,* quas illi suffraganeas constituimus. Provincia autem Ss. Conceptionis dioecesim amplectetur eiusdem nominis, quam item in Metropolitanam extollimus, atque suffraganeas quas ei subiicimus Ee-

clesias *Chillanensem, Temucensem, S, Caroli Ancudiae,* nec non novam *Portus M ont emis* dioecesim, de cuius erectione, iam pridem a Nobis statuta, Apostolicae sub plumbo Litterae proxime expedientur. Singulas proinde suffraganeas illas Ecclesias earumque pro tempore Episcopos metropolitico sui Archiepiscopi iuri subiicimus. Praefatis vero Metropolitanis Ecclesiis Serenensi et Ss. Conceptionis et ipsarum pro tempore Archiepiscopis, nec non earum Capitulis, metropolitani s posthac denominandis, omnia concedimus iura, honores, insignia, favores, gratias et privilegia, quibus ceterae Metropolitanae Ecclesiae, earumque Antistites et Capitula iure communi fruuntur et gaudent, illosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Archiepiscopis autem Serenensi et Ss. Conceptionis ius praecipue tribuimus Crucem intra suae ecclesiasticae provinciae fines ante se ferendi, atque sacro Pallio iuxta liturgicas leges utendi, postquam tamen hoc in Sacro Consistorio ab Apostolica Sede postulatum atque obtentum fuerit.

Ecclesiastica idcirco hierarchia in Chilena Republica noviter ita constituta, venerabiles Fratres Ioseph M. Caro Rodríguez, qui in praesenti Serenensem sedem obtinet, et Alfridus Silva Santiago, qui modo Ss. Conceptionis dioecesim regit, harum Litterarum vi, Archiepiscopi et Metropolitae titulo ac dignitate exornentur, eisque propterea Metropolitarum iura, privilegia et officia tribuimus. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta exsecutioni mandanda, venerabilem quem supra memoravimus Fratrem Aldum Laghi, apud Chilenam Rempublicam Nuntium Apostolicum, deligimus eique necessarias ad id et opportunas concedimus facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eique onus facimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar ad S. Congregationem Consistorialem infra sex menses ab his Litteris datis computandos transmittendi.

Praesentes autem Litteras, triplici originali confectas, et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum interest vel qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, etiam si expressa et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super his a quocumque quavis auctoritate, scienter

vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis; generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis; quibus omnibus per praesentes derogamus. Statuimus insuper ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, evectionis, concessionis, statuti, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo nono, die vicesima mensis Maii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
8. C. Consistorialis a Secretis

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi

Reg. in Conc. Ap., Vol. LXI, n. $8 **- Al. Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

SANCTUS CAROLUS B0RR0MAEÜS, EP. C, PATRONUS AEQUE PRINCIPALIS UNA CUM SANCTO AMBROSIO, EP. DOCTORE, VIGLEVANENSI DIOECESI TRIBUITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Viglevanensium Episcopus ad Nos refert admodum in votis esse clero populoque omni e sua dioecesi ut pro Nostra benignitate Sanctum Carolum Borromaeum, Episcopum Confessorem, Patronum, aeque principalem una cum hodierno Patrono Sancto Ambrosio, Episcopo Confessore, Viglevanensis Civitatis ac dioecesis re-

nuntiare dignemur. Eadem enim civitas ac dioecesis usque ad initium saeculi decimi noni suffraganeae fuere archidioecesis Mediolanensis, in eisdemque etiam deinceps Conciliorum provincialium Mediolanensium mandata usque ad recentiora tempora viguerant ; proindeque merito Sanctum Ambrosium Episcopum, Confessorem atque Doctorem, christifideles Viglebani, veluti principalem dioecesis Patronum apud Deum iam venerati sunt ac venerantur. At etiam Mediolanensem Praesulem Sanctum Carolum Borromaeum maxima devotione magnoque affectu Viglevanenses ipsi colunt, ob sollertes curas quibus ipse Sanctus dum in humanis agebat dioecesim memoratam prosequutus est. Nil itaque magis opportunum videtur quam hunc quoque Coelicolam dioecesis Viglevanensis constitui Protectorem, cum minime dubitemus quin magnum in bonum atque illius dioecesis populi spirituale emolumentum hic sacer Patronatus benevertat ; ac Sanctus Carolus ipse, qui totius suae regionis Lombardae gentes tanta amplexus est caritate, dioecesim quoque Viglevanensem valida tutela certe servaturus sit. Ut igitur votis praedictis concedamus, audita quoque Sacra Rituum Congregatione, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine praesentium Litterarum vi, perpetuumque in modum, Sanctum Carolum Borromaeum Episcopum, Confessorem, Viglevanensis civitatis et dioecesis *Patronum* aeque principalem una cum Sancto Ambrosio Episcopo, Confessore, Doctore, constituimus et declaramus, adiectis iuribus privilegiisque liturgicis, quae huiusmodi coelestis patronatus propria sunt, adhibito quoque in vesperis hymno «Urbis parentem Carolum». Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec decernimus, edicimus, statuentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv m. Aprilis an. MCMXXXIX^ Pontificatus Nostri primo.

A. Card. MAGLIONE, *a Secretis Status.*

II

TEMPLUM EPTERNACENSE, INTRA FINES LUXEMBURGENSIS DIOECESIS, IN HONOREM S. WILLIBRORDI, EP. C, DEO DICATUM, BASILICAE MINORIS TITULO HONORIBUSQUE AUGETUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam.,— Epternacensi in oppido, intra fines dioecesis Luxemburgensis, exstat templum percelebre in quo corpus Sancti Willibrordi Episcopi et Confessoris servatur et colitur. Fertur quidem a Sancto Romano Pontifice Sergio Willibrordum, Ultraiectensium Episcopum factum, in ipso oppido Epternacensi monasterium erexisse, in eodemque ab apostolicis laboribus, quos indefessus Frisonibus, Daniis Hollandicis, Belgis, Trevirisque evangelizandis insumebat, aliquando quiescere consuevisse; ibique magna religiosae vitae exempla atque inconcussae Fidei alumnis monachisque veluti hereditatem reliquisse. Cum vero eodem in Monasterio ipse Sanctus post quinquaginta fere annos fructuosi apostolatus in Domino obdormierit, in adiecto templo abbatiali est etiam depositus; ibique eiusdem corpus iii pace quievit, christifidleium veneratione cultuque exornatum ad tempora usque infaustae perturbationis gallicae; cuius asseclae, in tot tantaque Religionis Catholicae Instituta saevientes, monasterium quoque ac templum Epternacense profanarunt Sane tique sepulcrum effregerunt. Sacra tamen ossa Willibrordi pie collecta ex tunc usque ad annum MCMVI in Epternacensi veteri paroeciali ecclesia, ubi reposita interim fuere, christifideles venerati sunt; sed, tandem monasterio temploque antiquis denuo instauratis, reliquiae etiam Sancti Willibrordi, ovante finitimae regionis populo Episcopisque adstantibus, in pristinum sepulcrum reiectum sollemniter translatae sunt. Postea autem ob devotionem erga Apostolum Frisonum hodiernum templum, amplitudine et magnificentia iam conspicuum, civili quoque Gubernio adiuvante, novis instaurationibus artisque operibus affabre factis pulcrius redditum est, planeque ideo omnium admiratione dignum habetur. Quapropter nil mirum si Venerabilis Frater Luxemburgensium Episcopus, vota Nobis exprimens et commendans cleri populique suae dioecesis non modo sed totius etiam finitimae regionis, enixis precibus roget Nos ut ipsum Sancti Willibrordi templum Epternacense, a frequentibus devotisque christifidelibus ob sepulcrum eiusdem Sancti celebratum, titulo privilegiisque Basilicae minoris, occasionem nacti sollemnium, quae duodecimo saeculari anno

ab obitu Sancti Willibrordi proxime peragenda sunt, pro Nostra benignitate cohonestare velimus. Nos itaque, conlatis consiliis cum Dilecto Filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali, qui Sacrorum Rituum Congregationi praeest, votis supplicationibus que memoratis annuendum censemus. Omnibus igitur rei momentis sedulo studio perpensis, Nos, hisce Litteris Apostolicis, ex certa scientia ac matura deliberatione deque Nostrae potestatis plenitudine praelaudatum templum Epternacense Sancti Willibrordi Episcopi, Confessoris, in honorem Deo dicatum, intra fines dioecesis Luxemburgensis titulo ac dignitate *Basilicae Minoris,* adiectis omnibus et singulis iuribus et privilegiis, quae rite competunt, perpetuum in modum condecoramus. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec volumus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam, secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i m. Maii, an. MCMXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

A. Card. **MAGLIONE,** *a Secretis Status.*

EPISTULA

AD REVMUM P. PETRUM DAMIANUM BUFFALDINI, PRIOREM GENERALEM CONGREGATIONIS MONACHORUM EREMITARUM CAMALDULEN SITIM ORDINIS SANCTI BENEDICTI : SAECULO V EXEUNTE AB OBITU CLARISSIMI SODALIS AMBROSII TRA VERSARI.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Inter clarissimos viros, qui pietate ac doctrina Institutum Camaldulensium illustrarunt, exstat profecto Ambrosius Traversari, cuius a felici obitu quintum iam saeculum fauste completur. Is namque, integritate vitae conspicuus, in perquirendis exseri ben disque codicibus diuturnum studium impendit, plura opera de rebus sacris humanisque latine eleganterque con scripsit, gravia munera in ipso Ordine sedulo obivit, ac perhonorifica mandata ad nutum atque utilitatem Apostolicae Sedis alacriter persolvit. Inter cetera sunt singulari digna memoratu illa legatio iussu Eu-

genu IV fel. rec. Decessoris Nostri ad Sigismundum Imperatorem perfuncta, qua effectum est, ut Concilium ex Basilaea urbe Ferrariam transferretur, et pernobile munus, a Patribus Concilii Florentini eidem commissum, perficiendi decretum unionis ad Graecos in catholicae Ecclesiae gremium recipiendos. Quae sane praeclare gesta luculenter testantur, rerum aeternarum contemplationem non modo mortalis huius vitae incremento ac profectui minime obstare, immo vero maximas utilitates et singulis hominibus et christianae civilique societati ultro afferre posse. Quanto autem amore, quam ferventi devotione insignis vir flagraverit erga Apostolicam Sedem et Romanum Pontificem, cuius iura ac primatum strenue asseruit atque vindicavit, ex epistulis quoque eius colligere licet. Clarissima illa verba inter alia ad Eugenium Pp. IV leguntur : « Parati sumus pro tuo nomine mori, quippe qui nullam hac mortem speciosiorem arbitramur». Has itaque laudes ac promerita Ambrosii Traversari iucundo animo memorantes, sollemnia saecularia in eius honorem proxime agenda, non modo merita laude honestamus, verum etiam Nostra participatione per has Litteras libenter prosequimur. Tam gloriosa enim viri facinora in memoriam opportune per publica sollemnia revocata exacuent profecto universos Ordinis Sancti Benedicti monachos, ac praecipue Sancti Romualdi alumnos, ut, frugifero vitae eremiticae studio, concordique unitatis amore, et divinarum rerum contemplatione, et sacrarum disciplinarum pervestigatione, religiosae isti familiae, Ecclesiae pariter ac Civitati plurimum boni valeant conferre. Quo interea proxima celebratio salutarior evadat, tibi, Dilecte Fili, facultatem damus, ut, statuta die, post Sacrum sollemniter peractum adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenam iisdem commissorum veniam proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Felicissima denique ac gratissima omnia a Deo ominantes, tibi, Dilecte Fili, cunctaeque Camal dulensium Congregationi effusa in Domino caritate impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxxv mensis Iunii, in Nativitate Sancti Ioannis Baptistae, anno MDCCCCXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XII

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

LUBLINENSIS - SIEDLCENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Fideles pagi *Tilniki* et coloniae *Wladyslawóto,* pertinentes ad paroeciam *Czemerniki* in dioecesi Lublinensi, ab Apostolica Sede efflagitarunt ut idem pagus et memorata colonia a praefata paroecia, ob magnam distantiam, seiungerentur et viciniori paroeciae *Siemien,* dioecesis Siedlcensis seu Podlachiensis, aggregarentur.

Porro Ssmus D. N. Pius Div. Prov. PP. XII, rei opportunitate perpensa, attento consensu Ordinariorum Lublinensis et Siedlcensis, praehabito quoque favorabili voto Exc. P. D. Philippi Cortesi, Archiepiscopi titularis Siracensis ac Nuntii Apostolici in Polonia, oblatas preces benigne excipiendas decrevit. Quapropter, vi praesentis Consistorialis Decreti, statuit ut pagus *Tilniki* et colonia *Wladyslawów* a paroecia *Czemerniki* et a dioecesi Lublinensi separentur atque paroeciae *Siemien,* ad dioecesim SiedlcenseM pertinenti, perpetuo adiungantur, mutatis hac ratione finibus earumdem dioecesium.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputare dignata est praefatum Exc. P. D. Philippum Cortesi, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidem facto onere mittendi quamprimum ad hanc Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar exsecutionis actus. Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 1 Aprilis 1939.

Fr. C. R. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

CARPENSIS ET NONANTULANA

DECRETUM

DE FINIUM DIOECESIUM IMMUTATIONE

Nuper ab Apostolica Sede expostulatum est ut, pro bono animarum, territoria nuncupata : *8. Antonio, la Bordinetta* et *Ponte Pietra,* a dioecesi Carpensi dismembrarentur et Abbatiae *nullius* Nonantulanae aggregarentur, et vicissim territoria : *C. Pignatti, VT)ccelliera, Qualiara, 8. Liberata, Montalbano* et *Dogale Delfini* ab Abbatia *nullius* Nonantulana seiungerentur et dioecesi Carpensi attribuer en tur.

Iamvero Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XII, auditis Ordinariis tum Carpensi tum Nonantulano, praesenti Consistoriali Decreto, benigne precibus annuens, territoria nuncupata : *S. Antonio, la Bordinetta* et *Ponte Pietra* a dioecesi Carpensi distrahit et Abbatiae *nullius* Nonantulanae attribuit, et vicissim territoria : O. *Pignatti, VU ccelliera, Qualiara, 8. Liberata, Montalbano et Dogale Delfini* ab Abbatia *nullius* Nonantulana seiungit et dioecesi Carpensi aggregat, mutatis hac ratione finibus dioecesanis.

Ad haec autem exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua deputare dignata est Exc. P. D. Iosephum Antonium Ferdinandum Bussolari, Archiepiscopum Mutinensem et Abbatem Nonantulanum, eidem tribuens facultates necessarias et opportunas, ad effectum de quo agitur, etiam subdelegandi quemlibet virum ecclesiasticum in dignitate constitutum, laetoque illi onere quam primum transmittendi ad S. C. Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die xv m. Aprilis MCMXXXIX.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro,^*Adsessor.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

Die k Maii 1939. — Titulari episcopali Ecclesiae Marcianensi praefecit Exc. P. D. Adamum Hefter, hactenus Episcopum Gurcensem.

die 21 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Rhasensi Exc. P. D. Franciscum Solanum Muente y Campos, hactenus Episcopum Ayacuquensem.

die 29 Iulii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Larissensi in Thessalia Exc. P. D. Horatium Campillo, hactenus Archiepiscopum S. Iacobi in Chile.

die 5 Augusti. — Metropolitanae Ecclesiae Macejensi Exc. P. D. Ranulphum da Silva Farias, hactenus Episcopum Guaxupensem.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Selymbrianae Exc. P. D. Ioannem de Mikes, hactenus Episcopum titularem Helenopolitanum in Palaestina.

— Cathedrali Ecclesiae Salfordensi R. D. Henricum Vincentium Marshall, Vicarium Capitularem eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Great-Ormensi R. D. Gulielmum Condón, Vicarium Generalem dioecesis Spokanensis.

— Cathedrali Ecclesiae Derriensi R. D. Nigellum Farren, Rectorem Seminarii eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Uberabensi R. D. Alexandrum Gonçalves do Amaral, Rectorem Seminarii Bellohorizontini.

die 8 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Arianensi R. D. Ioachimum Pedicini, Canonicum Capituli metropolitani Beneventani et Directorem spiritus Seminarii Regionalis Beneventani.

— Cathedralibus Ecclesiis aeque principaliter unitis Calliensi et Pergulanae R. D. Raphaelem Cam pelli, Parochum oppidi « Pieve Bovigliana », in archidioecesi Camerinensi.

die 12 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Scyriae R. D. Andream Skràbik, Vicarium Generalem Nitriensem, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Caroli Kmetko, Episcopi eiusdem dioecesis.

die 28 Augusti. — Metropolitanae Ecclesiae S. Iacobi in Chile Exc. P. D. Iosephum M. Caro Rodriguez, hactenus Archiepiscopum Serenen sem.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

BONONIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI CLELIAE BARBIERI, FUNDATRICIS MINIMARUM A VIRGINE PERDOLENTE.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

«Neminem latet nihil Ecclesiae Dei gloriosius vel antiquius esse posse, quam ut permulti sanctitatis fama florescant, quorum intuentes populi exitum conversationis, fidem mutentur, eorumque sequentes vestigia, salutis semitam fidentius arripiant ». Praeclaris hisce verbis Ven. Bononiense Metropolitanum Capitulum Postulatorias litteras exorditur, ut a Summo Pontifice Servae Dei Cleliae Barbieri Introductionis Causae Commissio obsignetur. Merito sane gratia haec postulatur : omnia enim adiuncta ad hunc finem conspirant.

Re quidem vera, in oppidulo « S. Maria delle Budrie » intra Bononiensis Archidioecesis fines, die 13 Februarii mensis a. D. 1847 delia orta est, eodemque die baptizata. Parentes Iosephum et Hyacintham Nannetti sortita est, opibus quidem expertes, sed virtutum splendore claros.

Dum octavum agebat annum, patre orbata viduae ac desolatae matris solatium et adiumentum est facta. Morum innocentiam adulescens servavit; vitae autem sanctitatem anhelans matrem enixe rogabat ut quid agere debuisset, ad eam assequendam, doceret, summoque studio ipsa quae didicerat exequebatur. Erga sanctissimum Eucharistiae sacramentum ardentissima religione ferebatur, saepissime ad sacram mensam accedens, longasque coram sacro tabernaculo moras ducens. Puerulos christianam catechesim docere in deliciis habebat; tanta autem vitae integritatis virtutumque fama apud aequales fruebatur, ut sancta in vulgus vocitaretur, atque ad eam, veluti ad pietatis magistram, nonnullae puellae in eam veluti traherentur. Unde factum est ut Clelia die 1 Maii an. D. 1868, parvam domum locaverit atque cum aliis tribus ex his novi Instituti, cui postea Card. Lucidus M. Parocchi, Bononiensis Archiepiscopus, nomen : *Minimae a Virgine Perdolente* imposuit, fundamenta

iecit. Minimum hoc sinapis granum, paupertate summa, tribulationibus pluribusque insectationibus fecundatum, in virentem post Cleliae mortem succrevit arborem, quae laetissimos uberesque fructus ad animarum salutem refert.

Duos post annos phtisi confecta in Domini osculo purissimam animam exhalavit.

Sanctitatis fama, qua vivens Clelia fruebatur, post eius obitum magis magisque succrevit, eo vel magis quod plures, eius intercessione, ferantur gratiae seu quoque miracula fuisse obtenta.

Quapropter vix licuit, in Bononiensi Archiepiscopali Curia, ordinaria auctoritate super sanctitatis fama, super scriptis atque super cultu numquam Servae Dei praestito constructi sunt processus, atque ad sacram hanc Congregationem delati.

Mhil obstare, Servae Dei scriptis perpensis, ad causae progressum **S.** haec Congregatio die 17 Aprilis a. 1935 decrevit.

Plures Postulatoriae litterae Pio Papae XI fel. rec. fuerunt oblatae ad causae Introductionem obtinendam, inter quas Cardinalis ISTasalli Rocca Bononien. Archiepiscopi, omnium Episcoporum Flaminiae Regionis, Episcopi Foroliviensis cum suo Capitulo, Capitulorum Metropolitanae Ecclesiae et **S.** Petronii, aliorumque.

Quum itaque omnia, quae iure requiruntur, parata fuerint, die 20 Decembris mensis a. 1938, instante Revmo P. Iosepho Galloni **S.** I., Causae Postulatore legitime constituto, in Ordinaria Sacrorum Rituum Congregatione ad Vaticanas aedes habita, Emus D. Cardinalis Raphael Carolus Rossi, Causae huius Ponens seu Relator, dubium disceptandum proposuit : *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.* Cui dubio Emi ac Revmi Patres, post relationem ab Emo Cardinali Ponente factam, audito Officialium Praelatorum suffragio, scripto dato, audito **R.** P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, omnibus mature perpensis, respondendum censuere : *Affirmative* seu *Signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Ssmo placuerit.*

Facta autem ab infrascripto Cardinali Praefecto, subsignata die, relatione Ssmo D. N. Pio Papae XII, Sanctitas Sua Eminentissimorum Patrum rescriptum ratum habens, Commissionem Introductionis Causae Servae Dei Cleliae Barbieri Sua manu signare dignata est.

Datum Romae, die 15 Martii a. D. 1939.

C. Card. SALOTTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

ANDEGAVEK

CANONIZATIONIS BEATAE MARIAE A S. EUPHRASIA PELLETIER, VIRGINIS, PROFESSAE ORDINIS DOMINAE NOSTRAE A CARITATE, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM A BONO PASTORE,

SUPER DUBIO

An, stante approbatione duorum miraculorum post indultam ab apostolica Sede eidem Beatae venerationem, TUTO *procedi possit ad sollemnem ipsius canonizationem,*

« O bona mater caritas, quae sive foveat infirmos, sive exerceat provectos, sive arguât inquietos, diversis diversa exhibens ; sicut filios diligit universos. Cum te arguit mitis est, cum blanditur simplex est. Pie solet saevire, sine dolo mulcere, patienter novit irasci, humiliter indignari... Ipsa est quae Deum homini placans, hominem Deo reconciliavit » (S. Bern., *E p. ad Fulconem).* Haec, quae mellifluus Doctor de cari tate praeclare scripsit, ad amussim in B. Maria a S. Euphrasia Pelletier fulsisse admiramur. Ipsa enim, Deum animabus placare, easque Deo reconciliare studens, divina caritate duce, quasi amantissima mater, semper mitem, simplicem, piam. patientem humilemque se omnibus exhibens, infirmas fovere, provectas exercere, inquietas arguere omnesque, vel perditissimas, in Boni Pastoris Iesu brachia reducere felicissimo successu assequebatur.

Tantae virtutis germina piissimi parentes Iulianus Pelletier et Anna Francisca Mourain in eius animo inseruerunt. Hi, turbulentissimá revolutionis gallicae tempestate, in nobilissima Vandeensi regione, ferociter saeviente, ex Soullans, in Dioecesi Lucionensi, ut persecutionem, ob catholicae fidei professionem, declinarent, in insulam Noirmoutier aufugerunt, ubi B. Maria a S. Euphrasia Pelletier die 31 Iulii a. D. 1796 orta est, suscepto in baptismo Rosae Yirginiae nomine.

Patre a. 1806 demortuo, quatuor post annos Pelletier familia Soullans rediit, Rosa vero a. 1811 Turonensi gynaeceo, quod *Christianae Consociationis-sodales* regebant, fuit a matre concredita : in quo apertius divinae vocationis ad religiosam amplexandam vitam persensit. Sui voti, pluribus superatis difficultatibus, compos facta, a. 1814 ad Ordinem *Dominae Nostrae a Caritate,* a S. Ioanne Eudes, ut in eius domibus periclitantes vel deperditae puellae e vitiorum caeno averterentur, fundatum, alacris convolavit, assumpto Mariae a S. Euphrasia nomine.

Iam ab ipso tirocinio religiosam perfectionem attigisse visa est; non solum enim naturale vivax ingenium fortiter compescuit, sed et illo ad Dei gloriam et animarum salutem uberrime usa est. Religiosis votis nuncupatis, omnibus sui Instituti muniis tam prospere feliciterque est iuncta, ut nondum tricenaria ad eiusdem Turonensis domus regimen unanimi suffragio eligeretur. Quum ad reparandas immanes a seditione partas ruinas, nova Refugii domus erigi in Andegavensi urbe postulantur, Beata Maria a S. Eupbrasia Pelletier huic operi exsequendo electa est ; quo autem successu, plures exinde pluribus in locis erecta huiusmodi Refugia testantur, quae Andegavensem domum veluti matrem suamque magistram agnoverunt ; unde factum est ut viridis arbor Eudesiana, B. Mariae a S. Euphrasia Pelletier opera, vivacem ramum Congregationis Sororum a Bono Pastore, sui iuris necessario factae, diffuderit. Quae Congregatio, ab Apostolica Sede approbata, uberrimos in Dei gloriam fructus toto in orbe per novem circiter millia Sororum tercentis in domibus, edit.

Ad hoc ingens opus moliendum, Divina gratia opitulante, B. Maria a S. Euphrasia Pelletier tot tantasque virtutes exercuit, ut heroicitatis culmen attigerit : insignibus autem meritis cumulata die 24 Aprilis mensis a. D. 1868, Ecclesiae sacramentis refecta ac roborata, pio sancteque fine in Domino quievit.

Nondum triginta ad obitu decurrerant anni, cum Leo XIII fel. rec. Commissionem Introductionis Causae Servae Dei sua manu obsignavit. Anno 1924 eamdem heroicis fulsisse virtutibus, anno autem 1933 Deum, eius interventione, miracula patravisse ideoque *Tuto* ad sollemnem Beatificationem posse procedi S. R. C, Pio XI s. m. approbante, decrevit. Beatificationis vero sollemnia, toto plaudente catholico orbe, in Vaticana Basilica die 30 Aprilis eiusdem anni celebrata sunt. Paucos post menses ad Beatae invocationem novum signum a Deo datum est ; quare die 9 Maii a. 1934 Canonizationis Causa est resumpta. Sequenti anno quum alterum mirum contigisse visum esset, de utroque Apostolicae inquisitiones sunt peractae, servatisque de iure servandis, die 4 nuper elapsi mensis approbationis decretum a S. R. C. editum est.

Ad omnium actuum complementum, qui apud S. R. C. iuridice ad normam canonum et praxis pertractari debent, ad declarandum nempe ex parte Causae in se nihil amplius desiderari, ut ad Canonizationem fas sit quandocumque deveniri, nil restabat nisi ut dubium disceptaretur : *Any stante approbatione duorum miraculorum post indultam ab Apostolica Sede eidem Beatae venerationem,* TUTO *procedi possit ad sollemnem ipsius Canonizationem.* Quod die **13** mensis Iunii huius anni in Congre-

gatione Generali coram Ssmo D. N. Pio Pp. XII, a Rrfio Cardinali Carolo Salotti, Causae Ponente, factum est. Etsi autem omnes, quotquot aderant, Rmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores in unanimem affirmativam sententiam concesserunt, tamen Beatissimus Pater suam aperire sententiam supremumque iudicium in re tanti momenti prodere distulit, ut maiori a ì)eo illustraretur lumine.

Diem autem hanc 23 Iulii mensis, Dominicam post Pentecosten octavam, destinavit ut Suam aperiret mentem. Quapropter Rmum Cardinalem Carolum Salotti, S. R. C. Praefectum, insimulque Causae Ponentem, nec non R. P. Salvatorem Natucci, Fidei Promotorem Generalem meque infrascriptum Secretarium arcessivit, divinaque Hostia sancte oblata, edixit : TUTO *procedi posse ad sollemnem B. Mariae a S. Euphrasia Pelletier, Virginis, Canonizationem.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum Romae, die 23 Iulii a. D. 1939.

C. Card. SALOTTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

III

LUCEN. IN ITALIA

CANONIZATIONIS BEATAE GEMMAE GALGANI, VIRGINIS

SUPER DUBIO

An, stante duorum miraculorum approbatione post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, TUTO *procedi possit ad sollemnem ipsius Canonizationem.*

Quod Apostolus magnificis hisce verbis de se est professus : *Christo confisus sum cruci, vivo autem, iam non ego, vivit vero in me Christus* (Gal., 2, 19, 20), beata Gemma Galgani mente, moribus totaque vita tenuit.

Ipsa enim dilecti Sponsi amorem atque passionem iugiter recolendo, meditando, contemplando, eo usque pervenit, ut cruci eius confixa iam non ipsa viveret, viveret vero ipse Christus in ea : qui heroicam quidem sed ab hominum oculis absconditam, sponsae suae caritatem patiendique studium miris donis, dum vitam agebat, post eius autem mortem, miraculorum gloria eam cumulando, magnifice ac munifice rependit.

« Camigliano » in oppido prope Lucam die 12 Martii a. D. 1878 Gemma orta est ex Henrico Galgani, de S. Ioannis Leonardi genere, et Aurelia Landi, honestis coniugibus. Octavum agens annum, matre demortua, Servae Dei Helenae Guerra, Instituti Oblatarum S. Spiritus, vulgo Sororum S. Zitae, Fundatrici, instituenda credita fuit, sub cuius sapienti magisterio miras in Dei amore progressiones fecit, a quibus ad vitae terminum usque numquam restitit. Multas tribulationes, angustias, corporis infirmitates, maerores, patris excessum, suorum bonorum direptionem durissimamque egestatem forti animo, Dei confisa, pertulit.

Sacris Virginibus a Passione Domini adiungi peroptaverat, sed a pluribus difficultatibus, ne sanctum hoc votum expleret, fuit praepedita. Ab omnibus derelicta, humaniter a piissima familia Giannini fuit excepta, in cuius sinu Sabbato Sancto a. 1903, divini amoris igne exaestuans, diro morbo consumpta, purissimam animam, a corporeis laqueis solutam, suo caelesti Sponso reddidit, annos nata fere vigintiquinque.

Sanctitatis fama, quae intra domesticos parietes, veluti sub modio abscondita, ea vivente, cives latebat, ea vix demortua, potenter erupit. Quare vix septem intercesserunt anni, quum ordinaria auctoritate super scriptis, super sanctitatis fama atque cultu numquam exhibito confecti sunt processus. Servato iuris ordine Benedictus XV fel. rec. die 28 Aprilis a. 1920 sua manu Introductionis causae Commissionem obsignavit. Apostolicis inquisitionibus rite absolutis, die 29 Novembris a. 1931 heroicas Servam Dei virtutes exercuisse, die autem 5 Februarii a. 1933 miracula a Deo, eius interventione, fuisse patrata decretum est : sollemnia demum Beatificationis die 11 Maii mensis anni eiusdem in Vaticana Basilica celebrata fuere. Eodem hoc die mira sanatio contigit, unde paullo post Canonizationis cansa est resumpta. Alia mira sanatio duos post annos evenit, quae, sicut et prior, uti prodigium die 26 Martii anni 1939, Sanctissimo D. N. approbante, habita est.

Ut autem iuridice constaret Sacram Rituum Congregationem munus sibi a iure commissam rite complevisse, dubium erat disceptandum : *An, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede veneratione,* TUTO *procedi possit ad, sollemnem ipsius Canonizationem.* Quapropter die 2 Maii anni huius in generalibus S. C. comitiis coram Ssmo D. N. Pio Papa XII, Rmus Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Ostien. et Albanen., Causae Relator, dubium hoc proposuit, cui omnes tum Rmi Cardinales, tum Officiales Praelati Patresque Consultores unanimi affirmativo suffragio responderunt. Beatissimus vero Pater actorum sacrae Congregationis approbationis sententiam edere distulit, eo fine ut Suis

praesentiumque precibus Deum exoraret ut Eius beneplacitum Sibi innotesceret.

3 agosto » Monsig. Francesco Silvestrini, del Patriarcato di Venezia.

NECROLOGIO

28 luglio 1939. Monsig, Giuseppe Giacomo Irala, Vescovo tit. di Tingis.
13 settembre » Eiho Signor Cardinale **ANGELO MARIA DOLCI**, Vescovo suburbicario di Palestrina.
19 ». » Monsig. Luigi Zaffarami, Vescovo tit. di Ulpiana.

An. et Vol. XXXI 23 Octobris 1939 (Ser. II, v. VI) - Num. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE VATOMANDRY
(DE T AMATA VE)

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE VATOMANDRY IN INSULA « MADAGASCAR » AD VICARIATUS APOSTOLICI GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR SUB NOMINE « DE T AMATA VE », EIQUE ALIQUA ADNECTUNTUR TERRITORIA AD VICARIATUS APOSTOLICOS DE TANANARIVE ET DE DIEGO SUAREZ HUCUSQUE PERTINENTIA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ut e sacris inter infideles populos expeditionibus maiores possint percipi fructus, sane iuvat Missiones, in quibus. Deo auctore, catholica religio valde profecerit, ad potioris dignitatis gradum evehere et aliter quandoque, si temporum et locorum adiuncta id exigant, earum territorium circumscribere. Cum itaque Praefectura Apostolica de Vatomandry in Madagascar insula, sedulis Presbyterorum Missionariorum Societatis Mariae curis concredita, postremis hisce temporibus uberiora rei christianae incrementa tum ob auctum institutorum fideliumque numerum, tum ob populi pietatem sit consecuta, Nos, aptius in regione illa fidei propagationi prospicere cupientes, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine haec quae sequuntur statuenda censuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse

praesumant consensu, primum Praefecturam illam de *Vatomandry* in Vicariatum Apostolicum erigimus et constituimus, erectumque per praesentes declaramus. Huic dein novo Vicariatui adnectimus tum districtum civilem de *Brickaville* et partem districtus civilis de *Tamatave* usque ad decimum octavum gradum latitudinis meridionalis, quae quidem territoria a Vicariatu Apostolico de Tananarive, ad quem hucusque pertinuerunt, separamus; tum partem aliam ipsius districtus civilis de *Tamatave* ad Vicariatum Apostolicum de *Diego Suarez* hactenus spectantem, nempe a decimo octavo gradu latitudinis meridionalis usque ad flumen *Ifontsy* et ad lineam ducèntem ab huius fluminis fontibus usque ad fontem *Hahantana* fluminis. Novum hunc Vicariatum ita circumscriptum ab illius regionis urbe principe, in qua Ordinarius sedem habebit, de *'Tamatave* in posterum appellari volumus ac decernimus, eumque Presbyteris quos diximus Missionariis Societatis Mariae, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum committimus. Huic autem Vicariatui de Tamatave eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae oninia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero laicarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel quicio constituti munitis eamdem prorsus volumus haberi fijdem quae .hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent, gemini autem paginam evectionis, erectionis, dismembrationis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis, yero, hoc attentare ausu temerario praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

DatuiDj; Romae, apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo nono, die vigesima quinta mensis Maii, Pontificatus nostri anno primo.

Fr. Tri. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI — *Cancellarius* S. ***R.*** *E.*

i\ Card. FüMASONI BIONDI — *S. C. de* ***Propaganda*** *Fide* ***Praef.***

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

JuQCO **¡$¡ Plumbi** ,

Reg. *in Canc.* ***Ap.,*** *Vol.* ***LXl,*** *n.* ***20*** **- AL Trussaräi.** ;

UGANDENSIS

(MASAKENSIS)

UGANDENSIS VICARIATUS TERRITORIUM DISMEMBRATUR ET NOVUS ERIGITUR VICARIATUS APOSTOLICUS « MASAKENSIS ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In Ugandensis Vicariatus territorio, quod ad meridiem vergit, tam perspicuum sollerti sodalium Societatis Missionariorum Africae apostolico studio, catholica religio, Deo auctore, profectum suscepit, ut et fidelium multitudo et illius regionis cleri copia industriam Evangelii illorum Praeconum sedulitatem cohonestaverint. Quare peropportunum visum est, quo aptius in regione illa fidei prolatandae et enascénti ecclesiae firmandae consuli queat, ad novi ibidem Vicariatus Apostolici erectionem procedere. Quapropter, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, attentis tum venerabilis Fratris Antonii Riberi, Archiepiscopi titularis Darensis, Delegati Apostolici Africae pro Missionibus, favorabili voto, tum venerabilium Fratrum Societatis Missionariorum Africae Moderatoris Generalis et Vicarii Apostolici Ugaiiderisfe concordi sententia, re mature perpensa e peramplo Vicariatus Apostolici Ugandensis territorio, totum civilis gubernii districtum, qui *MaëaJèa* nuncupatur, exceptis iri Victoria lacu insulis, quibus nomen *Bese,* distráhimus, atque in Vicariatum Apostolicum erigimus et constituimus eumque *Masahensem* nomine appellari decernimus. Novum autem hunc Vicariatum Apostolicum saeculari illius regionis clero, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concredimus, probe scientes quäntuin id fidei prolatationi et Christi regni incremento profuturum. Eidem igitur Vicariatui Masekensi eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti mu-

nitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, id attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo nono, die quinta et vicesima mensis Maii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P.Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LXI, n. ***24*** - **AL Trussardi.**

III

CAGAYANA
(SURIGENSIS)

A DIOECESI CACAYANA, IN PHILIPPINIS INSULIS, TERRITORII PARS SEIUNGITUR, EX QUA NOVA ERIGITUR DIOECESIS SUB NOMINE « SURIGENSIS », METROPOLITANAE ECCLESIAE NOMINIS IESU SUFFRAGANEA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo dominici gregis regimini aptius consulatur, ex nimis amplis dioecesibus partes sunt disiungendae, quibus, novae erigantur dioeceses, aliis sacris Pastoribus concredendae, ut, aucto Pastorum numero, episcopale munus facilius et utilius exerceri possit. Quae quidem considerantes libenter excepimus preces quibus venerabilis Frater Iacobus Haves, Episcopus Cagayanus, a Nobis petiit ut sua Dioecesis, latissimum amplectens territorium, dividatur novaque exinde dioecesis constituatur. Nos autem, praehabito venerabilis Fratris Gulielmi Piani, Archiepiscopi titularis Nicosiensis, in Philippinis Insulis Delegati Apostolici, favorabili voto, probe noscentes id in animarum bonum haud dubie cessurum, re mature perpensa, novam inibi dioecesim constituere decrevimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae potestatis plenitudine, a diocesi Cagayana civiles provincias *Burigao,* una cum parvis insulis adia-

Gentibus, et Agrian seiungimus earumque ita avulsum' territorium in novam erigimus dioecesim, quam à *Surigao* urbe « *Surigensem* » appellari volumus ac decernimus. Ad hanc proinde dioecesim hae quae sequuntur paroeciae pertinebunt : *Surigao, Bacauag, Bislig, Canillan, Carrascal, Claver, Coquait, Dapa, Dinagat, General Luna, Cigaquit, Einatuan, Lanuza, IÀanga, Lingig, Madrid, Mainit, Marinhatag, Numancia, Oteiza, Taganaan-Placer, Tago, Tandag, Lianga, Tigao, Butuan, Bueñavista, Cabadbaran* et *Talahogon.* Huius novae dioecesis episcopalem sedem in *Sûrißgo* urbe, a qua, ut iam diximus, diócesis ipsa nomen mutuatur, cori stituimus, illamque propterea ad civitatis episcopalis fastigium extollimus, eique tribuimus omnia privilegia et iura, quibus ceterae episcopales civitates pollent. Episcopi autem cathedram in ecclesia ibidem exstanti, Deo in honorem S. Nicolai a Tolentino dicata, Agimus, eamque ad Cathedralis Ecclesiae gradum et dignitatem evehimus, eique igitur eiusque pro tempore Episcopis omnia concedimus iura, privilegia, honores, insignia, favores et gratias, quibus ceterae Cathedrales Ecclesiae earumque Antistites iure communi fruuntur et gaudent, illosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceterae Cathedrales earumque Praesules adstringuntur. Dioecesim vero Surigensem suffraganeam constituimus Metropolitanae Ecclesiae Nominis Iesu seu Caebuanàe, illiusque pro tempore Episcopos metropolitico iuri Archiepiscopi Nominis Iesu subiicimus. Usquedum autem Cathedrale Capitulum institui queat, indulgemus ut interim, pro Canonicis, dioecesani Consultores ad iuris normam eligantur. Quod porro attinet ad huius novae Dioecesis administrationem et regimen, ad Vicarii Capitularis, seu Administratoris Apostolici, sede vacante, electionem aliaque huiusmodi, rite servanda iubemus quae sacri canones ad rem praescribunt. Quod vero ad clerum peculiariter spectat statuimus ut, simul ac novae huius Dioecesis erectionis Litterae ad exsecutionem deductae fuerint, eo ipso clerici qui in novae Dioecesis territorio legitime exstant, eidem Dioecesi adscripti censeantur. Episcopalem mensam Constituent Curiae emolumenta et ceterae oblationes quae a fidelibus, in quorum bonum Dioecesis ipsa erecta est, praeberi solent. Actuoso tamen novi Episcopi zelo committitur ut, quam citius fas erit, congrua Dioecesis dos constituatur. Cagayani Ordinarii demum erit omnia documenta et acta quae novam Dioecesim respiciunt quamprimum fieri poterit ipsius Cancellariae tradere ut in eius archivo religiose serventur. Ad quae omnia ut supra disposita et constituta exsecutioni mandanda venerabilem Fratrem Delegatum Apostolicum in Insulis Philippinis deligimus, cui omnes tribuimus facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet

virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum, eidemque onus facimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar ad S. Congregationem Consistorialem quamprimum transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus; Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, concessionis, subiectionis, statuti, mandati, delegationis, derogationis, et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis yero hoc attentare ausu temerario praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae, apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo nono, die tertia mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TEL PIUS, O. P., Card. BOGGIANI — *Cancellarius 8. Ii. E.*

Fr. RAPHAEL C. Card. ROSSI — *8. C. Consistorialis a Secretis*

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

Reg. in Cano. Ap,, Vol. LXI, n. 27 - Al. **Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS DITATUR TEMPLUM CATHEDRALE ARCHIDIOECESIS GUADALAJARENSIS, IN MEXICANA DITIONE.

PIUS PP. XII

Ad perpetuarli rei memoriam. — In ditione Mexicana percelebre est cathedrale templum Guadalajarensis Ecclesiae, quae sua habuit initia sextodecimo saeculo atque olim in Americae territorio amplissimo suam iurisdictionem exercuit. Templo ipsi, memoranda antiquitate insigni, nunc adest Canonicorum Capitulum, cuius cura sacrae functiones animorumque ministerium cum magno cristifidelium emolumento continenter ibideni peragi queunt; ita ut sacra eadem Aedes fundationibus, sodalitiis consociationibusque piis sit ditata; eandemque celebrent frequentia et pietate magna fideles diebus festis civitatis atque archidioecesis Guadalajarensis. Beatae Mariae Virginis vulgo «'de la Rosa» nun c upa tae Imago, perspicua devotione culta, inter alia veneranda simulacra pie servatur in templo eodem, quod praeterea tum sacris Reliquiis tum supellectile magnifica atque arte affabre parata exornatur. Cum profecto Venerabilis Frater Guadalajarensium Archiepiscopus cumulatissime Nobis commendet vota Capituli Cathedralis suae , quod enixas Nobis preces admovit ut occasione septuagesimi quinti anni a quo Sedes, iam tantum episcopalis, Guadalajarensis in Archiepiscopalem erecta est, praefatum templum Cathedrale ad Basilicae minoris dignitatem evehere dignemur, huiusmodi commendationes precesque excipiendas ultro libenterque censemus. Qua re, conlatis consiliis cum Dilecto Filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali, qui Sacrorum Rituum Congregationi praepositus est, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi, perpetuumque in modum, templum Cathedrale archidioecesis Guadalajarensis ad titulum et dignitatem *Basilicae minoris* evehimus. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec in divinorum bonorum auspicium concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam

secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i m. Maii an. MCMXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

A. Card. **MAGLIONE,** *a Secretis Status.*

II

CATHEDRALE TEMPLUM SALTENSE BASILICAE MINORIS TITULO ET PRIVILEGIIS CONDECORATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Provido sane consilio Romani Pontifices officium et munus suum adimplentes libenter excipienda censent Episcoporum vota, quae eo spectent ut suarum ecclesiarum decori dignitateque consulatur. Itaque cum venerabilis Frater Saltensium Archiepiscopus, nunc praesens in Romana Curia, enixas Nobis preces adhibeat ut templum cathedrale Saltense basilicae minoris honoribus privilegiisque decorare velimus, Nos eiusdem Praesulis vota excipienda censemus. Refert enim ipse Cathedrale idem templum, solide exstructum, atque amplitudine insigne, ac supereminenti tholo decoratum, tribus constare navibus, quae pluribus altaribus ornatae sunt artisque operibus ditatae; eodemque sacro in aedificio servari vetustam ac prodigiosam Iesu Christi a Miraculo Imaginem quam christifideles regionis illius impense venerantur. Addit vero ipse Archiepiscopus clerum populumque archidioecesis suae communi desiderio exoptare ut principi templo Saltensi dignitas eadem decernatur. Conlatis itaque consiliis cum Sacra Rituum Congregatione, de certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, enunciatum archidioecesis Saltensis templum cathedrale dignitate ac titulo *Basilicae Minoris* decoramus, omnibus additis iuribus ac privilegiis, quae Sacris huiusmodi dignitate et titulo honestatis Aedibus de iure competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane

fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxrv mensis Maii, anno MCMXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

A. Card. **MAGLIONE**, *a Secretis Status.*

III

TITULUS AC PRIVILEGIA BASILICAE MINORIS ECCLESIAE NOSTRAE DOMINAE A VEPRETO, IN LOCO « EVRON » VALLEGUIDONENSIS DIOECESIS, TRIBUUNTUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Valleguidonensium Episcopus ad Nos refert hodiernum templum in dioecesis suae oppido « Evron » nuncupato ad honorem Nostrae Dominae ä vepretó Deo dicatum, olim fuisse erectum loco veteris sacelli, quod iam proximum exstiterat, quodque una cum adiecto monasterio Normanni saeculo nono diruerant et vastaverant. Pie quidem fertur eandem primam aediculam seu cappellani temporibus Sancti Thuribii exstructam fuisse; eandem cappellani postea, saeculo septimo exeunte, etiam ampliatala ac bonis ditatam Sanctum Hildericum curis monachorum adiecti monasterii credidisse ad populi quoque devotionem erga Beatam Virginem eo ipso in loco excitandam ac servandam. Recentior vero, iam abbatialis nunc saecularis, ecclesia ab undecimo ad quartum decimum saeculum exaedificata est, et tam amplitudine sua et structura sive romanico sive gothico stylo, quam artis operibus insignibus quibus decoratur, una e primoribus sacris aedibus totius regionis habita est; magnamque praecipue admirationem movet chorus eiusdem pulcris columnis statuisque exornatus. Absidis autem altari antiqua imminet e ligno statua Nostrae a vepreto Dominae, quae ulnis suis Infantem Iesum gestat ; Eamdemque christifideles ita venerati sunt ac venerantur, ut e lqngissimo tempore pietate continenti et devotione ipsi ex omnibus finitimis regionibus, peregrinorum etiam more, ad templum Aurionense confluxerint hodieque turmatim confluant. Haec animo repetentes, cum memoratus Valleguidonensium Episcopus, dioecesis sibi commissae cleri populique fidelis vota depromens, amplissimo etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Remensium Archiepiscopi commendationis officio aucta, humillimis enixisque Nos precibus expostulet ut praedictum Nostrae Dominae a vepreto templum titulo dignitateque Basilicae Minoris honestare dignemur, Nos supplicationibus huiusmodi

annuendum censemus. Audito igitur Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, omnibus rei momentis attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis Nostrae plenitudine, praesentium Litterarum tenore, perpetuumque in modum ecclesiam Nostrae Dominae a vepreto, vulgo «de PEpine», dioecesis Yalleguidonensis intra fines in loco «Evron» nuncupato, titulo atque honorificentiis *Basilicae Minoris*f decoramus. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec benigne concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus supernis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die x v mensis Augusti, anno MCMNXXIX, Pontificatus Nostri primo.

A. Card. **MAGLIONE,** *a Secretis Status.*

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. AUGUSTUM TIT. S. MARIAE DE PACE S. R. E. PRESB. CARDINALEM HLONI), ARCHIEPISCOPUM GNESNENSEM ET POSNANIENSEMy QUEM LEGATUM MITTIT AD SEXTUM EX OMNIBUS GENTIBUS CONVENTUM IN CHRISTI REGIS HONOREM I, ABACI PERAGENDUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Exeunte hoc mense, ut libenter didicimus, Labaci, in clara urbe Carniae regionis capite, sextus ex omnibus gentibus Conventus in Christi Regis honorem sollemniter peragetur. Haec enimvero commemoratio regiae potestatis, quae Dei Patris Unigenito plane competit, anxiis hisce trepidisene temporibus opportuna admodum videtur, et christiano in primis nomini, tum universae hominum societati salutares fructus est feliciter -allatum. Profecto pacificum Iesu Christi imperium non est in eos solummodo, qui sacro baptismate rite sunt abluti, sed complectitur etiam

quotquot numerantur christianae fidei expertes, ita ut generis humani universitas sit revera in Filii Dei potestate. Idem pariter fons privatae et communis salutis exstat : « Et non est in alio aliquo salus, nec aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri» *[Act.* IV, 12) ; idem praeterea et singulis et consociatis civibus est prosperitatis auctor sinceraeque beatitatis : «Non enim aliunde beata civitas, aliunde homo; cum aliud civitas non sit, quam concors hominum multitudo» (S. August., *Ep, ad Macedonium).* Itaque, si regiam Christi potestatem homines privatim publiceque agnoverint, innumera sane beneficia civilem consortionem pervadere necesse est. «Tum denique» ut verbis utamur, quae Decessor Noster Leo XIII quadraginta ante annos habuit ad universos sacrorum Antistites, « licebit sanari tot vulnera, tum ius omne in pristinae auctoritatis spem revirescat, et restituentur ornamenta pacis, atque excident gladii fluentque arma de manibus, cum Christi imperium omnes accipient libentes eique parebunt, *atque omnis lingua* confitebitur *quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris))* (Litt. Enc. *Annum, sanctum,* xxv *Maii* MDCCCXCIX). Nos igitur, quibus tantopere est cordi, ut candida pax cum iustitia ubicumque triumphos agat, proxima sollemnia Labaeensia participare, iisdemque quodammodo praesentes, ut antea ediximus, per Legatum Nostrum adesse exoptamus. Te igitur, Dilecte Fili Noster, qui tanta erga Christum Regem pietate ac veneratione flagras, quique et archiepiscopali munere et principis Ecclesiae dignitate emines, Legatili)) Nostrum a Latere eligimus ac renuntiamus, ut, Nostram gerens personam, Conventui ex omnibus gentibus in Christi Regis honorem Labaci ineundo nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideat. Pro certo autem habemus te,' sicut quadriennio ante, quum Eucharistico ex toto lugoslavorum Regnò Congressui praefueris. perhonorificum munus esse fàuste frugifereqúé obiturum. Quo vero celebritas ipsa copiosiores salutis fructus christiano populo afferat, tibi ultro facultatem damus, ut, constituta die, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus nomine Nostro benedicas, plenam iisdem commissorum veniam proponens, ad praescripta Ecclesiae lucrandam. Interea, ut omnium studia ac labores ex communibus optatis succedant, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, pariterque Episcopo Labacensi, eiusque clero ac populo effusa in Domino caritate impertimus

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Iulii, anno MDCCCCXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XII

II

AD EMUM P. D. ADEODATUM IOANNEM TIT. S. PRISCAE S. R; E. PRESB. CARDINALEM PIAZZA, VENETIARUM PATRIARCHAM : OB TER DECIES SAECULARIA A CONDITO TORCELLANO TEMPLO SOLLEMNIA CELEBRANDA.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Consilium istic peropportune est susceptum, ut libenter per epistulam tuam didicimus, tertium decimum saeculum sollemniter celebrandi, ex quo Torcellanum templum, in insula eiusdem nominis apud Venetias situm, e solo est feliciter excitatum. Et sane pervetustum istud templum, gloriosa quondam cathedralis sedes, insigne exstat christianae fidei artisque monumentum.

Pietati enim debetur Christi fidelium, qui, barbarorum irruptiones labemque haereticam effugientes, ex Altini littoribus in Torcellanam insulam commigrarunt, sacrasque aedes Sanctae Mariae Dei Genitrici filiorum caritate dediçavere. Idem templum, circa annum millesimum congruenter amplificatum atque instauratum, etiam nunc basilicae maiestate atque marmoreis musivisque ornamentis splendide nitet, reliquiasque Sancti Heliodori, Altinatis episcopi sodalisque Sancti Hieronymi, praeter venerandas alias religiosissime servat. Integra autem Torcellani populi historia, dum eius prosperitas negotiosis artibus commerciorumque celebritate floruit, religiosam civium fidem eorumque cum Romana Ecclesia coniunctionem una cum rebus praeclare gestis luculenter testatur.

Quapropter iure confidimus, ter decies saecularia sollemnia proxime peragenda, quum tam fervidam maiorum religionem industriamque operam in memoriam Venetorum revocent, salutares uberesque fructus gregi istius Patriarchatus plane esse allatura. Nos itaque, quibus animarum bonum profectusque maxime sunt cordi, non modo suscepta consilia merita laude honestamus, verum etiam fausti eventus celebrationem laeto iucundoque animo per has Litteras participamus. Tibi praeterea, Dilecte Fili Noster, potestatem tribuimus, ut, statuta die, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, Indulgentiam plenariam proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Caelestium interea donorum in auspicium inque peculiaris Nostrae dilectionis pignus, Apostolicam Benedi-

ctiónem tibi, Dilecte Fili Noster, cunctoque clero ac populo tuae vigilantiae concredito peramanter in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi prope Romam, die ix mensis Augusti, anno MDCCCCXXXix, Pontificatus Nostri primo.

' ..Mi

PIUS PP. XII

ALLOCUTIO

Quam Beatissimus Pater habuit, die 30 mensis Septembris anno 1939, adstantibus Emo P. D. Augusto Presb. Cardinale Elond, Archiepiscopo Gnesnense et Posnaniense aliisque e Polonia christifidelibus.

Très chers Fils et Filles,

Vous êtes venus ici implorer Notre Bénédiction, en un moment particulièrement douloureux pour votre Patrie, à une heure tragique de votre vie nationale. Aussi avons-Nous bien rarement senti en Nous intime et ardent autant qu'aujourd'hui, le désir de Nous montrer en fait et en ..paroles ce que, par un choix mystérieux de la Providence, Nous sommes appelé à être ici-bas : le Vicaire et le représentant de Jésus-Christ, l'image vivante de ce Dieu incarné, dont S. Paul a pu dire : « Apparuit benignitas et humanitas» (Tit. III, 4). Oui, c'est la compassion infiniment tendre du Cœur divin lui-même que Nous voudrions en ce moment vous faire voir, entendre, sentir, à vous tous, enfants de la Pologne catholique.

Vous êtes venus sous la conduite de votre vénéré Cardinal-Primat et accompagnés de plusieurs de vos prêtres, comme pour témoigner que votre attachement traditionnel à vos pasteurs, gage de votre dévouement au Pasteur suprême, n'a rien perdu sous le coup des adversités qui vous frappent, et ne se laissera pas ébranler par celles qui vous menaceraient encore.

Vous êtes venus, non pour formuler des revendications, ni pour exhaler des lamentations bruyantes; mais pour demander à Notre cœur, à Nos lèvres, une parole de consolation et de réconfort dans la souffrance. Notre devoir de père est de vous la donner ; et personne assurément n'aurait le droit de s'en étonner. L'amour d'un père s'intéresse à tout ce qui touche ses enfants ; combien plus s'émeut-il de ce qui les blesse ! A chacun d'eux il voudrait redire le mot de S. Paul aux Corinthiens : « Qui de vous

peut, souffrir sans que je souffre avec loi?» *Quis infirmatur, et ego non infirmor Ì* (II Cor. XI, 29). '

Or, il y a des milliers déjà, des centaines de milliers de pauvres êtres humains qui souffrent, victimes atteintes dans leur chair ou dans leur âme par cette guerre, dont tous Nos efforts, vous le savez, ont si obstinément, si ardemment, — mais si vainement, hélas ! — tâché de préserver l'Europe et le monde. Devant Nos yeux passe maintenant, vision d'épouvante affolée ou de morne désespoir* la multitude des fugitifs et des errants, tous ceux qui n?ont plus de patrie, plus de foyer. Jusqu'à Nous montent déchirants les sanglots des mères et des épouses, pleurant les êtres chers qui sont tombés sur le champ de bataille; Nous entendons la plainte désolée de tant de vieillards et d'infirmes, qui restent trop souvent sans doute privés de toute assistance, de tout secours; les vagissements et les pleurs des tout-petits, qui n'ont plus de parents; les cris des blessés et le râlé des moribonds, qui n'étaient pas tous des combattants. Nous faisons Nôtres toutes leurs souffrances, toutes leurs misères, tous leurs deuils. Car F amour du Pape envers les enfants de Dieu ne connaît pas de limites^ pas plus qu'il ne connaît de frontières. Tous les fils de l'Eglise sont chez eux, quand ils se pressent autour de leur Père commun ; tous ont une place dans son cceur.

Mais cette tendresse paternelle, qui fait une part de choix aux affligés, qui voudrait s'arrêter sur chacun d'eux — et dont vous pouvez recevoir aujourd'hui l'immédiat témoignage, — n'est pas l'unique bien qui vous reste, Aux yeux de Dieu, aux yeux de son Vicaire, aux yeux de tous les hommes de bonne foi, il vous reste d'autres richesses; de celles qui ne se gardent pas dans des coffres de fer ou d'acier, mais dans les cœurs et dans les âmes, — Il vous reste d'abord le rayonnement d'une bravoure militaire, qui a rempli d'admiration vos adversaires eux-mêmes, et à laquelle loyalement ils ont rendu hommage.

Il vous reste, nuée lumineuse dans l'actuelle nuit, tous les grands souvenirs de votre histoire nationale, dont dix siècles bientôt révolus ont été consacrés au service du Christ et maintes fois à la magnanime défense de l'Europe chrétienne. Il vous reste surtout une Foi qui ne veut pas se démentir, digne aujourd'hui de ce qu'elle fut jadis, de ce qu'elle était hier encore. Sur les chemins tour à tour tragiques et glorieux, qu'a suivis la Pologne, il a coulé déjà bien des fleuves de larmes et des torrents de sang ; il y a eu des abîmes de douleur ; mais il y a eu aussi des cimes ensoleillées de victoire, des plaines et des vallées pacifiques, illuminées de toutes les splendeurs de la religion, de la littérature et des arts. Dans sa vie mouvementée, ce peuple a connu des heures d'ago-

nié et des périodes de mort apparente; mais il a vu aussi des jours de relèvement et de résurrection. Il y a une chose qu'on n'a pas vue dans votre histoire ; et votre présence ici Nous assure qu'on ne la verra jamais : c'est une Pologne infidèle ou séparée de Jésus-Christ et de son Eglise.

Le pays de St Casimir et de Ste Hedwige, le pays des deux Saints Stanislas, de St Jean de Kenty et de St André Bobola a pu perdre, au cours des âges, plus ou moins longtemps son territoire, ses biens, son indépendance; jamais il n'a perdu sa Foi. Jamais il n'a perdu sa tendre dévotion envers la Vierge Marie, cette « Keine » puissante et douce « de la Pologne», dont l'image miraculeuse est depuis des siècles, dans le sanctuaire de Czestochowa. la consolatrice des douleurs de toute une nation et la confidente de ses indestructibles espérances.

C'est pourquoi Nous sommes assuré, très chers Fils et Filles, que des sentiments si solidement ancrés dans vos âmes ne faibliront pas. Nous voulons d'ailleurs espérer que Dieu, dans sa miséricorde, ne permettra pas que l'exercice de la religion soit entravé dans votre pays ; Nous voulons même espérer, malgré bien des raisons de craindre, inspirées par les desseins trop connus des ennemis de Dieu, que la vie catholique pourra continuer profonde et féconde parmi vous; que vous pourrez renouveler les cérémonies du culte, les manifestations de piété envers l'Eucharistie et d'hommage à la Royauté du Christ, dont vos villes et vos campagnes donnaient récemment encore le magnifique spectacle; que la presse catholique, les institutions charitables, les œuvres sociales, l'enseignement religieux, jouiront de la liberté qui leur est due. C'est pourquoi Nous exhortons spécialement vos pasteurs spirituels à poursuivre, à accroître encore, leurs initiatives dans le champ qui, Dieu aidant, pourra rester ouvert à leur zèle. Quelles que soient les circonstances nouvelles où ce zèle s'emploiera, le premier devoir de tous, pasteurs et brebis, est de persévérer non seulement dans la prière, mais courageusement aussi dans les œuvres, avec une inébranlable confiance.

Car c'est précisément aux heures où la Providence divine semble, pour un temps, se cacher, qu'il est beau, et méritoire, et bon, de croire en elle ! Dans les malheurs qui vous atteignent, dans ceux qui peut-être encore surviendraient, vous ne cesserez donc jamais de voir cette Providence qui ordonne tout à ses fins, qui « ne se trompe jamais dans ses conseils» *(Deus cuius providentia in sui dispositione non fallitur.* — Orat. Lit. Missae, Dom. VII p. Pent.), — et qui, lorsqu'elle laisse peser sur ses enfants une lourde croix, n'a en vue que de les faire plus semblables à leur Sauveur bien-aimé, de les associer plus intimement à son œuvre rédemptrice, et par conséquent de les rendre plus chers à son Cœur. —

Comme ces fleurs de vos pays, qui sous l'épaisse couche des neiges hivernales attendent les souffles tièdes du printemps, vous saurez attendre, dans une prière confiante, l'heure des consolations célestes.

Votre douleur, ainsi tempérée d'espérance, ne sera donc point mêlée de rancune, moins encore de haine. Que votre élan vers la justice reste conforme, car il peut et doit l'être, aux divines lois de la charité. C'est par la justice et la charité, en effet, — et par elles seules, comme Nous ne cessons pas de le redire, — que pourra être enfin rendue au monde, aujourd'hui convulsé, cette paix que, parmi lé tumulte des armes, appelle si anxieusement la clameur des peuples, et pour laquelle, d'un bout du monde à l'autre, des millions d'âmes sincères, même de celles qui ne professent pas la Foi catholique, élèvent leurs prières vers Dieu, seul Maître souverain des hommes et des choses.

Nous ne vous disons pas ; « Séchez vos larmes » ! Le Christ, qui a" pleuré sur la mort de Lazare et sur la ruine de sa patrie, recueille, pour les récompenser un jour> les larmes que vous répandez sur vos chers morts, et sur cette Pologne, qui ne veut pas mourir. Pour le chrétien, qui sait le prix surnaturel de ces perles, les larmes elles-mêmes peuvent donc avoir leur douceur. Et n'y a-t-il pas d'ailleurs, en chacun de vous, un peu de l'âme de votre immortel Chopin, dont la musique a réalisé ce prodige, de faire de la joie profonde et intarissable avec nos pauvres larmes humaines? Si l'art d'un homme a pu aller jusque-là, où n'iront-elles pas, dans l'art de bercer nos douleurs intimes, la sagesse et la bonté de Dieu ?

Comme gage des faveurs célestes, que Nous implorons pour vous, très chers Fils et Filles, Nous vous donnons avec effusion de cœur Notre Benediction Apostolique. Nous étendons cette Bénédiction à tous les enfants de la nation polonaise, et plus particulièrement aux personnes que chacun de vous a présentes dans ses intentions ou ses souvenirs.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

BATHURSTENSIS *IN* CANADA - MONCTONENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESANORUM

Excmi PP. DD. Arthurus Melanson, Archiepiscopus Monctonensis, et Patritius Chiasson, Episcopus Bathurstensis in Canada, communi consensu supplices obtulerunt preces Apostolicae Sedi, ut territoria paroeciarum *Rogersville et TLarwicke,* modo inter duas dioeceses divisa, ad obtinendam unitatem in administratione spirituali, integre pertinerent ad archidioecesim Monctonensem.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. PP. XII, rei opportunitate perpensa, praehabito favorabili voto Excmi P. D. Hildebrandi Antoniutti, Archiepiscopi titularis Synnadensis in Phrygia ac Delegati Apostolici in Ditione Canadensi, oblatas preces benigne excipiendas decrevit.

Quapropter, vi praesentis Consistorialis Decreti, statuit ut partes territorii praefatarum paroeciarum *Rogersville* et *HarwicJce,* quae spectant ad dioecesim Bathurstensem in Canada, ab ipsa dioecesi seiungantur, atque archidioecesi Monctonensi aggregentur, mutatis hac ratione finibus earumdem dioecesium.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputare dignata est praefatum Excmum D. Hildebrandum Antoniutti, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidem facto onere mittendi quamprimum ad hanc S. Congregationem Consistorialem authenticum exemplar exsecutionis actus. Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 13 Maii 1939.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. $ S.

V. Santoro, *Adsessor.*

. .v,.; II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore providere dignatus est, nimirum :

die 1 iulii 1939. — Titulari episcopali Ecclesiae Verbianae praefecit Exc. P. D. Iosephum Manriquez y Zarate, hactenus Episcopum Huejutlensem.

die 5 octobris 1939. — Cathedrali Ecclesiae Ergadiensi et Insularum R. D. Donaldum Campbell, parochum in eadem dioecesi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Iliensi R. D. Iacobum Maguire, parochum in archidioecesi S. Andreae et Edimburgensi, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Ioannis Toner, Episcopi Dunkel den sis.

die S octobris 1939. — Cathedrali Ecclesiae Baionensi R. D. Edmundum Vansteënberghe, Professorem in facultate Theologica Argentoratensi.

— Cathedrali Ecclesiae Lingonensi R. D. Aloysium Chiron, Vicarium Generalem dioecesis Lucionensi».

***die** 11 octobris Ï939.* — Cathedrali Ecclesiae Verae Crucis Exc. P. D. Emmanuelem Pium Lopez, hactenus Episcopum Tacambarensem.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

PROVISIO ECCLESIAE

Ssmus D. N. Pius div. Prov. Papa XII, decreto S. Congregationis pro Ecclesia Orientali die 25 mensis aprilis anno 1939 dato, cathedrali Ecclesiae Hajdudoroghensi praefecit R. P. Nicolaum Dudas, ex Ordine Basiliano S. Iosaphat.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

DE KOANGO ET DE IPAMU

DECRETUM

INTER VICARIATUM APOSTOLICUM DE KOANGO ET PRAEFECTURAM APOSTOLICAM DE IPAMU FINES IMMUTANTUR.

Quo aptius Catholicae Fidei propagatione, in Congi Belgici finibus prospiceretur, visum est limites immutare inter Vicariatum Apostolicum de Koango, qui Patribus ex Societate Iesu concreditus est, atque Praefecturam Apostolicam de Ipamu, curis Congregationis Oblatorum B. M. V. Immaculatae commissam.

Quapropter Emi ac Revmi Patres Cardinales, huic Sacro Consilio Christiano Nomini Propagando praepositi, in plenariis comitiis die 8 Aprilis vertentis anni habitis, re mature perpensa atque attentis tum favorabili voto Exc. P. D. Ioannis Dellepiane, Delegati Apostolici in Congo Belgico, tum duorum Ordinariorum, quorum interest, concordi sententia, eam censuerunt territorii partem a Praefectura Apostolica de Ipamu distrahendam et Vicariatui Apostolico de Koango adnectendam, quae in sinistra ripa fluminis Kamtsha usque ad 4° 10' parallelum sita est, necnon eam territorii partem a Vicariatu Apostolico dè Koango distrahendam et Praefecturae Apostolicae de Ipamu adnectendam, quae a 4° 10' parallelo usque ad 4° parallelum, inter cursus Libongo et Dule fluminum comprehenditur; ita ut deinceps limites inter Vicariatum Apostolicum de Koango et Praefecturam Apostolicam de Ipamu in memorata finium parte hi habeantur, a meridie ad septentrionem versus: in primis cursus Kamtsha fluminis usque ad 4° 10' parallelum, exinde 4° 10' parallelos usque ad scaturigines Libongo fluminis, tandem cursus Libongo fluminis usque ad locum, quo in Kasai flumen influit.

Hanc vero Eminentissimorum Patrum sententiam, in audientia diei 25 eiusdem mensis et anni Ssmo Domino Nostro Pio Div. Prov. Pp. XII ab infrascripto huius Sacrae Congregationis Secretario relatam, ipse

Summus Pontifex ratam habere et confirmare dignatus est, praesensque ad rem Decretum expediri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 25 Aprilis mensis, anno Domini 1939.

P. Card. **FUMASONI BIONDI**, *Praefectus.*

L. © S. "

t Celsus Costantini, Arch. tit. Theodos., *Secretarius.*

II

BENGASIN.

DECRETUM

MUTATIONIS TITULI VICARIATUS

Cum, in Libyae Orientalis finibus, e territorii parte, quae civilem provinciam, cui nomen « Derna », complectitur, distracta a Vicariatu Apostolico de Cyrenaica, Vicariatus Apostolicus Dernensis ita erectus fuerit, ut Vicariatus Apostolicus de Cyrenaica in totam Cyrenaicae regionem non amplius pateat, Emi ac Revmi Patres, huic S. Congregationi de Propaganda Fide praepositi, in plenariis comitiis die 15 Maii mensis vertentis anni habitis, memoratum Vicariatum de Cyrenaica dehinc Vicariatum Apostolicum Bengasinum, ab urbis in ea regione principis nomine, nuncupandum esse censuerunt.

Quam Emorum Patrum sententiam, Ssmo Domino Nostro Pio Div. Prov. Papae XII in audientia diei 25 eiusdem mensis et anni ab infrascripto huius S- Congregationis Secretario relatam, Ipse; Summus Pontifex benigne excipiens, ratam habuit et confirmavit, atque praesens ad id Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 22 Iunii mensis, anno Domini 1939.

P. Card. **FUMASONI BIONDI**, *Praefectus.*

L. $ S.

f Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius.*

III

TRIPOLITANIAE LIBYAE

DECRETUM

NOMINIS DETERMINATIO

Cum, in Libyae Occidentalis finibus, e territorii parte, quae civilem provinciam, cui nomen « Misurata» complectitur, a Vicariatu Apostolico Tripolitaniae distracta, Praefectura Apostolica Misuratensis ita erecta fuerit, ut Vicariatus Apostolicus Tripolitaniae in totam Tripolitaniae regionem non amplius pateat, Emi ac Revmi Patres, huic S. Congregationi de Propaganda Fide praepositi, in plenario coetu die 15 Maii mensis vertentis anni habito, eundem Vicariatum dehinc Vicariatum Apostolicum Tripolitanum in Libya, ab urbis in ea regione principis nomine, nuncupandum esse censuerunt.

Quam Emorum Patrum sententiam Ssmo Domino Nostro Pio Div. Prov. Papae XII in audientia diei 25 eiusdem mensis et anni ab infrascripto huius S. Congregationis Secretario relatam, Ipse Summus Pontifex benigne excipiens, ratam habuit et confirmavit, atque praesens ad id Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 22 Iunii mensis, anno Domini 1939.

P. Card. **FUMASONI BIONDI**, *Praefectus.*

L. £8 S.

f Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius.*

IV

CONGI SUPERIORIS

DECRETUM

DE MUTATIONE NOMINIS VICARIATUS

Cum in Congi regionibus praeter Vicariatum Apostolicum Congi Superioris aliae quoque ecclesiasticae circumscriptiones habeantur quae Congi nomine nuncupentur, Emi ac Revmi Patres huic S. Congregationi de Propaganda Fide praepositi, in plenariis comitiis die 10 vertentis mensis Iulii habitis, memoratum Vicariatum Apostolicum deinceps Balduinopolitanum, ab illius regionis urbis principis nomine, in qua Vica-

rius Apostolicus eiusdem Vicariatus residet, appellandum esse censuerunt.

Quam Emorum Patrum sententiam, in audientia diei 11 eiusdem mensis et anni ab infrascripto huius S. Congregationis Secretario Ssmo Domino Nostro Pio Div. Prov. Papae XII relatam, Ipse Summus Pontifex ratam habere et confirmare dignatus est, atque hoc ad rem Decretum expediri mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 11 Iulii mensis, anno Domini 1939.

P. Card. **FUMASONI BIONDI**, *Praefectus.*

.L. S.

I. Chiavoni, *Subsecretarius.*

V

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis, ut infra, datis decretis Sacri Consilii Christiano Nomini propagando, Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XII dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum:

die il mensis Iulii 1939. — Titulari episcopali Ecclesiae Athyrensi praefecit R. P. Henricum Martinum Mekkelholt, e Congregatione Sacerdotum a Sacro Corde Iesu, hactenus Praefectum Apostolicum de Benkoelen, quem constituit Vicarium Apostolicum Palembangensem.

die 13 mensis Septembris. — Titulari episcopali Ecclesiae 'Tigiensi R. D. Ioannem Lucalo, Societatis S. Francisci Salesii sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum Dernensem..

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis : / iH

CASALEN.

NULLITATIS MATRIMONII (FERRERÒ—MESSINI)

Cum ignorentur locus actualis commorationis Dñi Eligii Messini, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 22 Novembris, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Eligii Messini, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.

Henricus Caiazzo, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 6 Octobris 1939.

, • • Aegidius Del Corpo, *Notarius.*

*" Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Eloi Messini, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 94) le 22 novembre 1939, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessus rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaire des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Eloi Messini devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Mercoledì, 18 ottobre 1939, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Dottor STANISLAO G-IKD-VAINIS, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica di Lituania, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. 8.-:

7	marzo	1939.	Monsig. Giuseppe Sette, della diocesi di Vicenza.
17	maggio	»	Monsig. Antonio Gerardo Ellis, del Vicariato Apostolico di Curaçao.
»	»	»	Monsig. Valentino Buiatti, dell'archidiocesi di Udine.
»	»	»	Monsig. Giovanni Castellani, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Olivo Cornelii, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Enrico Da Ronco, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Isaia Isola, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Federico Pilutti, della medesima archidiocesi.
25	»	»	Monsig. Ottavio Caracca, dell'archidiocesi di Zara.
8	giugno	»	Monsig. Agostino Volosyn, della diocesi di Munkas dei Ruteni.
»	»	»	Monsig. Tommaso Fonticelli, della diocesi di Savona.
»	»	»	Monsig. Giovanni Suetta, della medesima diocesi.
13	»	»	Monsig. Ernesto Favagrossa, della diocesi di Acquapendènte.
15	»	»	Monsig. Tommaso Adamson, delParchidiocesi di Liverpool.
»	»	»	Monsig. Arturo Cocks, della diocesi di Southwark.
»	»	»	Monsig. Carlo Coote, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Federico Northcote, della medesima diocesi.
))	»	»	Monsig. Giorgio Wallis, della medesima diocesi.
29	»	»	Monsig. Ernesto Civardi, della diocesi di Pavia.

5 luglio 1939. Monsig. Antonio Chiesa, della diocesi di Cesena.
» » » Monsig. Aldo Severi, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Antonio Bonnici, della diocesi di Malta.
» » » Monsig. Domenico Cutàjàr, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Darmanin, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Edoardo Farrugia Bugeja, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco Medici della diocesi di Pergola.
» » » Monsig. Giuseppe Rinolfi, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Agostino Tittoni, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Fereira Antero, dell'archidiocesi di S. Sebastiano di Rio de Janeiro.
» » » Monsig. Giacoomo Sabba Battistoni, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Antonio Girolamo de Carvalho Rodríguez, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Emanuele Florentino Gomes da Silva, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Leovigildo Franca, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Antonio Gonçalves de Rezende, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Francesco MacDovel, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Felice Magàldi, della medesima archidiocesi.
» » » Moñsig. Enrico de Magalhaes, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Benedetto Marinho de Oliveira, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Maria Martins Al ves da Rocha, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Emanuele Martins de Moraes, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Cicerone Porteila Nunez, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Pietro Gastone Ribeiro da Veiga, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Michele de Santa Maria Mochon, della medesima archidiocesi.
4 » » Monsig. Antonio Campisi, della diocesi di Agrigento.
» » » Monsig. Libertino Cardella, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Antonino Càtarella, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Angelo Curella, della medesima diocesi.
» » » Moñsig. Michele Di Bartolo, della medesima diocesi.

11 luglio 1939. Monsig. Angelo Lombardo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco Piazza, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Angelo Scrudato, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Antonio Sutera, della medesima diocesi,
» » » Monsig. Ignazio Asílente, della meedsima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Anaya, delParchidiocesi di Messico.
» » » Monsig. Giuseppe a Pace Garcia, della medesima archidiocesi.
» • » » Monsig. Agostino Falath, dell'amministrazione apostolica di Tirnavia.
» » » Monsig; Emilio Funczik, della medesima amministrazione apostolica.
» « » Monsig. Giuseppe Minarik, della medesima amministrazione apostolica.
» » » Monsig. Giuseppe Srobar, della medesima amministrazione apostolica.
» » » Monsig. Emilio Szillaba, della medesima amministrazione apostolica.
» » » Monsig. Francesco Vegh, della medesima amministrazione apostolica.
27 » » Monsig. Pasquale Beccuzzi,, della diocesi di Conversano.
M agosto » Monsig. Bernardo Angelini, della diocesi di Foligno.
» » » Monsig. Giuseppe Botti Veglia, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Emilio Falcinelli, della medesima diocesi.
» ' » » Monsig. Luigi Fa veri, della medesima diocesi.
•» » » Monsig; Guido Falcucci, della diocesi di Norcia.
» » 5) Monsig. Giuseppe Palma, della diocesi di Ostuni.
» » » Monsig. Riccardo Varesi, della diocesi di Parma.
» » » Monsig. Carlo Romànini della diocesi di Tortona.
10 » » Monsig. Rodolfo Barbieri, della diocesi di Adria.
» » » Monsig. Giuseppe Marchesani, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Ernesto Piana, della medesima diocesi.
•» » » Monsig. ; Ottaviano Rosatti, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni V. Planché, della diocesi di Alessandria.
» » » Monsig. Federico Alvigini, dell'archidiocesi di Bari.
» » » Monsig. Leonardo Ambrosini, della medesima archidiocesi. '
» » » Monsig. Bartolomeo Andriola, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Nicola Di Zonno, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Antonio Masellis, della medesima archidiocesi.
» » ' » Monsig. Vito Giuseppe Tricarico, della medesima archid.

JO	agosto	1939*	Monsig. Alberto De Filippis, delia diocesi di Cava e Sarno.
»	»	»	Monsig. Luigi Lazzerini, della diocesi di Chiusi e Pienza.
»	»	»	Monsig. Carlo Davide Savarè, della diocesi di Lodi.
»	»	»	Monsig. Ernesto Noceti, della diocesi di Luni.
«	»	»	Monsig. Carlo Bandini, della diocesi di Mbdigliana.
»	»	»	Monsig. Enrico Cicognani, della medesima diocesi.
»	» -	»	Monsig. Stefano Fregnani, della medesima diocesi.
«	»	»	Monsig. Luigi Montuschi, della medesima diocesi.
»	»•	»	Monsig. Lorenzo Poggiolini, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Zappala, della diocesi di Patti.
»	»	»	Monsig. Romano Paolo Furia (Roma).
»	»	»	Monsig. Pietro Passaro, dell'Abbazia della Ssma Trinità di Cava dei Tirreni.
»	»	»	Monsig. Augusto Casadei, della diocesi di Sarsina.
»	»	»	Monsig. Colomano Ferdényi, della diocesi di Satu Mare e Ora dea Mare.
	»	»	Monsig. Giovanni Krisztik, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giulio Lipcsey, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Stefano Mellan, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Carlo Pakocs, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Francesco Pészeki, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Pop, della medesima diocesi.
20	•»	»	Monsig. Pasquale Tunzi, dell'archidiocesi di Bari.
24	»	»	Monsig. Giovanni Batt. Imperiali, della diocesi suburbicaria di Sabina e Poggio Mirteto.
»	»	»	Monsig. Flavio Papi, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Mazzarolli, della diocesi di Trieste e Capodistria.
»	»	»	Monsig. Emilio Stolta, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Verdenelli, della diocesi di Cingoli.
'Vi	settembre	»	Monsig. Lodovico Silvestrini, della diocesi di Faenza.
»	»	)>	Monsig. Pier Guido Barai, della diocesi di Pescia.
21	»	»	Monsig. Alessandro De Casto, della diocesi di Acqui.
»	»	»	Monsig. Agostino Parodi, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Alessandro Soave, (della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Domenico Somaglia, della medesima diocesi.
>>'•'•••	»	»	Monsig. Francesco Cornelii, dell'archidiocesi di Udine.
28	»	»	Monsig. Angelo Raffaele Cioffi, della diocesi di Brooklyn.
»	»	»	Mönsig. Guglielmo Francesco Daley, della medesima diocesi.
'»••	»	»	Monsig. Giacomo Enrico Griffiths, della medesima diocesi.
• •"	»	»	Monsig. Tommaso Giuseppe Leonard, della medesima diocesi.

28 settembre 1939. Monsig. Daniele Giuseppe McCarthy, della medesima diocesi.
» »)) Monsig. Tommaso Luigi Nummey, della medesima diocesi.
» » » Mönsig. Francesco Giovanni Oechsler, della medesima diòcesi.
» » » Monsig. Giovanni Girolamo Reddy, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Edmondo Giuseppe Reilly, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Giuseppe Robinson, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Patrizio Rogers, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Tommaso Sharkey, della medesima diocesi.
» < » » Monsig. Francesco Emilio Strenski, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Vogel, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Domenico Wynne, della medesima diocèsi.
» » » Monsig. Giovanni C. Dnbourgel, della diocesi di Corpus Christi.
» » » Monsig. Vito Graf eo, della diocesi di Dallas.
» » » Monsig. Vendelino Nold, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Patrizio Giuseppe O'Beirne, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni S. O'Connor, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni R. Mulroy, della diocesi di Denver.
» » » Monsig. Giovanni W. Keyes, della diocesi di Kansas City.
» » » Monsig. Francesco G. McCaffrey, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Tommaso B. McDonald, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giacomo N. V. McKay, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Cornelio M. Scanlan, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Enrico Schilling, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Matteo D. Tierney, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Leslie V. Barnes, della diocesi di Lincoln.
» » » Monsig. Maurizio W. Hellmann, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Clarenzio G. Riordan, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni G. Crowley, dèlia diocesi di Monterey-Fresno.
» » » Monsig. Mcola G. Wegrier, della diocesi di Omaha.
» » » Monsig. Giovanni Mucciarelli, della diocesi di Pienza.
» » » Monsig. Giovanni Frei, della diocesi di San Gallo.
» » » Monsig. Dionisio G. Karie, della diocesi di Scranton.

28 settembre 1939. Monsig. Giuseppe V. Miliauskas, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni S. Sobota, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Stanislao E. Szpotanski, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco P. Valverde¿ della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni V. Vaughan, della medesima diocesi.
» y> » Monsig. Edoardo Canili, della diocesi di Springfield-Ili.
» » » Monsig. Tommaso E. Cusak, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Amos E. Giusti, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Gioacchino Malïei. della medesima diocesi.
» » » Monsig. Tommaso F. McGrath, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Timoteo Moloney, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Guglielmo Sloan, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco G. Macelwane, della diocesi di Toledo Ohio.

Camerieri Segreti Soprannumerari di Spada e Cappa di S. S.:

7 marzo 1939. Il sig. Conte Enrico Pocci (Roma).
9 » » Il sig. Giacomo D.'Scanlan, dell'archid. di Westminster.
15 giugno U sig Cedric Baxter, delParchidiocesi di Liverpool.
» » Il sig. Agostino Harford, della medesima archidiocesi.
» » Il sig, Giovanni Reynolds della medesima archidiocesi.
20 luglio Il sig. Conte Alberto Bennieelli (Roma).
10 agosto U sig. Carlo I. Denechaud, delParchidiocesi di New Orleans.
10 settembre » S. E. Vasco de Quevedo Pessanha, della diocesi di Viseu.
28 » »- U sig. Vincenzo A. Carroll, dell'archidiocesi di Filadelfia.
Il sig- Matteo H. McCloskey, della medesima archidiocesi.
li sig, Furey Ellis, della medesima archidiocesi.
Il sig, Luigi L. Fitzpatrick della medesima archidiocesi.
U sig- Giuseppe F. Gallagher, della medesima archidiocesi.
li sig, Ignazio G. Horstmann, della medesima archid.
Il sig- Guglielmo H. Long, della medesima archidiocesi.
li sig- Murtha P. Quinn, della medesima archidiocesi.
li sig- Tommaso C. Quirk, della medesima archidiocesi.
li sig Guglielmo Simpson, della medesima archidiocesi.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

17 maggio 1939. Monsig. Ermenegildo Bosco, dell'archidiocesi di Udine.
» » » Monsig, Pietro Dell'Oste, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Fontana, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Luigi Goricizzo, della medesima archidiocesi.

17 maggio 1939. Monsig. Giuseppe Grosso, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Alberto Manzano, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Vittorio Tonello, della medesima archidiocesi,
5 giugno » Monsig. Pietro Dolciotti, della diocesi di Senigallia.
» luglio » Monsig. Giuseppe Alvisi, della diocesi di Cesena.
» » » Monsig. Giovanni Gori, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Achille de Mello dell'archidiocesi di San Sebastiano di Rio de Janeiro.
» » » Monsig. Antonio Paes Cintra, della medesima archid.
14 » » Monsig. Eugenio Manzanedo, dell'archidiocesi di Angelopoli.
), » » Monsig. Porfirio Ruiz, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Aurelio Toriz, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Leopoldo Villànueva, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Paolo Berkes, dell'amministrazione apostolica di Tirnavia.
» » » Monsig. Giulio Gaudnik, della medesima amministrazione apostolica.
» » » Monsig. Agostino Raska, della medesima amministrazione apostolica.
» » » Monsig. Michele Tarek, della medesima amministrazione apostolica.
» » » Monsig. Geysa Zubek, della medesima amministrazione apostolica.
3 agosto » Monsig. Corrado Fadini, della prelatura di Pompei.
» » » Monsig. Basilio Mmgardo, della diocesi di Padova.
» » » Monsig. Francesco Silvestrini, del patriarcato di Venezia.
10 agosto » Monsig. Eraclio Mazzocco, della diocesi di Adria.
» » » Monsig. Acaste Bresciani, della diocesi di Montefiascone.
» » » Monsig. Liberato Tarquini della medesima diocesi.
» » » Monsig. Augusto Ranieri, della diocesi, suburbicaria di Porto e Santa Rufina.
»• » » Monsig. Giuseppe Baccari, dell'abbazia della Ssma Trinità di Cava.
» » » Monsig. Luigi Lombardi, della medesima abbazia.
» » » Monsig. Angelo Gennai, della diocesi di Volterra.
)) » » Monsig. Carino Molesti, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Ulderico Sardi, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Tito Gallori, della medesima diocesi.
24 » » Monsig. Mario Ceconi, della diocesi di Concordia.
» » » Monsig. Emilio Caiola, della diocesi di Mantova.
28 settembre » Monsig. Raniero Binaco (Roma).

Camerieri d'onore sopranmim erari di Spada e Cappa di S. S.r

13 aprile 1939. Il sig. Pietro Claii, dell'archidiocesi di Trento.
20 luglio)> Il sig. Francesco Luigi Bavaglia, della diocesi di Forlì.
17 agosto » Il sig. Giovanni Maria de Marinis, dell'archidiocesi di Aquila.
31 agosto » il sig. Domenico Patrizi, della diocesi di Orte.

Cappellani Segreti d'onore di S. 8.:

10 agosto 1939. Monsig. Domenico Bernardi, dell'archidiocesi di Bologna..
» » » Monsig. Giuseppe Horváth, della diocesi di Kosnavia.
11 luglio » Monsig. Leopoldo Langmar, della diocesi di Veszprimia..
» » » Monsig. Giuseppe Németh, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Lodovico Vegele, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Alessandro Buzna, dell'amministrazione apostolica di Tirnavia.
» » » Monsig. Carlo Jaross, della medesima amministrazione apostolica.
» » » Monsig. Giovanni Ochaba, della medesima amministrazione apostolica.

Cappellani d'onore extra Urbem *di S. 8.:*

17 maggio 1939. Monsig. Luigi Palla, dell'archidiocesi di Udine.
14 luglio- » Monsig. Paolo Siska, dell'amministrazione apostolica di Tirnavia.
» » » Monsig. Giovanni Evang. Tyukoss, della medesima amministrazione apostolica.
3 agosto » Monsig. Ruggero Lovazzaiio, della diocesi di Tortona.
» »)> Monsig. Domenico Ragona, della diocesi, eli-Tricarico.
13 settembre »• Monsig. Antimo Climaeo, délai diocesi di Ischia.
« » » Monsig. Dante Biagiotti, della diocesi di Pescia.

NECROLOGIO

17 agosto 1939. Monsig. Enrico Lécroart, Arcivescovo tit. di Anchialo.
il settembre » Monsig. Paolo Alegría, Vescovo tit. di Zorolo.
21 » » Monsig. Paolo Bruchési, Arcivescovo di Montreal.
1 ottobre » Monsig. Francesco David, Vescovo di Amadia dei Caldei.
Emo Signor Card **GIORGIO GUGLIELMO MUNDELEIN**, Arcivescovo di Chicago.

2	ottobre	1939.	Monsig. Agostino Giovanni I. Schwertner, Vescovo di Wichita.
3	»	»	Monsig. Norberto Rousseau, Vescovo di Le Puy-en-Velay.
6	»	»	Monsig. Giuseppe Francesco Maria Julliot, Vescovo tit. di Assume.
8	»	»	Monsig. Giovanni Castel, Vescovo di Tulle.
11	»	»	Monsig. Giuseppe Vilfrido Dwyer, Vescovo di Wagga-Wagga.
14	»	»	Monsig. Tommaso Gilmartin, Arcivescovo di Tuam.
»	»	»	Monsig. Alberto Romita, Vescovo di Boiano-Campobasso.

PONTIFICIA COMMISSIO DE RE BIBLICA

MONITUM

In *Actis Ap. Sedis* anni 1938, p. 420 prodiit *Monitum de praemiis a Pontificia Commissione Biblica conferendis* auditoribus cursus theologici sive in Seminariis maioribus sive in Facultatibus theologicis. Ibidem dicebatur dissertationes usque ad diem 31 mensis Octobris 1939, ad Secretarium Pontificiae Commissionis Biblicae esse mittendas.

Consideratis adiunctis temporis, de mandato Euri Cardinalis Praesidis eiusdem Commissionis, suspenditur concursus ad tempus.

Romae, die 22 Septembris 1939.

Iacobus M. Vosté, O. P., *Consultor ab actis.*

An. et vol. XXXI 28 Octobris 1939 (Ser. II, v. VI) - Num. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

LITTERAE ENCYCLICAE

VENERABILIBUS FRATRIBUS PATRIARCHIS, PRIMATIBUS, ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS, ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS.

PIUS PP. XII

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Summi Pontificatus dignitatem gravissimasque curas, nullis Nostris meritis, arcano consilio suo Deus Nobis concredidit quadragesimo vertente anno, ex quo Decessor Noster immortalis memoriae Leo XIII, superiore iam iam labente saeculo, proximeque adventante Anno Sacro, humani generis consecrationem divinissimo Cordi Iesu ubique terrarum agendam indixit.

Intima consensione oblectationeque maxima tum veluti supernum nuntium Encyclicas eas excepimus Litteras « Annum Sacrum »,[1] cum, Nobis sacerdotale munus auspicantibus, ad aram operaturis « Introibo ad altare Dei »[2] recitare licuit. Et quo ardenti studio cogitationibus consiliisque animum adiecimus Nostrum, quibus mandatum illud conformabatur, non sine providentis Dei instinctu a Pontifice susceptum, qui manifesta

[1] *Acta Leonis,* **vol. XIX, p. 71.**

[2] **Ps. XLII, 4.**

et occulta aetatis suae vulnera necessitatesque tam acri ingenii sui acie inspexerat. Quamobrem gratam non profiteri voluntatem Nostram caelesti Num ini non possumus, quod Pontificatus Nostri initium in hunc iussit incidere annum, quo eventus ille memoratu dignus recolitur, qui primum sacerdotii Nostri annum suavissime affecit; ac libentissime hanc opportunitatem nacti, sanctissimisque eiusdem Decessoris Nostri consiliis obsecuti, cultum « Regi regum et Domino dominantium »[3] debitum, quasi auspicalem precem esse volumus pontificalis muneris Nostri. Estoque idem cultus et principium, quo nituntur, et propositum, quo intendunt cum voluntas ac spes Nostra, tum doctrina ac pastoralis navitas, tum denique laborum aerumnarumque tolerantia, quam quidem ad Iesu Christi regnum propagandum unice devovemus.

Si externarum rerum casus interioraque animorum incrementa per quadraginta hos annos habita sub luce aeternitatis meditamur, atque hinc ortas amplitudines, illinc vero defectiones metimur, illa profecto humani generis Iesu Christo Regi dedicatio luculentius usque Nobis praebet quantum sacrae significationis habeat, quid, quasi indito signo, hortetur omnes, ac quantopere eos purificet, relevet, sancteque corroborando tueatur; itemque non minus luculenter oculis observatur Nostris quam sapientissime eadem enitatur universam hominum communitatem persanare eiusque veri nominis prosperitatem provehere. Atque haec eadem dedicatio videtur Nobis quasi notationis divinaeque gratiae nuntius non modo Ecclesiae, sed cuncto etiam humano generi datus, quod, incitamentis ac regimine indigens, e via abstrahebatur recta, atque in terrenas res se ingurgitans, easque solummodo affectans, miserrime conficiebatur; nuntius hominibus omnibus, qui numero increbrescentes cotidie magis a Iesu Christi fide, immo etiam ab agnoscenda observandaque eius lege abducebantur; nuntius denique qui illam vitae rationem aversabatur, passim iam invectam,

[3] Cf. *I Tim.* VI, lo; *Apoc.* XIX, 16.

qua caritatis praecepta seseque ac sua abnegandi doctrina, per evangelicum in monte habitum sermonem promulgata, itemque divina amoris actio in Cruce patrata offensio atque stultitia videbantur. Quemadmodum olim Redemptoris Praecursor iis, qui studiose sciscitabantur, idcirco proclamabat: « Ecce Agnus Dei»,* ut eos admoneret Expectatum gentium,[5] etsi ignotum, inter eos commorari, ita Iesu Christi Vicarius iis omnibus, qui — infitiatores, nutantes, ancipites — vel gloriosum sequi Redemptorem renuebant, nullo non tempore in Ecclesia sua viventem operantemque, vel eum segniter neglegenterque sequebantur, obsecrando obtestandoque acclamabat: ((Ecce Rex vester » .[6]

Iamvero ex propagato auctoque in animis cotidie magis cultu Sacratissimi Cordis Iesu — quod quidem non modo ex humani generis consecratione, vergente ad exitum superiore saeculo, eidem facta, sed ex instituto etiam a proximo p. r. Decessore Nostro Iesu Christi Regis festo evenit[7] — innumerabilia prorsus christifidelibus orta sunt bona, quasi « fluminis impetus » qui « laetificat civitatem Dei ».[8] Ac quaenam, magis quam nostra aetas, hisce bonis indiguit? Quaenam, magis quam nostra, quamvis machinamentorum omne genus externarumque rerum progressionem protulerit, animi ieiunitate intimaque egestate spiritus laboravit? Quadrat utique in eam perspicuum illud Apocalypsis : « Dicis : dives sum, et locupletatus, et nullius egeo; et nescis, quia tu es miser et miserabilis, et pauper, et caecus, et nudus? »[9]

Nihil profecto magis urget, Venerabiles Fratres, quam nostrorum temporum hominibus « evangelizare investigabiles divitias Christi » .[10] Nihil sane nobilius, quam divini Regis ve-

[4] **Io., I, 29.**
*** Cf.** AGG., **II, 8.**
[6] **Io., XIX, 14.**
[7] **Cf. Litt. Enc.** *Quas primas, A. A. S.,* **1925.**
[8] **Cf. Ps. XLV, 5.**
[9] *Apoc.* **III, 17.**
[10] *Eph.,* **III, 8.**

xilla pandere ac sublime coram eis ventilare, qui fallacia signa subsecuti sint, atque ad victricem Crucem eos feliciter reducere, qui ab ea misere discesserint. Quis igitur, cum tam magnam fratrum sororumque multitudinem cernat, qui erroribus obcaecati, cupiditatibus deleniti, ac praeiudicatis opinionibus devii, a germana Dei fide aberraverint et a salutari Iesu Christi evangelio, quisnam, dicimus^ caritate non ferveat atque iisdem ultro libenterque suppetias non veniat? Quicumque enim sive ex sacerdotali, sive ex laicorum ordine, *Christi militiam* participat, cur ad vigilandum magis ad tuendamque acrius rem nostram se excitatum non sentiat, cum Christi inimicorum turbas formidolosius usque increscentes videat, atque mendacis huiuscemodi doctrinae praecones aspiciat, qui, ut salutiferam christianae fidei veritatem virtutemque renuunt, vel ab actione vitae prohibent, ita videntur impietate summa Dei praeceptorum tabulas infringere, ut in earum locum alias normas sufficiant, in quibus et moralis disciplinae principia per Sinaiticam revelationem proposita et divinus ille afflatus, qui ex Cruce Christi ex eiusque sermone in monte habito profluit, omnino respuuntur? Omnes procul dubio exploratum habent, non sine animi aegritudine, horum errorum germina mortiferam sane segetem in eis edere, qui, etsi cum quietis securisque fruebantur rebus, Christi sectatores se profitebantur, cum tamen indurata vi insistere, contendere, perpeti, et occultas apertasve insectationes tolerare oporteat, christianos nomine tenus, dubios, ignavos imbecillosque se gerunt, et a iacturis abhorrentes, quas religionis professio iubeat, cruenta divini Redemptoris vestigia persequi non valent.

Afferat igitur omnibus, Venerabiles Fratres, in his rerum temporumque condicionibus, Iesu Christi Regis festum, quod iam appétit, et quo Encyclicas primum a Nobis datas Litteras accipietis, divinae gratiae munera, quibus quidem mortalium animi evangelica virtute redintegrentur, et Christi Regnum usque quaque producatur ac virescat. Dedicatio humani generis Sacratissimo Iesu Christi Cordi, quae eo die sollemni ritu

peculiarique pietate agetur, populorum ac nationum omnium fideles ad Aeterni Regis aram congreget, ut eum iidem adorent, sua caeterorumque piacula expient, atque eidem sanctissimaeque veritatis amorisque legi suae fidem per omne aevum religiose iurent. Tum supernam hauriant gratiam christiani omnes, in quibus caelestis ignis, quem Christus Dominus nobis attulit, flammescat ac fulgeat. Gratiam itidem hauriant qui languescunt animo, qui fatigati, qui pertaesi iacent; atque adeo spiritus integritatem virtutemque renovent. Gratiam denique *ii* etiam sumant, qui divinum Redemptorem vel ignorant, vel miserrime deseruere; ac christifidelium multitudines, ad decies centena milia bene multa, ita sollemni eo die Deum comprecentur: <(Lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum »[11] salutis iter collustrando indicet, ac superna gratia in inquietis aberrantium animis illud incensum aeternorum bonorum desiderium excitet, quod omnes ad eum ipsum compellat, qui ex cruento Crucis throno eos studiosissime advocat, eorumque etiam fieri percupit « via, et veritas et vita ».[13]

Dum Encyclicas has Litteras, quas primas post initum Pontificatum edimus, sub Iesu Christi Regis signo atque auspicio fidentes sperantesque ponimus, pro certo habemus universum Dominicum gregem unanima impensissimaque consensione hoc esse prosecuturum. Quae aetate hac nostra experti sumus rerum discrimina anxitudinesque catholicorum hominum animos ad mutuam necessitudinem excitant, eiusdemque fraternae necessitudinis sensum purificant magisque exacuunt, quam fortasse numquam alias; atque in iis omnibus, qui Deum esse credunt ac Iesum Christum sequuntur ducem ac magistrum, conscientiam reviviscere iubent commune periculum in universos una simul impendere minaciter.

Mutuae huius catholicorum necessitudinis sensus, quem, ut diximus, periclitatae res tantopere auxere, quique mentes recolligendo confirmat futuraeque victoriae voluntatem alit, sua-

[11] **Cf. Io., I, 9**

[12] **Cf. Io., XIV, 6.**

vissima Nos delectatione summoque solacio iis diebus affecit, cum trepido gressu, at Deo fidentes ad eam rite obtinendam Cathedram processimus, quam magnus Decessor Noster vacantem reliquerat.

In praesens vero, dum vivida subit animum recordatio illius observantiae significationum, quae, — ut arctissimam cum Ecclesia et cum Iesu Christi Vicario filiorum coniunctionem testarentur — tum ad Nos ultro libenterque pervenerunt cum Summi Pontificatus apicem attigimus, eiusque insigne sollemni ritu accepimus, contineri non possumus quin vobis, Venerabiles Fratres, iisque omnibus, quotquot catholicam familiam participant, impensas persolvamus grates ob amoris, venerationis inconcussaeque fidelitatis testimonia undique Romano Pontifici attributa, in quo quidem Summi Sacerdotis Supremique Pastoris munus, Dei numine constitutum, agnoscebatur. Haec siquidem testimonia non humili personae Nostrae, sed nobilissimo gravissimoque officio unice deferebantur, ad cuius Nos onus subeundum Christus Dominus vocabat. Quodsi iam tum magnam accepti ponderis gravitatem experiebamur, quam summa potestas Nobis imposuerat providentissimi Dei nutu data, at maximo afficiebantur solacio, dum luculentissime testatam individuam cernebamus unitatem Catholicae Ecclesiae, quae, quasi in valium ac propugnaculum conformata, tum invictae Beati Petri arci firmius arctiusque coniungitur, cum acrior increscit inimicorum Christi iactantia.

Universa haec catholicae unitatis ac fraternae divinitusque inditae populorum necessitudinis testificatio erga communem omnium Patrem, eo Nobis uberiorem videbatur felicioremque spem afferre, quo formidolosiora in res in animosque impendebant tempora. Ac iucunda eiusmodi recordatio per primos Pontificatus Nostri menses suavissime Nos affecit, dum labores, sollicitudinesque perpeti ac discrimina superare necesse fuit, quibus mysticae Iesu Christi Sponsae iter contexitur.

Ac praeterire silentio nolumus quam accepta Nobis fuerint eorum quoque omina ac vota, qui, etsi ad aspectabilem non

pertinent Catholicae Ecclesiae compagem, pro sua tamen ipsorum ingenita nobilitate sinceritateque animi, id omne oblivione obrui noluere, quo vel ob amorem erga Christi personam, vel ob Dei fidem Nobiscum copulantur. Hi igitur omnes pergratae habeant voluntatis Nostrae significationem. Eos Nos singulos universos divinae committimus tutelae divinoque regimini; dum sollemniter asseveramus hoc uno Nos consilio moveri ac dirigi, Boni scilicet Pastoris exempla sedulo mutandi, ut omnes ad veri nominis felicitatem adducamus, utque omnes « vitam habeant et abundantius habeant ». [13]

Ac singulari modo grati animi Nostri sensa heic profiteri cupimus Imperatoribus Regibusque augustis, summis civitatum moderatoribus publicisque magistratibus, qui, earum nationum nomine, quibus cum Apostolica Sede amicitiae vincula intercedunt, humanissimis observantiae officiis ea faustitate Nos prosequi voluere. Quarum in numerum, in primis hisce Encyclicis Litteris ad universos datis terrarum orbis populos, peculiari laetitia Italiam adscribere licet; Italiam dicimus, quae, quasi frugiferum catholicae fidei viridarium ab Apostolorum Principe invectae, post initum non sine providentis Dei consilio Lateranense conventum, honoris locum in iis civitatibus occupat, quae legitimis necessitudinum rationibus cum Romano Pontifice continentur. Ex pactionibus hisce « pax Christi Italiae reddita » veluti aurora feliciter efïulsit, tranquillam fraternamque animorum coniunctionem praenuntians in sacris religionis rebus in civilique consortione; quae quidem pax, serenos semper referens dies, ut enixe Deum rogamus, Italorum gentis animos, qui tam prope Nobis adsunt, quique eodem, ac Nos, fruuntur vitae halitu, pervadat, recreet, augeat, intimaque indita vi corroboret. Supplici nempe adhibita prece, id ex animo ominamur, ut populus hic, Decessoribus Nostris Nobisque sane carissimus, praeclara avitae religionis facinora fidelitate summa repetens, ac divino praesidio tutus,

[13] Cf. **Io., X, 10.**

magis in dies magisque veritatem experiatur a sacro Psalte hisce verbis declaratam : « Beatus populus, cuius Dominus Deus eius ». [14]

Novus hic auspicatissimus rerum ordo, in iuridiciali ac spiritali causa statutus, quem eventus ille, indelebili per omne aevum memoria dignus, Italiae cunctaeque catholicorum consortioni impertiit ac sollemniter sanxit, nunquam visus est Nobis tam magnam atierre animorum consensionem, quam cum primum ex externo elatoque Vaticanae Basilicae podio paternas Nostras pandentes atque extollentes manus, tum Romae, Summi Pontificatus sedi, dilectissimaeque urbi unde ortum duximus, tum Italiae icto foedere Catholicae Ecclesiae coniunctae, tum denique universis terrarum orbis populis effusa voluntate benediximus.

x. *M,*
W W W

Utpote eius Vicarius, qui, gravissimo horae momento, coram eo, qui maximae illius temporis auctoritatis partes gerebat, grande illud protulit effatum: « Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati; omnis qui est ex veritate, audit vocem meam », [15] nihil Nos muneri Nostro Nostraeque aetati magis debere profitemur, quam « testimonium perhibere veritati ». Hoc officium, cui satis Nos apostolica firmitudine facere opus est, id necessario postulat ut errores hominumque culpas ita exponamus ac refutemus, ut iisdem perspectis ac cognitis fas sit medicinam curationemque praebere: « cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos ». [16] Hoc autem in obeundo munere, non humanis Nos terrenisque opinationibus movebimur; itemque a suscepto proposito non diffidentiae, non discrepantiae, non denique repulsae causa abstineamus; neque Nos idcirco ab eiusmodi consiliis timor abstrahet, quod aut actio Nostra aliorum cogitatione non percipiatur^

[14] **Ps. OXLIII, 15.**
[15] **Io., XVIII, 87.**
[16] **Io., VIII, 32.**

aut' falso dignoscatur. Verumtamen, hoc sollerter diligenterque* persequentes, paterna ea caritate compellemur, quae dum Nos iubet ob filiorum mala ac damna summa moestitia laborare,, iubet itidem ut iisdem opportuna remedia praebeamus, divinum illud Pastorum exemplar Christum Dominum imitati, qui lucem pariterque amorem pandit: « veritatem facientes in caritate ».[17]

Iamvero, nefastum illud facinus, quo Christum Dominum non pauci e suo Regno depellere annitentur, veritatisque legem ab eo datae renuunt, ac praecepta illius caritatis respuunt,, quae imperium eius quasi almo divinoque afflatu refovet atque corroborat, initium maiorum est, quibus per pronum ac praeceps iter ad spiritualem animorum indigentiam virtutisque inopiam nostra haec aetas collabitur. Quamobrem Christum in regali suo solio revereri, eidem regiae potestatis iura agnoscere, idque efficere ut singuli universaque societas ad christianae veritatis caritatisque legem redeant, haec omnia solummodo possunt homines ad salutis viam revocare.

Dum, Venerabiles Fratres, has lineas exaramus, terrificus affertur Nobis nuntius nefandum iam belli incendium, quod enixe deprecan conati sumus, miserrime conflatum esse. Scriptorius calamus paene consistit, quandoquidem innumeras recogitamus eorum calamitates, qui usque adhuc in domestico suo ipsorum convictu quadam, etsi tenui ac modica, prosperitate laetabantur. Summa aegritudine paternus oppletur animus, dum ea omnia mente prospicimus, quae ex tenebricoso violentiae simultatisque semine oritura sunt, cui iam gladius cruentos facit sulcos. Attamen, cum ingruentes tot maiorum acerbitates consideramus, ac vel maiores reformidamus in posterum, officii Nostri ducimus oculos animosque eorum, quibus proba adhuc inest voluntas, ad eum etiam atque etiam dirigere, a quo uno salus humano generi datur; ad eum, inquimus, unum, cuius misericors ac praepotens manus tempestati huic finem imponere potest; ad eum denique unum, cuius veritas

[17] *Eph.*, IV, 15.

cuiusque amor intellegentias collustrare ac proposita incendere tot hominum possunt, qui errorum fluctibus suique ipsorum immoderati amoris aestu iactati ac discrepantiae luctationisque undis paene submersi, ad sanctissimum Iesu Christi regimen ad eiusque spiritum reducendi ac reformandi sunt.

At forsitan sperare licet — quod quidem ut Deus optimus ad rem adducat precamur — fore ut miserrima haec tempora nostra cogitationes ac consilia multorum in melius commutari habeant, qui fallacibus opinionibus tam late hodie diffusis caeca mente fidentes, inconsulte imprudenterque per iter incedebant dubium insidiarumque plenum. Ac multi, qui minime perpendebat quam valeret ac valeat pastorale Ecclesiae munus ad rite sancteque educandos animos, nunc forsitan eiusdem Ecclesiae monita, quae faciliore tutioreque tempore posthabuerant, magis intellegunt magisque aestimant. Praesentes igitur angustiae aiflictissimaeque res christianae doctrinae praecepta ita collaudant, ut id magis animos ad veritatem commovere possit, quam quod maxime. Siquidem ex ingenti istiusmodi errorum cumulo piacitorumque colluvie, christianum nomen aversantium, tam venenosi maturuere fructus, ut opinionum earumdem reprobationem indicent damnationemque constituant, cuius probativa vis quamlibet, ratione habitam, refutationem exsuperet.

Interdum enim, cum spes deluditur ac f alii tur, divina gratia trepidis animis arridet : « transitus Domini »[18] percipitur ; ac Redemptori ita alloquenti: « Ecce sto ad ostium et pulso »,[19] saepenumero ianuae reserantur, secus nunquam aperiendae. Testis est Deus qua vehementi miseratione, quo sanctissimo gaudio ad eos animum convertamus Nostrum, qui, acerbos hos experientes luctus, salutare atque impellens ex praecordiis oriri sentiunt veritatis, iustitiae Christian aeque pacis desiderium. Verumtamen erga eos etiam, quibus superna nondum affulsere lumina, nihil aliud nisi amorem spirat animus Noster; ac labia

[18] **Cf.** *Exod.,* **XII, 11**
[19] *Apoc,* **III, 20.**

Nostra supplices preces ad Deum admovent, ut eorum mentibus, quae Christum neglegunt vel contemnunt, aliquantulum illius lucis splendescere iubeat, quae olim Saulum in Paulum convertit, quaeque difficili ori bus ipsis Ecclesiae temporibus arcanam vim suam exseruit.

In praesens vero, cum perturbati eventus calamitatesque occupent omnes, non plenam heic, edisserendo, proponere mens est errorum aetatis huius nostrae refutationem, quod quidem, si opportunitas obvenerit, facturi erimus; sed praecipuas solummodo hac super re animadversiones scribendo persequi.

Homines hodie, Venerabiles Fratres, superiorum temporum fallacias novis commentis falsisque opinationibus coagmentantes, haec omnia ita transversum ad extrema usque adegerunt, ut nihil aliud nisi conturbatio ac ruina consequi posset. Ac principio, compertum omnino est primum altioremque maiorum fontem, quibus hodierna afïïictatur civitas, ex eo scatere, quod universalis de morum probitate pernegetur ac reiiciatur norma, cum in privata singulorum vita, tum in ipsa re publica atque in mutuis necessitudinum rationibus, quae inter gentes nationesque intercedunt; ipsa videlicet naturalis lex detrectatione oblivioneque obrui tur.

Haec naturalis lex veluti fundamento innititur Deo, omnipotenti omnium creatore ac patre, eodemque et supremo perfectissimoque legum latore et sapientissimo iustissimoque humanarum actionum vindice. Cum temere aeternum renuitur Numen, iam cuiuslibet honestatis principium labat nutans, iamque naturae vox silet vel pedetemptim debilitatum quae indoctos etiam ac vel eos edocet, qui nondum ad civilis cultus usum pervenerunt, quid fas sit, quid nefas, quid liceat quidque non liceat; eosque admonet se aliquando coram Supremo Iudice de bene maleque factis suis rationem esse reddituros.

Ut profecto nostis, Venerabiles Fratres, ea de causa omnis in ordine morum probitatis fundamentum in Europa olim reici coeptum est, quod homines non pauci a Iesu Christi doctrina abducti sunt, cuius Beati Petri cathedra custos est atque ma-

gistra. Qua quidem doctrina ita per revoluta saecula Europae populi coaluere christianoque spiritu conformati sunt, ut Cruce nobilitati, et humaniores cultoresque effecti, ad tam provectam publicae civilisque rei progressionem pervenirent, ut ceteras quoque gentes ac terras omne genus disciplinis excolerent. At cum ab inerranti Ecclesiae magisterio se vindicavissent plures a Nobis seiuncti fratres eo, proh dolor, processerunt, ut ipsam Servatoris nostri divinitatem, quod christianae doctrinae caput est ac veluti centrum, respuendo subverterent, religionis conversionem dissolutionemque maturantes.

Cum Christus Dominus, quemadmodum Evangelii narrat historia, cruci affixus est, « tenebrae factae sunt super universam terram » ;[20] quod ea luctuose significare videtur, quae acciderunt continenterque accidunt, cum qui de religionis rebus increduli sunt homines, caligine obcaecati sibique nimium fidentes, divinum Redemptorem ex hodiernae vitae actione ac praesertim ex publica re quasi extorrem exigunt, atque, una cum Christi fide, Dei etiam fidem debilitant. Id siquidem consequitur, ut omnia de conformandis moribus principia ac normae, quibus superiore tempore rationes privatim publiceque vivendi diiudicabantur, quasi obsoleta facta sint; utque, ubi civilis societas omnino ad laicismi, quem vocant, effata ac placita redacta fuerit — quod quidem citatiore cotidie gradu evenit, summisque laudibus extollitur — atque ubi eo usque incesserit, ut singulos cives, domesticum convictum universamque civitatem ab almo ac benefico Dei Ecclesiaeque afflatu subtraxerit, luculentiora cotidie ac miseriora manifestentur signa ac vestigia corruptricis ethnicorum veterum falsitatis. Quod quidem in iis etiam regionibus contingit, in quibus per tot saeculorum decursum, christianae urbanitatis iubar refulsit : « Tenebrae factae sunt dum crucifixissent Iesum ».[21]

At multi forsitan, dum a Iesu Christi praeceptis abstrahebantur, non omnino animadvertebant se mira quadam falli veri

[20] MATTH., XXVII, 45.
[21] *Brev. Rom.*, Parase, respons. IV.

specie splendescentibus verborum luminibus fucata, quibus haec evangelicae doctrinae repulsa quasi impositae servitutis liberatio praedicabatur; neque prospiciebat quid inde consecuturum esset, cum veritas, quae liberat, in errorem fuisset, qui servos facit, commutata; neque denique perpendebant arbitrio sese esse dedituros fluxae ac miserae hominum sagacitatis, cum paternam infiniteque sapientem Dei legem ac Iesu Christi mandata respuissent, quae caritatem redolent, homines inter se coniungunt eosque ad excelsa erigunt. Rerum omnium progressionem iactabant, dum contra ad deteriora regrediebantur; ad nobilissima quaeque se provehi reputaban t, dum e suae infeliciter removebantur dignitatis gradu; ac saeculum hoc nostrum maturitatem perfectionemque afferre asseverabant, cum in servitutem veterem miserrime redigerentur. Non perspiciebat enim quemlibet hominum nisum, qui eo contenderet ut quiddam simile in christianae legis locum sufficeret, fallacem omnino vanumque esse; « evanuerunt » scilicet « in cogitationibus suis ».[22]

Siquidem remissa ac debilitata Dei divinique Redemptoris fide, ac luce obumbrata in animis, quae ex universalibus probitatis honestatisque normis oritur, iam unum illud atque unicum labefactatur stabilitatis tranquillitatisque fundamentum, quo privatus ac publicus animorum rerumque ordo innititur, qui quidem sollummodo potest civitatum prosperitatem gignere ac sartam tectamque servare.

Tum etiam pro certo, cum Europae gentes fraterno illo continebantur foedere, quod eadem aiebant christiana instituta ac praecepta, non dissidia, non rerum conversiones, non populantia bella deerant; sed nunquam alias forsitan, ut in praesens, tam fracto homines afflictoque fuere animo, quandoquidem acri trepidatione cernunt quam difficile sit suis mederi malis. Dum contra superiore aetate praesens mentibus animisque erat quid fas, quid nefas esset, quid liceret, quid denique illicitum esset : quod quidem et consensiones faciliores reddit, et concitatas cu-

** *Rom.*, I, 21.

pidines coercet, et ad honestam rerum compositionem viam pandit ac munit. Hisce tamen diebus non ex vehementi tantummodo intemperantis animi impetu oriuntur dissidia, sed ex intimae potius conscientiae perturbatione defectioneque, ex qua privatae ac publicae probitatis honestatisque normae temere subvertuntur.

* * *

In multiplicibus variisque erroribus, qui ex neglectis detrectatisque religionis praeceptis morumque probitatis normis, quasi e venenoso fonte scatent, duo capita peculiari modo, Venerabiles Fratres, considerationi diligentiaeque vestrae proponimus, quippe quae impossibile paene, vel precarium incertumque reddant populos inter se pacifice tranquilleque vivere.

Quorum primum, tam late in praesens pernicioseque vulgatam, oblivione continetur mutuae illius hominum necessitudinis caritatisque, quam quidem cum communis origo postulat, ac rationabilis omnium hominum naturae aequalitas, ad quaslibet iidem gentes pertineant, tum Redemptionis sacrificium praecipit, quod Christus Dominus expiandis animis Aeterno Patri in ara crucis obtulit.

Narrat enim prima Sacrarum Litterarum pagina, ingenua illa sua verborum granditate, creatorem Deum, ut inceptum opus consummaret, fecisse « hominem ad imaginem suam » ;[23] itemque Biblia edocent eum, supernis donis dotibusque ditatum, arcanae fuisse sempiternaeque destinatum beatitati. Ac praeterea narrant ex primo hominis feminaeque coniugio duxisse originem ceteros omnes; quos referunt — rem verbis vivide significanterque effingendo — variis tribubus fuisse gentibusque distinctos, per variasque terrarum orbis partes disseminatus. Et cum etiam misere a suo ipsorum aberrarent Creatore, paternum animum in eos Deum gerere non praetermisisse, quos ex divinae misericordiae suae consilio iterum aliquando secum una amicitiae foedere coniuncturus esset.[24]

[23] Cf. *Gen.*, I, 26-27.

[24] Cf. *Gen.*, XII, 3.

Atque Apostolus gentium, utpote huius praeco veritatis, qua homines in magnam familiam fraterne coalescunt, haec nuntiat Graecorum genti : « Fecit...-[Deus] ex uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem terrae, definiens statuta tempora, et terminos habitationis eorum, quaerere Deum... » [25] Quapropter miro quodam mentis obtutu humanum genus, ob communem a Creatore originem unum, intueri ac con templari possumus secundum illud : « Unus Deus et Pater omnium, qui est super omnes et per omnia et in omnibus nobis » ; [26] itemque natura unum, quae ex corporis concretione et ex immortali spiritualique animo constat; unum ob proxime omnibus assequendum finem, obque commune per praesentis huius vitae decursum fungendum munus; unum ob eandem habitationem, terrarum nempe orbem, cuius opibus naturali iure omnes frui possunt, ut sese alere queant seseque ad auctiora incrementa provehere; unum denique ob supernum finem, Deum ipsum, quo contendant omnes oportet, et ob res atque adiumenta, quibus eumdem finem tandem aliquando con tingere valeant.

Atque idem gentium Apostolus humanae familiae unitatem, ex rationum vinculis demonstrat, quibus cum aeterna haud adspectabilis Numinis imagine, Dei Filio, coniungimur, in quo « condida sunt universa » ; [27] itemque ex una eademque Redemptione, quam Christus per acerbissimos cruciatus omnibus dilargitus est, cum abruptam Dei amicitiam, iam ab origine inditam, redintegravit ac caelestis Patris hominumque conciliator exstitit : « unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum homo Christus Iesus ». [28]

Ut vero eiusmodi Dei humanaeque gentis amicitiam coniunctiorem firmioremque redderet, universalis ille salutis pacisque sequester, in Caenaculi silentio supremum sui ipsius sacrificium obiturus, haec e sanctissimis labiis edidit verba, quae

[25] *Act. Apost.,* **XVII, 26-27.**

[26] *Eph.,* **IV", 6.**

[27] *Col.,* **I, 16.**

[28] **I** *Tim.,* **II, 5.**

altissima per saeculorum spatia resonant, animisque amore vacuis simultateque laeeratis praeclare excitata caritatis facinora ostendunt: « Hoc est praeceptum meum ut diligatis invicem, ;sicut dilexi vos ».[29]

Haec supernae veritatis capita ima constituunt fundamenta -arctissimaque communis omnium unitatis vincula, Dei divinique Redemptoris amore solidata, ex quo singuli universi salutem accipiunt « in aedificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi ».[30]

Quamobrem, si hanc iure ac reapse datam totius humani generis unitatem intente consideramus, noa seiuncti nobis singuli cives, quasi arenarum grana, videntur, sed inter se potius -apto compositoque ordine ac mutua variaque ob temporum diversitatem necessitudine congregati ex naturali ac superna impulsione destinationeque. Et cum gentes ad humaniorem cultum evehantur, et pro rerum vitaeque condicionibus inter se dissimiles fiant, non idcirco debent humanae familiae unitatem infringere, sed eamdem potius familiam, suis ipsarum communicatis dotibus animique ornamentis, ditare, itemque mutuo illo bonorum commercio, quod tum solummodo efficienterque .haberi potest, cum vivida ac flagrans caritas omnes eiusdem Patris filios omnesque eodem divino cruore redemptus homines fraterno foedere coagmentat.

Iesu Christi Ecclesia, utpote fidelissima almae divinaeque sapientiae custos, non ea pro certo nititur deprimere vel parvi facere, quae peculiares cuiusvis nationis notas proprietatesque -constituant, quas quidem populi iure meritoque quasi sacram hereditatem religiose acerrimeque tueantur. Ea siquidem ad unitatem contendit, superno illo amore conformatam et altam, quo omnes actuose exerceantur ; non vero ad unam assequendam rerum omnium aequabilitatem, externam tantummodo atque -adeo insitas vires debilitantem. Et curas omnes ac normas, quae

[29] Io., XV, 12.
[30] *Eph.,* IV, 12-13.

facultatibus viribusque sapienter explicandis temperateque äugend is inserviunt — quae quidem ex occultis cuiusvis stirpis latebris oriuntur — Ecclesia approbat maternisque votis prosequitur, si modo officiis non adversentur, quae communis mortalium omnium origo communisque destinatio imponant. Quod profecto ex impensa opera, quam sacrarum expeditionum praecones navant, iterum iterumque ostendit; idque esse profitetur quasi rectricem stellam, ad quam in suo universalis apostolatus itinere intentis oculis respiciat. Qui quidem divini verbi praecones, innumeris pervestigationibus per temporum decursum summo labore summoque studio habitis, civilem enisi sunt variarum gentium cultum earumque instituta satius digniusque agnoscere, atque sua ipsarum animi ornamenta ac dotes ita colere ac provehere, ut faciliora inibi atque uberiora Iesu Christi evangelium incrementa caperet. Quidquid in populorum moribus indissolubili vinculo superstitionibus erroribusque non adstipulatur, benevole nullo non tempore perpenditur ac, si potest, sartum tectumque servatur. Ac proximus p. r. Decessor Noster, in peculiari istiusmodi causa, quae multum prudentiae et consilii postulabat, in eam sententiam nobili animo discessit, quae sui ingenii aciem suique apostolatus ardorem praesenti naturaeque aetati commendat. Iamvero vix attinet declarare vobis, Venerabiles Fratres, idem Nos iter non dubitanter esse persecuturos. Ac pro certo habeant omnes, quotquot cuiusvis originis vel sermonis catholicam amplectuntur Ecclesiam, sese in hac communis Patris domo, in qua Iesu Christi lege ac pace fruuntur omnes, ipsissima habere filiorum iura. Etenim ut hae aequabilitatis normae ad effectum pedetemptim deducantur, ex indigenarum gentibus lectissimi seliguntur viri, qui sacerdotum episcoporumque ordines gradatim apud suos adaugeant. Eaque de causa, ut videlicet mentem hanc Nostram exemplo demonstremus, volumus in proximo Iesu Christi Regis festo sacerdotes duodecim, qui suas cuiusque stirpium populorumque quodammodo personas gerant, ad Apostolorum Principis sepulcrum episcopali ornare dignitate.

Ita quidem ut, dum acerrimae contentiones animos lacérant, et compagem humanae familiae rescindunt, ex hoc sollemni ritu intellegant universi filii Nostri, per terrarum orbem disseminati, doctrinam, operam, voluntatemque Ecclesiae non alienam unquam esse futuram ab gentium Apostoli sententia haec adhortantis : « Induentes novum [hominem] eum, qui renovatur in agnitionem, secundum imaginem eius, qui creavit illum; ubi non est Gentilis et Iudaeus, circumcisio et praeputium, Barbaras et Scytha, servus et liber, sed omnia et in omnibus Christus ».[31]

Heic vero animadvertendum putamus fraternae universalisque necessitudinis conscientiam, quam christianae doctrinae praecepta in animis excitant ac refovent, non amorem aversari erga patriae cuiusque suae memorias glori asque; neque prohibere quominus auctior usque prosperitas ac legitime potiunda bona promoveantur, quandoquidem eadem doctrina edocemur Deum ipsum in exercenda caritate rectam statuisse rerum ordinem, ex quo impensius ii adamandi sint, uberioribusque bene factis donandi, qui peculiaribus sint vinculis nobiscum copulati. Hoc Divinus ipse Magister ex sua agendi ratione patefecit, cum potiore amore erga patrium solum exarsit, atque imminenti Urbis Sanctae ruinae maestissime illacrimavit. At patria caritas, iure meritoque alenda, christianae in universos homines caritatis praecepto non obstet, non officiât, quod ceteros quoque omnes eorumque profectus in paciferi amoris luce collocat.

Mira huiusmodi doctrina non uno nomine ad religiosae civilisque rei progressionem dignissime contulit. Eius siquidem praecones, superni afflatus ardore incensi atque permoti, non modo rude solum arare atque excolere, omneque genus morbis mederi conati sunt, sed eo potissimum contenderunt ut sibi créditos animos ad excelsa divinaque prorsus érigèrent, conformarent, eosque ad summa sanctitudinis fastigia impellerent, ubi

[31] *Col.,* III, 10-11.

omnia circum quaque quasi sub uno Dei obtutu cernantur. Monumenta iidem ac templa excitarunt, ex quibus luculenter patet ad quam elatum granditatis verticem christianae affulgens perfectionis species animos evehat; at praesertim homines, sapientes vel indoctos, potentes vel debiles, quasi animata Dei templa eiusdemque vitis, quae Christus est, palmites effecerunt. Sapientiae veteris ingenuarumque artium thesauros advenientibus aetatibus tradiderunt, at hoc imprimis enisi sunt, ut eas arcani illius aeternae sapientiae muneris participes redderent, quod homines, Dei subolem caelesti gratia effectos, amico fraternoque foedere coniungat.

* * *

Quodsi, Venerabiles Fratres, ex oblivione illius legis, quae in singulos universos caritatem praecipit, quaeque odia restinguens, contentionesque extenuans, una potest solidare pacem, tot tantaque communi pacataeque populorum vitae obveniunt mala, at procul dubio nationibus omnibus cunctaeque hominum cuiusvis gentis familiae non minora eorum error detrimenta parit, qui, temerario ausu, publicae rei potestatem a quolibet nexu cum Sempiterno Numine vindicant, ex quo quidem veluti primo auctore supremoque domino cum singuli, tum humana congregatio pendent; idque eo vel magis quod a quibusvis superioribus normis, quae ex Deo ut primo fonte oriuntur, eamdem potestatem libérant, eidemque plenissimam attribuunt agendi facultatem, quae nutanti solum fluxoque arbitrio permittitur, illisve placitis, quae rerum gerendarum condicionibus peculiaribusque adipiscendis bonis tantummodo conformentur.

Itaque divina posthabita auctoritate eiusque legis imperio, id necessario consequitur ut civilis potestas absolutissima nullique obnoxia iura usurpet, quae ad summum Creatorem unice pertinent; utque, in eiusdem Creatoris locum suffecta, rem publicam vel civium communitatem efferat quasi supremam totius humanae vitae metam maximamque normam in iuris morumque ordine habendam; atque adeo omnes prohibeat quo-

minus ad naturalis rationis christianaeque conscientiae praecepta réfugiant.

Non diffitemur utique errata opinationum principia non omnino semper detrimentosam vim suam moribus inferre; idque praesertim cum christianae vitae consuetudo, quae plurimis iam saeculis a maioribus accepta populorum animos informet, altissimas, etsi hoc non percipitur, radices egerit. Nihilo secius accurate diligenterque animadvertendum est quamlibet socialis vitae normam infirmam labantemque fore, quae in humano solummodo fundamento consistat, quae terrenis tantum consiliis propositisque dirigatur, quaeque unice ex externae auctoritatis sanctione vim suam virtutemque eruat.

Ubi humana iura a divinis pendere renuitur, ubi non nisi ad adumbratam incertamque terrenae auctoritatis speciem provocatur, ac iura vindicantur, quae nulli sint obnoxia, quaeque non probitatis, sed utilitatis tantum rationibus regantur, inibi ipsum hominum ius, in actione agitationeque vitae, interna in animos vi necessario exuitur; qua dempta, rite agnosci rerumque iacturas a civibus postulare non potest.

Interdum utique accidit ut publica potestas, quamquam uutantibus id genus fulciminibus subnixa, per fortuitos casus rerumque adiuncta, terrena eiusmodi incrementa assequatur, quae iis admirationem iniiciant, qui in res ipsas non penitus introspiciant; necessitate tamen contingit ut ineluctabilis illa lex victrix emergat, qua incepta omnia conabantur, quae fuerint ex impari prorsus, aperta vel occulta, ratione exorta, cum nempe adeptus in externis re **DUS** magnitudinis exitus probitatis honestatisque normis intima firmaque vi sua non respondeat. Quae quidem impar ratio tum non haberi non potest, cum publica auctoritas Summi Legislatoris dominatum vel infitiatur, vel respuit, qui dum civitatis moderatoribus potestatem attribuit, eiusdem tamen potestatis terminos decrevit.

Etenim civitatis imperium, quemadmodum per Encyclicas Litteras *Immortale Dei*[52] sapientissimus Decessor Noster p. m.

[32] *Acta Leonis XIII,* **vol. V, p. 118.**

Leo XIII edocet, idcirco a summo omnium Creatore statutum est, ut ex illius ordinis praescriptione, qui in universalibus, quibus regitur, principiis ac normis incommutabilis consistit, publicam rem moderetur; ut humanae personae, in praesenti hac vita, ad corporis mentisque vires quod attinet et ad rite componendos mores, perfectionis adeptionem faciliorem reddat; utque cives adiuvet ad supernum sibi destinatum finem assequendum.

Eo igitur nobilissimo munere fungitur res publica, ut, in nationis vita, privata singulorum incepta et opera recognoscat, temperet atque promoveat; eaque ad commune omnium bonum convenienter dirigat, quod quidem non ex alicuius arbitrio, neque solummodo a terrena civilis societatis prosperitate, veluti a primaria ratione sua definiatur, sed ex naturali potius hominis perfectione congruenter provehenda, ad quam civitas ipsa a supremo Creatore, quasi instrumentum atque praesidium, destinatur.

Quisquis rem publicam quasi finem considerat, ad quem omnia confluant, cuique omnia obtempèrent, facere is non potest quin mansuris verique nominis nationum incrementis noceat, officiât. Quod profecto contingit, sive munitus eiusmodi dominatus ex nationis, vel populi, vel ex alicuius civium ordinis mandato, rei publicae attribuatur, sive ipsamet eandem imperandi rationem sibi sumat civitas, utpote dominatrix absolutissima, nulli prorsus obnoxia.

Si enim res publica privatae navitatis incepta ad se trahit ac vindicat, eadem profecto incepta — quippe quae multiplicibus normis, peculiaribus ac propriis, regantur, quae quidem ad propositum tute assequendum conducant — non sine publici boni iactura, detrimenta accipere queunt, cum a naturali rerum ordine abstrahantur, quarum rationem ac periculum privati in se recipiant.

Ex hoc cogitandi agendique modo id discriminis oriri potest, ut domesticus etiam convictus, primus ille ac necessarius humanae societatis fons, atque eius profectus eiusque commoda,

perinde considerentur, quasi ad nationis imperium dominationemque unice respiciant; itemque ut oblivioni detur homines eorumque familias suapte natura civitatem antecedere, ac divinum Creatorem peculiaria utrisque dedisse iura facultatesque, iisdemque destinasse munus, quod naturalibus ac certis necessitatibus respondeat.

Eademque opinandi ratione novae subolis educatio non eo spectat, ut omnes corporis, mentis animique vires convenienter conformentur et adaugeantur, sed ut illa tantum civica virtus efferatur summopereque excitetur, quae ad prosperos politicae rei eventus necessaria videatur; quapropter quae animi ornamenta nobilitatem, observantiam humanitatemque redolent, minus ea commendantur, quasi aerem iuvenilis ingenii fortitudinem minuant ac déprimant.

Quapropter ea paene oculis observantur Nostris pericula ac discrimina, quae ex imminutis ac sensim abolitis domestici convictus iuribus praesenti huic nostrae futuraeque aetati obventura formidamus. Nostrarum igitur esse partium ducimus ex officii conscientia, quod gravissimum ministerium Nostrum postulat, eiusmodi iura religiose affirmateque tueri; quandoquidem nostrorum temporum angustias, cum ad res externas ac terrenas, tum ad spiritualia bona quod attinet, itemque innumeras errorum fallacias atque ea quae inde misere consequuntur, nemo procul dubio tam acerbe perpetitur, quam domestica societas. Ita quidem ut cotidianum asperitatum miseriarumque pondus atque increscens ea undique indigentia, quam nulla forsitan superior aetas tam luctuosam experta est, cuiusque causa veraque necessitas saepenumero cerni nequeunt, tolerari utique non possint sine tenaci illa animi firmitate magnitudineque, quae admirationem omnibus commoveant. Qui, pastorali munere fungentes, intimas conscientiae latebras inspiciunt, et occultas matrum lacrimas tacitumque patrum familias moerorem atque innumeros angores cognoscere possunt — de quibus ulla publica rerum rationaria nec loquuntur, nec loqui queunt — ii procul dubio gliscentem formidolose cotidie

magis hunc aegritudinum cumulum anxio sollicitoque animo vident; ac probe norunt tenebricosas improborum hominum vires, qui hoc unum annituntur, ut, iisdem rerum asperitatibus abutentes, omnia misceant atque subvertant, in insidiis esse opportunitatem aucupantes, qua impia sibi assignata proposita exsequi valeant.

Quisnam prudens atque cordatus, in gravissimis hisce rerum condicionibus, rei publicae ampliora iura ultraque solita deneget, quae iisdem condicionibus respondeant, quibusque plebis necessitatibus subveniatur? Sed postulat tamen statuta a Deo ratio in ordine morum, ut diligentius perpendatur, ex boni nempe communis norma, quid fas sit, in hisce decernendis, quae tempora moneant, quid nefas; itemque quid reapse necessitas exposcat.

Ceterum quo graviora incommoda rerumque iacturas a singulis civibus et a domestica societate exposcit publica potestas, eo magis debet animorum iura sancta inviolataque servare. Ipsa siquidem potest opes cruoremque expetere, at nunquam animam a Deo redemptam potest. Quamobrem, quod sempiternum Numen patribus matribusque familias munus concredidit, hoc est consulendi subolis cuiusque suae bono, ad praesentem futuramque vitam quod attinet, itemque filios ad vera religionis praecepta apte conformandi, id nemo unus, sine gravi iuris detrimento, ad se i apere potest. Quae quidem apta conformatio eo etiam pro certo spectat ut adulescentium animos ad nobilissima ea patriae caritatis officia excitet atque compellat, ex quibus, alacri mente hilarique voluntate exsequendis, eiusdem amoris studium in patriae solum actuose demonstretur. Attamen iuvenilis institutio, quae ex consulto oblivioseque praetermiserit iuvenum oculos ad caelestem quoque patriam dirigere, cum in ipsam iuventutem, tum in christianae familiae officia ac iura, nunquam quidem abalienanda, iniusta prorsus evaserit; atque adeo, utpote fuerit statutos sibi fines transgressa, ipsum populi civitatisque bonum remedia adhibenda postulat. Istiusmodi educatio iis videatur forsitan, qui eius ra-

tionem ac periculum in se receperint, auctioris roboris firmitatisque fons; at qui consecuturi erunt eventus huius rei fallaciam ostendent. Maiestatis crimen adversus « Regem regum et Dominum dominantium », [33] in puerorum institutione patratum, quae christianos spiritus christianosque sensus neglexerit vel aversata fuerit, cum divinam illam Iesu Christi invitationem praepediat ac prohibeat « sinite parvulos venire ad me », [34] acerbissimos procul dubio proferet fructus. At contra publica potestas, quae patrum matrumque familias animos, ob id genus discrimina summo dolore afïectos, ab eiusmodi sollicitudinibus liberat, eorumque iura redintegrat, internam procul dubio civitatis tranquillitatem provehit, ac tutum constituit fundamentum, quo futura patriae prosperitas innitatur. Quos parentibus Creator largitus est, filiorum animi, sacro fonte expiati ac regio distincti Iesu Christi signo, quasi sacrum constituunt thesaurum, cui sollicitus Dei amor invigilat. Divinus ipse Redemptor, qui quondam Apostolis edixerat: « Sinite parvulos venire ad me », etsi benignitatis misericordiaeque plenus, iis tamen atrocia mala comminatus est, qui puerulos, sibi carissimos, pravo exemplo ofïendant. At quaenam flagitiosior offensio haberi potest, quaenam suboli detrimentosior ac magis in posterum nocitura, quam ea puerilium morum conformatio, quae iu ven tam transversam agat ad metam, quae longe absit a Christo « via, veritate et vita », eamque a divino Redemptore vel occulte vel palam abalienari iubeat? Qui quidem divinus Redemptor, a quo praesens ac futura iuvenilis aetas miserrime abstrahitur, idem ipse est, qui omnem ab Aeterno Patre potestatem accepit, cuiusque ex manibus pendet civitatum, gentium nationumque fortuna. Earum siquidem vitam contrahi vel produci, earumque incrementa amplitudinemque provehi, ad eum unum pertinet. Animus tantummodo ex rebus omnibus, quae in terra habentur, immortalitate fruitur. Quapropter ea educationis ratio, quae sacra christianae familiae saepta, divinae legis prae-

[33] **Cf. I** *Tim.,* **VI, 15;** *Apoc,* **XIX, 16.**

[34] MABC., X, 14.

siòlio tuta, sarta tectaque non servaverit, quae eorum fundamenta subverterit, atque iter ad Christum adulescentibus praecluserit, ne « aquas in gaudio hauriant de fontibus Salvatoris » ; [35] quae denique ab eodem Christo et ab Ecclesia abalienationem praedicaverit, quasi in nationem vel in aliquem civium ordinem fidelitatis indicem, ea procul dubio in semetipsam damnationis poena animadverterit, eritque stato tempore ineluctabilem sententiae veritatem experta sacri vatis admonentis: « Recedentes a Te in terra scribentur ». [36]

Opinatio illa, Venerabiles Fratres, quae imperium paene infinitum rei publicae attribuit, non internae tantum nationum vitae et auctioribus componendis incrementis perniciosus error evadit, sed mutuis etiam populorum rationibus detrimentum affert; quandoquidem unitatem illam infringit, qua civitates universae inter se contineantur oportet, gentium iura vi firmitateque exuit, atque, viam sternens ad aliena Violanda iura, pacate una simul tranquilleque vivere perdifficile reddit.

Etenim hominum genus, quamquam ex naturalis ordinis a Deo statuta lege in civium classes disponitur, itemque in nationes civitatesque, quae ad suam quod attinet interni regiminis temperationem, aliae ab aliis non pendent, mutuis tamen in iuridiciali ac morali re vinculis obstringitur, et in universam magnamque coalescit populorum congregationem, quae ad assequendum omnium gentium bonum destinatur, ac peculiaribus regitur normis, quae et unitatem tutantur, et ad res cotidie magis prosperas dirigunt.

Iamvero nemo est qui non videat asseverata illa rei publicae iura, absolutissima nullique prorsus obnoxia, legi huic naturali et insitae omnino adversari, eamdemque funditus refellere; itemque patet eadem iura illas legitime initas necessitudines, quibus nationes inter se coniunguntur, civitatis moderatorum

[35] Cf. Is.. XII, 3.

[36] IER., XVII, IS.

arbitrio permittere, ac praepedire quominus recta habeatur animorum omnium consensio ac mutua adiutricis operae collatio. Id siquidem postulant, Venerabiles Fratres, congruenter compositae perpetuoque mansurae civitatum rationes, postulant amicitiae vincula, e quibus uberes oriantur fructus, ut naturalis iuris principia ac normas, quibus nationes inter se contineantur, rite populi agnoscant, iisdemque obtempèrent. Parique modo eadem ipsa principia iubent libertatem cuique suam servari incolumem, eaque omnibus tribui iura, quibus vivant, ac per civilis progressionis iter ad res magis cotidie prosperas adveniant; iubent denique pacta conventa, ex gentium iure stipulata ac sancta, integra inviolataque permanere.

Haud dubium est tum gentes solummodo posse una simul quieteque vivere, tum solummodo posse publice iureque statutis necessitudinibus regi, cum mutua intersit fiducia, cum omnibus persuasum sit datam fidem incolumem utrinque servatum iri, cum omnes denique illud pro certo accipiant « meliorem esse sapientiam quam arma bellica »;[37] ac praeterea cum ad rem suam aptius inquirendam disceptandamque omnes parati sint, non vero ad discriminis causam vi minaciterque decernendam, si morae, si controversiae, si difficultates mutationesque obvenerint, quae quidem omnia non ex prava tantum voluntate, sed ex mutatis etiam vicissitudinibus et ex repugnantibus invicem suis cuiusque utilitatibus oriri queunt.

Ceterum, ius gentium idcirco a divino iure vindicare, ut in rei publicae moderatorum arbitrio veluti fundamento unice innitatur, nihil aliud significat quam illud ipsum ex honoris sui suaeque firmitatis solio detrudere, idemque nimio concitatoque privati publicique commodi studio permittere, quod non alio contendit, nisi ut propria iura efferat, aliena deneget.

Asservandum utique est, temporis decursu ob graviter immutata rerum adiuncta — quae, dum pactio transigebatur, nec prospiciebantur, nec prospici quidem forsitan poterant — aut integras conventiones, aut quasdam earumdem partes alteri ex

[37] Cf. *Ecole.,* IX, 18.

adstipulantibus iniustas quandoque evadere vel videri posse, vel saltem nimio graviores evenire, vel denique eiusmodi fieri ut ad rem deduci nequeant. Quod si contingat, procul dubio necesse est tempestive ad sinceram honestamque disceptationem confugere, ut pactio vel opportunas immutationes accipiat, vel iterum omnino componatur. Sed contra, pacta conventa aeque ac res fluxas et caducas habere, sibique tacitam facultatem tribuere, quotiescumque propria utilitas id postulare videtur, eadem infringendi sua sponte, inconsulto nempe vel posthabito altero paciscente, hoc pro certo debita mutuaque fide civitates exuit; atque adeo naturae ordo funditus subruitur, ac populi nationesque quasi praeruptis immensisque voraginibus invicem segregantur.

Hodie, Venerabiles Fratres, trepidi omnes maiorum cumulum considerant, quem et errores simulataeque normae, de quibus explicando diximus, et ea, quae inde consecuta sunt, miserrime coëgerunt. Falsae ac superbae infinitae progressionis species, quae multorum illiciebant animos, evanuerunt; iamque ingruentia ruinarum discrimina nondum experrectos e somno expergefacere videntur, quasi illa iterata sacri vatis sententia: « Surdi, audite, et caeci, intuemini ».[38] Quae externo ordine composita videbantur, reapse nihil aliud erant, nisi omnia invadens rerum perturbatio: perturbationem dicimus, quae ipsa morum praecepta attigerat, cum eadem, a divinae legis maiestate avulsa, omnem infecissent humanae navitatis campum. At iam non ad praeterita, sed ad futura illa tempora mentis oculos convertamus, quae, ut ii pollicentur, a quibus populorum sors ac fortuna pendet — praesentibus cruentisque conflictationibus tandem aliquando pacatis — novam rerum rationumque temperationem afferent, iustitiae prosperitatisque fundamento suffultam. Verumtamen numquid alia reapse et, quod praecipuum est, melior atque felicior orietur aetas? Ac nova pacis conventa, novaque inter nationes constituta ordinatio, quae huius belli finem consequentur, num iustitia

[38] **Is., XLII, 18.**

aequitateque erga omnes ac redintegrant paciferoque spiritu conformabuntur, vel potius veteres recentesque errores luctuose répètent? Vanum profecto est ac fallax, quod experiendo comprobatur, e belli solummodo conflagratone ex eiusdemque exitu novum sperare ordinem. Dies, quo victoria affulget, ei utique, qui eam ad se rapuit, triumphum affert; attamen illius horae momentum, dum iustitiae angelus cum violentiae daemone contendit, non discrimine caret. Siquidem nimio saepius victoris animus obdurescit; eidemque temperantia et sagax longeque prospiciens prudentia infirmitas animique debilitas videtur. Ac praeterea popularium animorum concitatio, quam tot tantaeque factae iacturae toleratae que acerbitates exacuerunt, eorum quo-* que oculos saepenumero quadam caligine obtendere videtur, qui decernendarum rerum rationem in se recipiunt : eosdemque paene iubet aures habere clausas admonent humanitatis aequitatisque voci, quae immani illo clamore opprimitur ac restinguitur : « vae victis ». Quamobrem si in hisce rerum adiunctis consilia ineantur, exortaeque quaestiones diiudicentur, id contingere potest ut non nisi iniustitiae facinora habeantur fucata iustitiae specie.

Non ex externis igitur rebus, Venerabiles Fratres, non ex gladio, qui pacis condiciones imponere, non pacem gignere potest, salus civitatibus oritur. Vires virtutesque, quae faciem terrae renovent, ex animorum praecordiis proficiscuntur. Novus rerum ordo, qui nationum vitam moderetur, mutuasque earumdem necessitudines temperet, dirigat — cum aliquando immania certamina saevaeque atrocitates conquieverint — non iam fluxis illis, quasi infidis mobilibusque arenis, suffulciatur normis, quas nimium invexerit ex. arbitrio privatae publicaeque utilitatis studium, sed inconcusso potius firmissimoque naturalis iuris divinaeque revelationis fundamento subnixus consistat. Indidem enim legislator illius aequilibritatis rationes illamque suscepti officii conscientiam ac prudentiam hauriat, quibus praetermissis, facile profecto est statutos terminos non agnosci, qui legitimum ab iniusto potestatis usum discernant.

Hoc tantum agendi modo latae ab eo sententiae intima firmitudine, nobili dignitate religionisque sanctione fruentur; non vero immoderatae sui cuiusque commodi affectationi animorumque cupidinibus inservient. Etenim si mala, quibus hodie hominum genus laborat, ex inordinatae etiam scatent rei oeconomicae perturbatione, itemque ex concito illo certamine, quo ad magis aequam contenditur bonorum assignationem, quae quidem mortalibus Deus dilargitus est ut se sustentent seseque ad civilem progressionem provehant; at certissime omnino patet eorumdem maiorum radicem altiorem esse, quippe quae ad religionis fidem et ad initas in ordine morum opiniones susceptasque normas pertineat, quae profecto ea de causa corruptae ac pessum datae sint, quod populi ab honestatis principiis et ab christianae fidei christianaeque doctrinae unitate, pedetemptim digrediantur, quam olim indefatigabilis ac benefica Ecclesiae opera provexerat. Quamobrem nova hominum institutio ac reformatio, ut suos queat edere fructus, religionis praesertim spiritu imbuatur oportet; a divino igitur Redemptore, veluti ab necessario capite, oriatur, integra iustitia actuose temperetur, caritate denique consummetur ac perficiatur.

Hanc vero efficere animorum renovationem, cuius rationes cum mutatis temporum condicionibus mutatisque hominum necessitatibus exaequari debent, potissimum materni Ecclesiae muneris officium est. Enimvero, quam eidem divinus Conditor commisit, Evangelii praedicatio, qua veritatis, iustitiae caritatisque praecepta hominibus traduntur, itemque studium eo contendens ut eadem praecepta firmas in animis et altas radices agant, haec quidem tam apta ad assequendam pacem, tam nobilis ac frugifera opera est, ut nihil aptius ac nobilius, nihil fructuosius haberi possit. Quod quidem munus, pro sua gravitate amplitudineque, eorum pectora frangere videatur, qui militantis Ecclesiae ordinibus adsciscuntur; sed tamen id eniti ut Dei regnum pro facultate provehatur — quod per saeculorum decursum variis est ac multiplicibus modis, nec sine ingentibus

laborum asperitatibus, ad effectum deductum — officium est, quo omnes adstringuntur, quotquot, divina aspirante gratia e Satanae servitute liberati, per sacrum baptismatis lavacrum ad Dei regnum vocati sunt. Quodsi huius regni participem fieri ad eiusque praecepta vitam conformare suam, idque conari ut, eius finibus magis in dies magisque productis, novi usque cives queant spiritualibus eius bonis potiri, si haec omnia nostris hisce diebus postulant ut quaevis impedimenta difficultatesque superanda sint, ex composito congesta atque ita gravia, ut nunquam forsitan alias; nihilo secius christifideles non idcirco sincera atque animosa catholicae fidei professione eximuntur, sed potius eiusmodi causam, suae quoque vitae suarumque rerum iactura, etiam atque etiam urgere debent. Quisquis ex Iesu Christi spiritu vivit, non iis, quae obveniant, difficultatibus tangitur, sed Deo omnino confisus, quoslibet volenti animo labores tolerat; non angustias, non necessitates, quas tempora ingerant, refugit, sed eas potius oppetit, paratus semper caritate illa suppetias ire, quae, morte fortior, nec incommoda renuit nec aerumnarum fluctibus submergitur.

Ac Nos, Venerabiles Fratres, intimo solacio caelestique gaudio perfundimur, ac cotidie summas Deo optimo persolvimus grates, dum in omnibus catholici terrarum orbis regionibus praeclara ac luculentissima exempla cernere fas est incensi illius christiani studii, quod ea omnia, quae nostra haec aetas deposcit, animose aggreditur, quodque nobili nisu et propriam cuiusque adipiscendam sanctimoniam curat — quod primum ac praecipuum est — et, ad augenda divini regni incrementa, apostolatus incepta atque opera provehit. Siquidem ex invectis passim Eucharisticis Conventibus, quos Decessores Nostri impensissima cura refovere non destiterunt, atque ex adiutrice laicorum hominum opera, qui in Catholicae Actionis ordinibus ad sui officii suique muneris conscientiam actuose informantur, tam uberes gratiae virtutisque fontes profluunt, ut, dum saeculum maiora videtur detrimenta minitari, maioresque afferre necessitates, dumque christianum nomen cotidie acrius ab impie-

talis viribus impugnatur, tantum momenti opportunitatisque habent, ut magis quam pro merito aestimari non possint.

Quandoquidem, proh dolor, sacerdotes hodie numero pauciores sunt quam eorum munera expetunt, et in nostram quoque aetatem haec divini Servatoris sententia convenit « messis quidem multa, operarii autem pauci », [39] consociata illa laicorum hominum navitas, ecclesiasticae hierarchiae praestita, quae sit cotidie increbrescens ac nobili arden tique se devovendi studio animata, auxiliares opes sacrorum administris praebet pretiosissimas, atque eiusmodi profectus spondet, qui optime sperare iubeant. Preces ab Ecclesia admotae ad Dominum messis, ut mittat operarios in vineam suam, [40] ea ratione admissae videntur, qua peculiares temporum necessitates postulant; ita scilicet ut sacerdotum opera, impar saepenumero ac praepedita, feliciter substituatur atque compleatur. Alacres hominum vel mulierum, iuvenum vel puellarum phalanges, dicto audientes Summo Pontifici, Episcoporumque cuiusque suorum normis obtemperantes, toto pectore incensoque ardore apostolatus operibus se devovent, ut populi multitudines, quae a Iesu Christo misere aberraverint, ad eum tandem aliquando remigrent. Habeant igitur illi, hac hora, Ecclesiae humanaeque consortioni gravissima, paternam salutationem Nostram ; gratiam habeant, quam iisdem effuso animo referimus, ac probe noscant eos Nos paterno fidentique animo prosequi. Cum Iesu Christi Regis signa volentes libentesque sequantur, eidemque se, operam vitamque suam addixerint, haec sacri Psaltis verba iure usurpare possunt : <(Dico ergo opera mea Regi » ; [41] ac non modo precando sed operando etiam id efficere annituntur ut Dei regnum adveniat. In omnibus civium classibus atque ordinibus eorum adiutrix navitas, sacrorum administris data, vires exserit pretiosissimas, quibus id muneris committitur, quod nobilissimus nemo ac fidelissimus nec pulcrius, nec maioris solacii optare possit.

[39] MATTH., IX, 37; Luc, X, 2.

[40] Cf. MATTH., IX, 38; Luc, X, 2.

[41] Ps. XLIV, 1.

Apostolicus hic labor, ex Ecclesiae afflatu ac normis exantlatis, ea ratione laicos homines quasi Christi administros consecrat, qua **S.** Augustinus luculenter explicat : « Cum... auditis, fratres, Dominum dicentem: *Ubi ego sum, ibi et minister meus erit,* nolite tantummodo bonos Episcopos et clericos cogitare. Etiam vos pro modo vestro ministrate Christo, bene vivendo, eleemosynas faciendo, nomen doctrinamque eius, quibus potueritis praedicando, ut unusquisque etiam pater familias hoc nomine agnoscat paternum affectum suae familiae se debere. Pro Christo e pro vita aeterna suos omnes admoneat, doceat, hortetur, corripiat, impendat benevolentiam exerceat disciplinam; ita in domo sua ecclesiasticum et quodammodo episcopale implebit officium, ministrans Christo, ut in aeternum sit cum ipso ». [42]

Atque heic animadvertendum est domesticam societatem, hac in laicorum adiutrice opera promovenda, quae in praesens, ut diximus, tantum momenti habet, peculiares obtinere partes, cum familiae regimen ac temperatio ad informandos filiorum animos multum possit ac valeat. Usquedum in domesticis focis sacra fulgebit christianae fidei flamma, ac patres matresque familias subolis animos hac fide imbuent, procul dubio nostra iuventus regiam Iesu Christi potestatem prompte actuoseque agnoscet, iisque omnibus, qui Redemptorem ex hominum communitate quasi extorrem exigere conentur, in eiusque sanctissima iura sacrilego facinore invadant, pro virili parte strenuoque pectore adversabuntur. Ubi sacrae aedes operiuntur, ubi Iesu Christi cruci affixi imago e scholis, e litterarum ludis eicitur, ibi domesticus convictus unicum restat quodammodo impervium christianae vitae perfugium, quasi a providentissima Dei benignitate datum. Immortales igitur Deo grates agimus, quod innumeras cernimus familias hoc munus exsequi studiosa illa fidelitate, quae neque rerum iacturis, neque oppugnationibus frangatur. Potens iuvenum puellarumque instructa acies, in iis etiam regionibus, in quibus Iesu Christi fides cum iniqua insectatione omneque genus maiorum tolerantia arctissime co-

[42] *In Ev. Ioa.,* **tract. 51, n. 13.**

niungitur, ad divini Redemptoris solium ita impavida ac secura consistit, ut praeclara martyrum exempla in memoriam reducat. Quodsi Ecclesiae ubique gentium, iustitiae caritatisque magistrae, libera illa tribuatur agendi facultas, cuius ius ex divino mandato eidem est indubium ac sacrosanctum, tum uberes profecto bonorum fontes usque quaque profluant, tum lux mentibus ac pacatus rerum ordo civitatibus oriantur, tum denique necessariis pretiosisque viribus vera humani generis incrementa promoveantur. Ac si suscepta illa consilia, quae eo contendant ut in civilis societatis ordinibus interque nationes pax tandem constabiliatur, iis evangelicis temperen tur normis — quibus adversus immodica suae cuiusque utilitatis studia, quae singulos multitudinesque exagitant, christianus amor effertur ac praedicatur — tot procul dubio tantique devitentur luctus ac felix tranquillitas mortalibus concedatur.

Enimvero leges, quibus christianorum vita regitur, ac genuinae germanaeque humanitatis praecepta non sibi invicem obstant, sed communi mutuoque praesidio inter se adiuvant. Nos igitur, qui humano generi laboranti ac spiritualium terrenarumque rerum detrimentis perturbato prospicere ac consulere tantopere cupimus, nihil magis optamus quam ut praesentes angustiae ex oculis multorum caliginem discutiant, qui Christum Dominum Ecclesiaeque munus intentis animis considerent in suaque luce ponant; utque ii omnes, qui publicae rei gubernacula moderantur, liberum iter Ecclesiae praebeant, quae idcirco queat ex iustitiae pacisque rationibus novam effingere aetatem atque componere. Pacificatoria eiusmodi opera id profecto postulat, ut Ecclesia ab exercendo munere, sibi a Deo concredito, repagulis ne impediatur, neve eiusdem Ecclesiae navitatis campus iniustis definiatur terminis, neve denique populi multitudines, ac iuventus praesertim, a benefico eius afflatu abstrahantur. Quamobrem Nos, ut eius in terris vices gerimus, qui a sacro vate « Princeps pacis » [43] appellatur, civitatum rectores eosque omnes, e quorum opera quovis modo pu-

[43] **Is., IX, 6.**

blica res pendet, compellamus vehementerque ob testamur ut Ecclesia plena semper libertate fruatur debita, qua suam possit educationis operam exsequi, ac veritatem impertire mentibus, animis inculcare iustitiam, eosque divina Iesu Christi refovere caritate.

Etenim, ut Ecclesia nequit exercendo munere suo se abdicare, cuius est divinum illud consilium pro sua parte exsequi, videlicet « instaurare omnia in Christo, quae in caelis et quae in terra sunt»,[44] ita eius opera magis in praesens necessaria videtur quam unquam alias ; quandoquidem experiendo edocemur externas solummodo rationes, humana praesidia atque ea omnia, quae politica periclitatur disciplina, gravissimis malis, quibus homines afficiantur, efficacia non posse lenimenta praebere.

Haud pauci igitur, cum fractos noverint dolore summo hominum nisus, eo spectantes ut tempestates compescant atque coerceant, quae civilem cultum humanitatemque subvertere contendant, oculos experrecta spe ad Ecclesiam, veritatis caritatisque arcem, et ad hanc Beati Petri Cathedram erigunt, unde intellegunt eam restitui posse religionis moralisque disciplinae unitatem, quae superiore aetate mutuas populorum necessitudines tutas ac pacatas consistere iusserit. Ad quam quidem unitatem tot homines, a quibus nationum fortuna pendet, incenso respiciunt desiderio, cum continenter earum rerum fallaciam experiantur, quibus tantopere olim confisi erant; unitatem dicimus, quam impensis votis studiisque innumera Nostrorum filiorum agmina expetunt, qui « Deum pacis et dilectionis »[45] cotidie comprecantur; unitatem denique, quam non pauci nobiles animi, a Nobis seiuncti, praestolantur, qui quidem cum esuriant ac sitiant iustitiam et pacem, ad Petrianam Sedem oculos convertunt, ab eaque consilium, lucem opperiuntur.

Ii siquidem Catholicae Ecclesiae inconcussam agnoscunt

[44] *Eph.*, I, 10.
[45] Cf. II *Cor.*, XIII. 11.

profitendae fidei vitaeque christianis praeceptis componendae firmitudinem per viginti paene saecula comprobatam; itemque arctissimam agnoscunt unitatem ecclesiasticae hierarchiae, quae, Apostolorum Principis successori obstricta, evangelicae doctrinae veritate mentes actuose collustrat, homines ad morum sanctitudinem dirigit, atque dum omnibus materno animo indulget, stat tamen impavida vel acérrimos cruciatus ipsumque martyrium oppetens, cum hisce verbis omnino rem decernere oportet : Non licet !

Nihilo secius, Venerabiles Fratres, Iesu Christi doctrina, quae una potest hominibus fidei principia praebere, quaeque et mentis aciem exacuit, et animos divinitus auget, et opportuna ingravescentibus difficultatibus remedia proponit, parique modo Ecclesiae navitas, quae eamdem doctrinam, usque quaque propagatam, homines edocet, eosque ad evangelica instituta conformat, haec quidem interdum hostilibus suspicionibus obtrectantur, quasi civilis auctoritatis cardines concutiant, in eiusque iura involent.

Quas adversus suspiciones Nos — salvis iis omnibus atque integris, quae Decessor Noster im. m. Pius XI, per Encyclicas Litteras *Quas primas* die xi mensis Decembris a. MDCCCCXXV datas, edocuit de Iesu Christi Regis eiusque Ecclesiae potestate — apostolica sinceritate declaramus Ecclesiam esse prorsus ab eiusmodi propositis alienam, cum eadem ad homines omnes materna brachia pandat, non ut in eos dominetur, sed ut iisdem qua potest ope inserviat. Neque in peculiarem ac proprium ceterarum legitimarum auctoritatum locum se sufficere conatur, sed potius easdem adiuvat, divini Conditoris sui spiritu pervasa, eiusque vestigiis insistens, qui « pertransiit bene faciendo ».[46]

Ecclesia enim edicit ac praedicat obedientiam observantiamque terrenis potestatibus deberi, quae suam a Deo nobilem originem obtinent; ac Christi Domini praecepto obsequitur di-

[46] *Act.*, X, 38.

centis: « Reddite quae sunt Caesaris, Caesari ».[47] Quae in sacra Liturgia concinit « non eripit mortalia, qui regna dat caelestia »,[48] non ea ad se rapere aliena iura contendit. Neque eadem humanas vires deprimit, sed ad magnanima et ad nobilissima quaeque erigit, strenuos effingendo animos, qui suae conscientiae officium non prodant. Quae tot populos ac gentes ad humaniorem cultum provexit, ea nunquam pro certo homines ab civili progressione remorata est, cuius splendore potius materna gaudet voluntate. Propositum, quo Ecclesia nititur, ab Angelis, super Incarnati Verbi cunabula volitantibus, mirando prorsus modo declaratum est, cum haec cecinere: « Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis ».[49] Hanc pacem, quam mundus dare non potest, divinus ipse Redemptor quasi sacram hereditatem hisce verbis discipulis tradidit: ((Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis »;[50] atque adeo eam innumeri homines volenti animo Iesu Christi praecepta amplectentes, quae Dei proximorumque caritate quasi compendiaria lege continentur, quemadmodum consecuti sunt, ita in praesens consequuntur et in posterum consequentur. Ac per viginti paene saecula rerum gestarum historia, quam summus orator significanter fatetur « magistram vitae »[51] illam Sacrarum Litterarum veritatem praeclare demonstrat, eum nempe, qui Deo resistit, non habere pacem;[52] solummodo enim Christus « lapis angularis »,[53] est, in quo uno cum civilis societas, tum singuli homines possunt salvi consistere.

Iam vero, cum super hoc angulari lapide condita sit Ecclesia, numquam procul dubio ab adversis potestatibus obrui poterit, numquam deprimi: « Portae inferi non praevalebunt ».[54] immo potius domestica externaque certamina ut eius vim vir-

*[7] MATTH., XXII, 21.

[48] Hymn. Fest. Epiph.

[43] Of. Luc, II, .14.

[50] Io., XIV, 27.

[51] Cic., *Orat.,* L. II. 9.

[52] Cf. IOB., IX, 4.

[53] Cf *Eph,,* II, 20.

[54] MATTH., XVI, 18.

tutemque augent, ita ei novas victorias pariunt, novasque tribuunt coronas. Contra vero, aedificia quaelibet alia, quae in Iesu Christi doctrina veluti fundamento non innitantur, quasi in mobili arena exstructa videntur, atque adeo aliquando misere collabentur.[55]

***

Dum has primas, Venerabiles Fratres, vobis damus Encyclicas Litteras, non una de causa videtur Nobis in homines ingruere hora tenebrarum,[56] qua violentiae discordiaeque turbines veluti ex cruento calice innumeros luctus innumerosque dolores profundunt. Num igitur opus est ut vobis asseveremus paternum animum Nostrum, vehementi miseratione permotum, filiis omnibus adesse, iisque praesertim qui aerumnis insectationeque laborant? Quamvis enim populi, belli vortice submersi, adhuc « initia dolorum » »[57] forsitan solummodo perpoliantur, innumeras tamen familias mors, vastitas, plangor, miseria occupant. Atque tot hominum cruor, eorum etiam, qui, exercitus ordinibus non adsciti, misere occubuere, lugubrem videtur gemitum ex dilecta praesertim ea natione extollere, ex Polonia dicimus, quae ob tenacem suam erga Ecclesiam fidelitatem, itemque ob praeclara in christianum tutandum civilemque cultum promerita, historiae fastis inscripta immortali tatique commendata, humanam fraternamque iure meritoque postulat ab omnibus commiserationem; ac Deiparae Virgini fidens « Christianorum auxilio », optatum praestolatur diem, quo, ex iustitiae solidaeque pacis rationibus, sibi tandem aliquando liceat quasi e fluctibus sospiti emergere.

Quod proxime factum est, quod hisce etiam fit diebus, Nostris tunc oculis quasi praemonstrata specie offerebatur cum, nondum conciliationis spe omnino praecisa, nihil sane inexpertum, nihil inexploratum omisimus ut eâ ratione, quam sive apostolicum munus sive permissa Nobis instrumenta suaderent,

[55] Cf. MATTH., VII, 26-27.
[56] Cf. Luc, XXII, 53.
[57] MATTH., XXIV, 8.

prohiberemus ne ad vim et arma descenderetur, neve aditus omnes praecluderentur cum utriusque partis honore contentionem dirimendi. Cum enim persuasum haberemus, si ab altero concertantium vis adhibita esset, ab altero etiam arma adhibitum iri, apostolici officii Nostri christianaeque caritatis partes esse duximus omnia conari si tam ab universa hominum consortione quam a christiana re atrocitates cohiberemus, quae omnium gentium bellum haud dubie essent consecutura; quamquam timendum Nobis erat ne patefacta a Nobis consilia ac proposita in haud rectam acciperentur partem. At quae monebamus, si obsequenter audita sunt, non iis tamen obtemperatum est. Ac dum Noster Pastoris animus, dolore ac sollicitudine affectus, rem graviter considerat, Nostros quasi ante oculos Boni Pastoris obversatur imago; a quo mutuatis verbis, ad universum hominum genus videtur Nobis merito gemitus ille iterandus : « *si cognovisses... quae ad facem tibi! nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis!* »[58]

In hac hominum societate, quae in praesens tantopere cum pace Christi in regno Christi discrepat, Ecclesia mater cum suis fidelibus eiusmodi exercetur molestiis, sacri quas eius annales, luetationibus utique rebusque adversis referti, minus saepe referunt. Sed qui in tam difficili rerum cursu sibi in fide constant, ac forti et magno animo sunt, Christum Regem iidem sentiunt propius numquam astare sibi quam discriminis tempore, cum fidelitas videlicet re ipsa est praestanda. Ob tot filiorum suorum aerumnas cruciatusque moerore confecta, sed constantia virtuteque erecta quam e divinis dérivât pollicitationibus, Christi Sponsa, tantas perpessa miserias, in impendentes sibi procellas contendit. Ea siquidem non dubitat quin e veritate, quam docet, itemque e caritate quam simul praecipit, in rem simul deducit, sincerae voluntatis hominibus incitamenta atque adiumenta oritura aliquando sint ad novum in populis ordinem ex iustitia caritateque restituendum, postquam mortales, erroris

[58] Luc, XIX, 42.

tandem iter pertaesi, de tristibus invidiae violentiaeque fructibus degustaverint.

Interea vero, Venerabiles Fratres, enitendum est ut omnes, at ii praesertim qui belli calamitatibus afflictantur, percipiant christianae caritatis officium, praecipuum quidem Christi Regni cardinem, tantum abesse ut inane sit verbum, ut praesens etiam res sit et veritas. Infinitae propemodum hoc tempore opportunitates multiplicibus christianae caritatis inceptis praebentur. Quam ob rem maximopere confidimus universos filios Nostros, eos praecipue qui belli eximuntur asperitatibus, divinum imitatos Samaritanum, iis omnibus pro viribus esse consulturos qui, quod bello opprimuntur, non modo miserationis affectum, sed opem etiam peculiari iure mereantur.

Catholica Ecclesia, *civitas Dei, « cuius rex veritas, cuius lex caritas, cuius modus aeternitas* »[59] cum christianas veritates docens, qualibet fallacia extenuationeque immunes, tum materni animi impulsu in christianae caritatis operibus desudans, ipsos errorum et cupiditatum Auctus, veluti *beata pacis visio,* supereminet, ac dies opperitur, in quibus omnium potentissima Christi Regis manus tumescentes comprimat tempestates atque dissensionis spiritus eiciat, qui eas concitaverint. Quantum in Nobis potestatis est ad diem illum maturandum cum pacis columba in hac terra, discidiorum obruta diluvio, ubi considat reperiet, totum illud Nos praetermissuri non sumus, cum eorum civitatum moderatorum opera freti, qui, antequam belli conflagratio erumperet, immanem eiusmodi procellam nobili nisu repellere conati sunt, tum iis confisi, innumeris profsus, qui, ex quavis natione et ex quovis civium ordine, non modo iustitiam, sed caritatem etiam ac misericordiam inclamant, tum denique potissimum omnipotenti Dei Numine fidentes, ad quem precatione hac cotidiana utimur : « In umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas ».[60]

Infinita sane Deus potestate fruitur; quapropter non minus

[59] **S. AUG.,** *Ep. CXXXYIII ad Marcellinum,* **c. 3, n. 17.**

[60] **Ps. LVI, 2.**

is prosperitatem fortunamque populorum quam singulorum hominum consilia moderatur, in quam maluerit partem leniter haec convertens; eo scilicet usque ut ea ipsa quae inferantur impedimenta, haec pro sua potestate in instrumenta mutet, quibus rerum eventus fingat atque hominum mentes voluntatemque liberam ad sua inflectat proposita.

Ad Deum igitur, Venerabiles Fratres, admovete preces, admovete continuas, tunc maxime admovete, ubi divina amoris Hostia litatis. Deo vos supplicate, quibus animose professa fides gravia, molesta, plus quam humana haud raro incommoda parit; ad Christum Iesum vos ipsi precamini, aerumnis doloribusque confecta Ecclesiae membra, cum vos ille de laboribus vestris consolaturus ac recreaturus accedit.

Ac recta adhibita sui ipsius suarumque cupiditatum refrenatione, dignisque paenitentiae operibus susceptis, ne praetermittatis supplicationes vestras ei magis acceptas reddere, qui ((allevat omnes, qui corruunt, et erigit omnes elisos »,[61] ut miserentissimus Redemptor harum angustiarum finem maturet; atque ita haec sacri Psaltis verba precibus quoque vestris respondeant: « Clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, et de necessitatibus eorum liberavit eos ».[62]

Ac vos item, candida puellorum agmina, quos Christus Dominus in deliciis habet, castas preces cum Ecclesiae precibus coniunctas, ubi potissimum Angelorum vescimini Pane, ex ingenuo pectore fundi te. Ac profecto Sacratissimum Cor Iesu, quod tanta vos caritate complectitur, innocentium animorum obsecrationes neutiquam respuet. Precatione utimini omnes, continenterque utimini: *sine intermissione orate* ».[63]

Ita enim illud in rem deducetis, quod Divinus Magister praecipit sacroque Cordis sui testamento cavet: *ut omnes unum sint:*[64] ut omnes videlicet in eiusdem fidei caritatisque con-

[61] Ps. OXLIV, 14.
[62] Ps. CVI, 13.
[63] *I Thess.*, V, 17.
[64] IOAS., XVII, 21.

sensu atque unitate vivant, unde perspiciant homines quid valeant quidve efficienter gignere possint cum peracta a Christo redemptio, tum constitutae ab eo Ecclesiae opus et labor.

Priseorum Ecclesiae temporum fideles divinum hoc praeceptum, quod et intellegentia tenebant et ad effectum operibus deducebant, significanti quadam precatione complexi sunt; cum iis igitur coniuncti eadem vos orando exprimite sensa, quae tam sunt nostrae huius aetatis necessitatibus accommodata: « Recordare, Domine, Ecclesiae tuae, ut eam liberes ab omni malo, eamque perficias in caritate tua; et collige eam a quattuor ventis sanctificatam in regnum tuum, quod ei parasti; quoniam tua est virtus et gloria in saecula ». [65]

Postremo id vehementer cupientes ut Deus, *auctor pacis et amator*, Ecclesiae suae obtestationes benignus admittat, supernorum conciliatricem munerum atque propensae voluntatis Nostrae testem, Apostolicam vobis omnibus Benedictionem paterno animo impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Romam, die xx mensis Octobris, anno MDCCCCXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XII

[65] Doctrina **Apost., c. 10.**

(e textu latino versio italica).

LETTERA ENCICLICA

AI VENERABILI FRATELLI PATRIARCHI, PRIMATI, ARCIVESCOVI. VESCOVI E ALTRI ORDINARI AVENTI PACE E COMUNIONE CON LA SEDE APOSTOLICA.

PIO PAPA XII

VENERABILI FRATELLI

SALUTE ED APOSTOLICA BENEDIZIONE

L'arcano disegno del Signore Oi ha affidato, senza alcun Nostro merito, l'altissima dignità e le gravissime sollecitudini del Sommo Pontificato proprio nell'anno, in cui ricorre il quadragesimo anniversario della consacrazione dell'umanità al Sacratissimo Cuore del Redentore, indetta dal Nostro immortale Predecessore, Leone XIII, al declinare del secolo scorso, alle soglie dell'Anno Santo.

Con quale gioia, commozione e intimo consenso accogliemmo allora come un messaggio celeste l'Enciclica *Annum Sacrum,* proprio quando novello levita avevamo potuto recitare : *Introibo ad altare Dei.* E con che ardente entusiasmo unimmo il Nostro cuore ai pensieri e alle intenzioni, che animavano e guidavano quell'atto veramente provvidenziale di un Pontefice, che con tanta profonda acutezza conosceva i bisogni e le piaghe, palesi e occulte, del suo tempo! Come quindi potremmo non sentire oggi profonda riconoscenza verso la Provvidenza, che ha voluto far coincidere il Nostro primo anno di pontificato con un ricordo così importante e caro del Nostro primo anno di sacerdozio; e come potremmo non cogliere con gioia l'occasione per fare del culto al *Re dei re e Signore dei dominanti* (1 *Tim.,* 6, 15 : *Apoc,* 19, 16) quasi la preghiera d'introito di questo Nostro Pontificato, nello spirito del Nostro indimenticabile Predecessore e in fedele attuazione delle sue intenzioni? Come non faremmo di esso l'alfa e l'omega del Nostro volere e del Nostro sperare, del Nostro insegnamento e della Nostra attività, della Nostra pazienza e delle Nostre sofferenze, consacrate tutte alla diffusione del regno di Cristo?

Se Noi contempliamo sotto la luce dell'eternità gli esterni eventi e gli interiori sviluppi degli ultimi quarantanni e ne misuriamo grandezze e deficienze, quella consacrazione universale a Cristo-Re appare allo sguardo del Nostro spirito sempre più nel suo significato sacro, nel suo simbolismo esortatore, nel suo scopo di purificazione e di elevazione, di irrobustimento e di difesa delle anime e in pari tempo nella sua preveg-

gente saggezza, mirante a guarire e nobilitare ogni umana società e promuoverne il vero bene. Sempre più chiaramente Ci si rivela come un messaggio di esortazione e di grazia di Dio non solo alla sua Ghiesa, ma anche ad un mondo, troppo bisognoso di scotimento e di guida, il quale, immerso nel culto del presente, si smarriva sempre più e si esauriva nella fredda ricerca di terreni ideali; un messaggio ad una umanità, la quale, in schiere sempre più numerose, si staccava dalla fede in Cristo e più ancora dal riconoscimento e dall'osservanza della sua legge; un messaggio contro una concezione del mondo, a cui la dottrina di amore e di rinunzia del Sermone della Montagna e la divina azione d'amore della Croce apparivano scandalo e follia. — Come un giorno il Precursore del Signore a coloro che, cercando, interrogavano, proclamava : *Ecco V'Agnello di Dio (Giov.,* 1, **29),** per ammonirli che l'Aspettato delle genti (cf. *Ayy->* 2, 8) dimorava, sebbene ancora sconosciuto, in mezzo a loro; così ir rappresentante di Cristo rivolgeva scongiurando il suo grido potente: *Ecco il vostro Ref (Giov.,* 19, 14) ai rinnegatori, ai dubbiosi, agli indecisi, agli esitanti, i quali o rifiutavano di seguire il Redentore glorioso, sempre vivente ed operante nella sua Chiesa, o lo seguivano •con noncuranza e lentezza.

Dalla diffusione e dall'approfondimento del culto del divin Cuore del Redentore, che trovò lo splendido coronamento, oltre che nella consacrazione dell'umanità al declinare del secolo scorso, anche nell'introduzione della festa della Regalità di Cristo da parte del Nostro immediato Predecessore di felice memoria, sono scaturiti indicibili beni per innumerevoli anime — un *impeto di fiumana,* che *rallegra la città di Dio* (cf. *Salm.* 45, 5). Qual'epoca più della nostra ebbe maggior bisogno di questi beni? Qual'epoca più della nostra fu così tormentata da vuoto spirituale e da profonda indigenza interiore, nonostante ogni progresso tecnico e puramente civile? Non può forse ad essa applicarsi la parola rivelatrice dell'Apocalisse : *Vai dicendo : sono ricco e dovizioso e non mi manca nulla; e non sai che tu sei meschino e miserabile e povero e vieco e ignudo? (Apoc,* 3, 17).

Mitglied dieses Reiches sein, heisst seinem Geist entsprechend leben, heisst an seinem Wachstum arbeiten, seine Schätze auch denen erschliessen, die noch nicht seine Glieder sind. Das besagt aber in unsern Tagen : ankämpfen müssen gegen Hindernisse und Widerstände, die in ausgeklügeltem System in die Breite und Tiefe angelegt sind wie nie zuvor; daher ist heute mehr denn je ein offenes, mutiges Glaubensbekenntnis gefordert, Standhaftigkeit in Kampf, ausserste Opferbereitschaft. Wer im Geiste Christi lebt, den entmutigen die Schwierigkeiten nicht, vielmehr treiben sie ihn zu höchster Kraftanspannung und vollstem Gottvertrauen an; der entzieht sich nicht den harten Forderungen des Augenblicks, sondern stellt sich ihnen und vollbringt seine Hilfeleistung mit jener Liebe, die vor keinem Opfer zurückschreckt, die stärker ist als der Tod, die sich nicht auslöschen lässt durch die reissenden Wasser der Trübsal.

Ein inniger Trost, eine beglückende Freude, für die Wir Gott dem Herrn Tag für Tag in tiefer Demut danken, ist es für Uns, ehrwürdige

Brüder, in allen Breiten der katholischen Welt unverkennbare Zeichen eines Geistes zu sehen, der den riesengrossen Aufgaben der Zeit mutig die Stirne bietet, der mit bewundernswerter Hochherzigkeit und entschlossenem Ernst darangeht, die erste und wesentliche Sorge um persönliche Selbstheiligung mit dem apostolischen Bingen um des Gottesreiches Mehrung in fruchtbarem Ausgleich zu vereinen. Das von Unsern Vorgängern mit so viel Liebe gepflegte Werk der Eucharistischen Kongresse und die Mitarbeit der Laien, die in der Katholischen Aktion zum vertieften Bewusstsein ihrer hohen Sendung und Würde erzogen werden, schenken der Kirche in einem Moment gesteigerter Bedrohung und verstärkter Beanspruchung Gnadenquellen und Kraftreserven, die in dem zwischen Christentum und Antichristentum entbrannten Kampf nicht hoch genug eingeschätzt werden können

In einem Zeitpunkt, avo zAvischen Priesterzahl und Priesteraufgaben ein Missverhältnis besteht, das dem Worte Christi von der grossen Ernte und den Avenigen Arbeitern (Matth., 9, 37; Lk., 10, 2) einen sorgenschweren Sinn gibt, bedeutet die zahlreiche, eifrige und hingebende Mitarbeit der Laien am hierarchischen Apostolat eine wertvolle Hilfe für die Priester und zeigt Entfaltungsmöglichkeiten, die zu den schönsten Hoffnungen berechtigen. Das Gebet der Kirche zu dem Herrn der Ernte, Er möge Arbeiter in seinen Weinberg senden (Matth., 9, 38; Lk., 10, 2), ist in einer Weise erhört Avorden, die den Forderungen der Gegenwart entspricht und die eine Ergänzung der vielfach eingeengten priesterlichen Seelsorge ermöglicht. Eine einsatzbereite Front katholischer Manuel und Frauen, Jungmänner und Jungfrauen Avidmet, dem Ruf des ober_ sten Hirten folgend, in Unterordnung unter die Bischöfe diesem Apostolat die ganze Glut des Herzens und müht sich, den Massenabfall von Christus in eine Massenheimkehr zu Christus zu wandeln. Ihnen allen gilt in diesem für die Kirche und die Menschheit so bedeutungsvollen Augenblick Unser väterlicher Gruss, Unser beAvegter Dank, Unsere vertrauensvolle Hoffnung. Sie haben in Wahrheit ihr Leben und Schaffen unter das Banner Christi des Königs gestellt. Sie können mit dem Psalmisten sprechen: «Meine Werke gehören dem König» (Ps. 44, 1). Der Ruf : Zu uns komme Dein Reich! — ist nicht nur Sehnsuchtsziel ihres Betens, sondern auch Leitstern ihres Handelns. In allen Klassen, Berufsschichten und Gruppen macht diese Zusammenarbeit zwischen Priestern und Laien wertvolle Energien frei und weist ihnen Aufgaben zu, wie sie edle und treue Herzen ehrender und beglückender nicht erhoffen können. Diese apostolische Arbeit, im Geiste der Kirche geleistet, weiht anch den Laien gewissermassen zum « Diener Christi », Avie es der

Iii. Augustin mit folgenden Worten erklärt: ((Meine Brüder, wenn ihr den Herrn sagen hört : " Wo ich bin, dort wird auch mein Diener sein " so dürft ihr nicht nur an die guten Bischöfe und Geistlichen denken. Auch ihr dient ja in eurer Weise Christus, indem ihr heilig lebt, Almosen spendet und Christi Namen und Lehre soviel als möglich verkündet. Jeder Familienvater sei schon auf Grund dieses Namens sich bewusst, dass er seine Familie in väterlicher Güte umfangen soll. Um Christi und um des ewigen Lebens willen möge er alle die Seinen ermahnen, belehren, aufmuntern und zurechtweisen; er zeige ihnen ein gutes Herz, aber sehe auch auf ernste Zucht; so wird der Hausvater in seinem Heim ein kirchliches, ja geradezu ein bischöfliches Amt erfüllen, indem er Christus dient, um auf ewig auch bei Christus zu sein » (In Ev. Joh., tract. 51, n. 13).

Bei der Förderung dieses heute so wichtigen Laienapostolates fällt eine besondere Sendung der Familie zu. Der Geist der Familie ist für den Geist des jungen Geschlechts entscheidend. Solange am heimischen Herd des Christusglaubens heilige Flamme brennt, solange Vater und Mutter das Leben ihrer Kinder nach diesem Glauben formen und prägen, wird es immer wieder Jugend geben, die bereit ist, die Königsrechte des Erlösers anzuerkennen und jedem Widerstand zu leisten, der diesen Erlöser aus der Öffentlichkeit verbannen oder in seine Rechte frevelnd eingreifen will. Wo die Kirchen geschlossen, wo von den Wänden der Schulen das Bild des Gekreuzigten entfernt wird, bleibt die Familie der providenzielle, in einem gewissen Grade unangreifbare Zufluchtsort christlicher Glaubensgesinnung. Und — Gott sei es gedankt! — unzählige Familien erfüllen diese ihre Sendung in unbeirrbarer Treue, die allen Anfechtungen und Opfern trotzt. Jugend aus beiden Geschlechtern, in grosser Zahl — auch in solchen Ländern, wo das Bekenntnis zu Christus Leid und Verfolgung bedeutet — harrt aus am Throne des Erlöser-Königs mit jener ruhigen und sicheren Entschlossenheit, die an die ruhmreichsten Zeiten der kämpfenden Kirche erinnert.

Welche Ströme des Segens könnten sich über die Welt ergiessen, wieviel Licht, Ordnung und Befriedung in die verschiedenen Bereiche des Gemeinschaftslebens einziehen, wieviel kostbare, ja unersetzbare Kräfte könnten für die grossen Aufgaben und Ziele der Menschheit nutzbar gemacht werden, wenn man der Kirche, der berufenen Lehrmeisterin von Gerechtigkeit und Liebe, freie Bahn gäbe, auf die sie kraft ihres Gottesauftrags ein heiliges, unbestreitbares Recht besitzt! Wieviel Unheil könnte verhütet, wieviel Glück und Zufriedenheit geschaffen werden, wollte die soziale und übernationale Friedensarbeit sich von den

starken Antrieben des Evangeliums der Liebe im Kampf gegen individuellen und kollektiven Eigennutz lenken lassen!

Die Gesetze, die das Leben der gläubigen Christen ordnen, und die Postulate wahren Menschentums widersprechen sich nicht, sondern stützen sich gegenseitig. Im Interesse der leidenden, in ihrem materiellen und geistigen Gefüge tief erschütterten Menschheit haben Wir keinen sehnlicheren Wunsch, als diesen : die Not der Gegenwart möge vielen die Augen öffnen, damit sie Christus den Herrn und die Sendung seiner Kirche in der Welt im wahren Lichte sehen, und alle Machthaber mögen sich entschliessen, für die welterzieherischen Aufgaben der Kirche im Sinne der Gerechtigkeit und des Friedens die Bahn freizugeben.

Voraussetzung für diese Friedensarbeit ist, dass der Kirche bei der Ausübung der ihr von Gott anvertrauten Sendung keine Hindernisse in den Weg gelegt werden; dass man ihr Betätigungsfeld nicht einengt und nicht die Massen, besonders die Jugend, ihrem segensreichen Einfluss entzieht. Als Stellvertreter dessen, der vom Propheten "Fürst des Friedens " (Isai., 9, 6) genannt worden ist, wenden wir Uns daher an die Lenker der Völker und an alle, die auf das öffentliche Leben Einfluss besitzen, damit sich die Kirche in voller Freiheit ihrer Erziehungsaufgabe widmen könne, indem sie die Wahrheit verkündigt, die Gerechtigkeit einschärft und die Herzen mit der göttlichen Liebe Christi erneuert.

Auf die Ausübung dieser ihrer Mission, die als Endziel hier auf Erden den göttlichen Plan verwirklichen will « alles in Christus zu erneuern, was im Himmel und auf Erden ist » (Eph., **1,** 10), kann die Kirche niemals verzichten; umso weniger heute, wo ihre Arbeit notwendiger denn je erscheint, da die traurige Erfahrung lehrt, dass äussere Mittel, menschliche Vorsorge und politische Massnahmen allein ausserstande sind, der bedrängten Menschheit wirksame Erleichterung zu bringen.

Gerade weil die menschlichen Auskunftsmittel leider die Stürme abzuwenden nicht imstande waren, die unsere Kultur in ihren Wirbel reissen, wenden viele erneut voll Hoffnung ihren Blick zur Kirche, dem Hort der Wahrheit und Liebe, zum Stuhle Petri, von dem, wie sie fühlen, der Menschheit jene Einheit des Glaubens und des Sittengesetzes wiedergeschenkt werden kann, die zu anderer Zeit den friedlichen Beziehungen der Völker Dauer und Festigkeit verlieh.

Eine Einheit, nach der nicht wenige für die Geschicke der Völker verantwortlichen Staatsmänner mit schmerzlicher Sehnsucht Ausschau halten : sie müssen es ja Tag für Tag erfahren, wie sehr die Mittel versagen, auf die sie einstens ihre Hoffnung setzten. Eine Einheit, auf welche die Scharen, gross an Zahl, Unserer eigenen Kinder harren, die

täglich den Gott des Friedens und der Liehe anrufen (vgl. 2 Cor., 13,11). Eine Einheit- die Erwartung so vieler edler Geister, die zwar nicht zu Uns gehören, die aber doch in ihrem Hunger und Durst nach Gerechtigkeit und Frieden ihr Augenmerk auf den Stuhl Petri richten, von wo sie Führung und Rat erhoffen.

Was sie an der katholischen Kirche achten, ist die sichere Festigkeit, mit der die Kirche durch zwei Jahrtausende die christliche Glaubens- und Lebensregel bewahrt hat. Was sie achten, ist die unerschütterliche Geschlossenheit der kirchlichen Hierarchie, die geeint um Petri Nachfolger sich selbstlos aufopfert, um das Licht der Frohbotschaft in die Menschheit hineinzutragen, sie zu führen und zu heiligen; die in mütterlichem Verstehen weitherzig ist gegen alle, aber unbeugsam bleibt, wenn sie, selbst um den Preis von Verfolgung und blutigem Tod, erklären muss : Non licet, es ist nicht erlaubt!

Und doch, ehrwürdige Brüder, die Lehre Christi, die allein den Menschen eine sichere Glaubensgrundlage bieten kann, von der aus der Blick in selige Fernen schweift und das Herz den göttlichen Dingen sich weit erschliesst, die Lehre Christi, die in den grossen Zeitnöten mächtige Hilfe verleiht — sie und das rastlose Mühen der Kirche, jene Lehre zu verkünden, zu verbreiten und die Menschen nach ihr zu bilden, sind nicht selten Gegenstand misstrauischen Verdachts, als ob sie den Unterbau der staatlichen Autorität erschütterten und sich deren Rechte anmassten.

Solchem Argwohn gegenüber erklären Wir mit apostolischer Offenheit : Bei allem Festhalten an dem, was Unser Vorgänger Pius XI. verehrungswürdigen Angedenkens in seinem Rundschreiben « Quas primas » vom 11. Dezember 1925 über die Gewalt Christi des Königs und Seiner Kirche gelehrt hat, liegen der Kirche derartige Bestrebungen vollkommen fern; sie breitet ihre mütterlichen Arme gegen die Welt aus — nicht um zu herrschen, sondern um zu dienen. Sie beansprucht nicht, sich innerhalb des Eigenbereichs anderer rechtmässiger Gewalten an deren Stelle zu setzen; si bietet ihnen vielmehr ihre Hilfe an, ganz nach dem Beispiel und im Geiste ihres göttlichen Stifters, der « umherzog, Wohltaten spendend» (Apg., 10, 38).

Die Kirche predigt mit Nachdruck Gehorsam und Ehrfurcht gegenüber der weltlichen Autorität, die ja ihre hohe Abkunft von Gott herleitet, und sie hält sich an die Lehre ihres göttlichen Meisters, der sagte: «Gebt dem Kaiser, was dem Kaiser gebührt» (Mt., 22, 21); sie will sich keine Macht anmassen, sondern lässt in ihrer Liturgie singen : ((Doch der raubt nie ein irdisch' Reich, der himmlische vergeben kann »

(Hymnus am Epiphaniefest). Sie beugt nicht die menschliche Kraft nieder, sondern erhebt sie zu allem Hochherzigen und Edlen, sie prägt Charaktere, die unentwegt zu ihrem Gewissen stehen. Die Kirche, die den Völkern die Gesittung brachte, hat sich nie gegen den kulturellen Fortschritt der Menschheit gestemmt, im Gegenteil — ihr Mutterstolz schaut auf ihn mit Freude und Gefallen. Was ihr Wirken will, haben, die Engel an der Krippe des menschgewordenen Gottes wunderbar verkündet, als sie des Höchsten Ehre sangen und den Menschen guten Willens die Friedensbotschaft brachten : « Ehre sei Gott in der Höhe, und auf Erden Frieden den Menschen seiner Huld » (Luk., 2, 14). Es ist der Friede, den die Welt nicht geben kann; ihn hat der göttliche Erlöser seinen Jüngern als Erbe hinterlassen : « den Frieden hinterlasse ich Euch, meinen Frieden gebe ich Euch » (Job.., 14, 27); und nach dieser erhabenen Lehre Christi, die Er selbst im Doppelgebot der Gottes- und Nächstenliebe zusammenfasste, haben Millionen von Seelen den Frieden gefunden, finden ihn heute und immerdar. Die Geschichte von fast zweitausend Jahren — und ein grosser Redner Roms hat die Geschichte treffend die « Lehrmeisterin des Lebens» (Cic, Orat., 1, 2, 9) genannt — liefert den Beweis von der Wahrheit des Schriftwortes, dass jene den Frieden nicht finden, die sich Gott widersetzen (Job, 9, 4). Denn Christus allein ist der «Eckstein» (Eph. 2, 20), auf dem das Heil des Einzelmenschen und des Gesellschaft festbegründet steht.

Auf diesen Eckstein ist die Kirche gebaut, und daher werden feindliche Mächte nichts gegen sie ausrichten : « Die Pforten der Hölle werden sie nicht überwältigen » (Matth., 16, 18). Nicht einmal schwächen können sie die Kirche, denn alle inneren und äusseren Kämpfe steigern nur ihre Kraft und winden nur immer neue ruhmreiche Siegeskränze um ihr Haupt.

Jeder andere Bau dagegen, der nicht fest auf Christi Lehre ruht, ist auf Flugsand gebaut und muss über kurz oder lang zusammenstürzen (vgl. Matth., 7, 26-27).

Ehrwürdige Brüder, die Stunde, in der dieses Unser erstes Rundschreiben zu euch hinausgeht, ist in mehr als einer Hinsicht wahrhaft eine Stunde der Finsternis (cf. Luk., 22, 53), in der die Geister der Gewalt und des Unfriedens die blutige Schale namenlosen Leides über die Menschheit ausgiessen. Brauchen Wir Euch zu versichern, dass Unser Vaterherz allen seinen Kindern mitleidend in Liebe nahe ist, vor allem den Bedrängten, Unterdrückten und Verfolgten? Schon sind Völker in den mörderischen Strudel des Krieges hineingezogen, und vielleicht stehen sie erst am «Anfang der Leiden» (Matth., 24, 8); und

doch ist bereits in Tausenden von Familien Tod und Verwaisung, Trauer und Elend bitterer Hausgast geworden. Das Blut ungezählter Menschen, auch von Mchtkämpfern, erhebt erschütternde Klage, insbesondere auch über ein so geliebtes Volk, wie das polnische, dessen kirchliche Treue und Verdienste um die Rettung der christlichen Kultur mit unauslöschlichen Lettern in das Buch der Geschichte geschrieben sind und ihm ein Recht geben auf das menschlich-brüderliche Mitgefühl der Welt. Vertrauend auf die mächtige Fürsprache Marias, der Hilfe der Christen, ersehnt es die Stunde einer Auferstehung nach den Grundsätzen der Gerechtigkeit und eines wahren Friedens.

Was heute geschehen ist und weiter geschieht, stand wie eine Vision vor Unserem Auge, als Wir in einer Zeit, wo noch nicht alle Hoffnung geschwunden war, nichts unversucht Hessen, um in den Unserem heiligen Amte gemässen Formen und mit den Uns zu Gebote stehenden Mitteln den Waffengang zu verhüten und die Wege zu einer für beide Teile ehrenvollen Vereinbarung offen zu halten. Überzeugt davon, dass der Gewaltanwendung von der einen Seite die bewaffnete Antwort der Gegenseite folgen werde, erachteten Wir es — selbst auf die Gefahr von Missverständnissen Unserer Absichten und Ziele hin — für eine unabweisbare Pflicht Unseres Amtes und ein Gebot christlicher Liebe, alles daran zu setzen, um der Menschheit und der Christenheit die Schrekken eines neuen Weltbrandes zu ersparen. Unsere Mahnungen sind, wenn auch nicht ungehört, so doch unbefolgt verhallt. Und während Unser Herz erschauert in Hirtenleid und Hirtensorge, ersteht vor Uns das Bild des Guten Hirten; es ist Uns, als müssten Wir in seinem Namen der Welt von heute sein klagendes Wort zurufen : « Ach hättest du es doch erkannt, was Dir zum Frieden dient! Nun aber ist es vor Deinen Augen verborgen! » (Luk., 18, 42).

Inmitten dieser Welt, die heute das grauenvolle Gegenstück zu dem Frieden Christi im Reiche Christi bietet, steht die Kirche und stehen ihre Gläubigen vor Zeiten und vielleicht Jahren der Prüfung, wie sie in ihrer bewegten Kampf- und Leidensgeschichte sicher selten zu verzeichnen waren. Aber gerade in solchen Zeiten weiss der, der einen festen Glauben und ein gestähltes Herz besitzt, dass Christus der König den Seinen nie so nahe ist, wie in der Stunde der Heimsuchung, die stets eine Feuerprobe christlicher Bewährung bedeutet. Mit blutendem Herzen ob der Leiden und Gefahren so vieler ihrer Kinder, aber auch mit dem Starkmut und der Unbeirrbarkeit, die ihr die Verheissungen des Herrn verleihen, geht die Braut Christi den kommenden Stürmen entgegen. Und sie weiss : die Wahrheit, die sie predigt,

die Liebe, die sie lehrt und übt, wird einst beim Aufbau einer neuen Welt in Gerechtigkeit und Liebe mithelfen als unentbehrliche Beraterin und Stütze aller, die guten Willens sind, wenn einmal die Menschheit auf dem Weg des Irrtums sich müde gelaufen und den bitteren Trank des Hasses und der Gewalttat bis zur Neige ausgekostet hat.

Inzwischen aber, ehrwürdige Brüder, soll die WTelt, sollen alle vom Kriesgselend Betroffenen erfahren, dass das Grundgesetz des Reiches Christi, die katholische Bruderliebe, nicht ein leeres Wort ist, sondern lebendige Wirklichkeit. Ein unübersehbares Arbeitsfeld eröffnet sich der christlichen Caritas in allen ihren Formen. Wir haben das Vertrauen zu Unsern Söhnen und Töchtern, vor allem auch in denjenigen Ländern, deren Boden noch nicht von der Geissei des Kriegs heimgesucht ward, dass sie im Geiste des Göttlichen Samaritana sich derer erinnern, die als Opfer des Krieges ein Recht auf Mitleid und Hilfe haben.

Die katholische Kirche steht da als die Stadt Gottes, « deren König die Wahrheit, deren Gesetz die Liebe, deren Lebensform die Ewigkeit ist» (S. Aug., Ep., 38 ad Marcellinum, 3, 17); sie kündet die Wahrheit, unverfälscht und unvermindert, sie wirkt mit mütterlicher Hingabe aus Christi Liebe, und erhebt sich als « Erscheinung seligen Friedens » über dem Strudel von Irrtum und Leidenschaft. So harrt sie des Augenblicks, da Christi des Königs allmächtige Hand dem Sturm gebietet und die Geister bannt, die den Unfrieden heraufbeschworen. Was in Unserer Macht liegt, um das Kommen des Tages zu beschleunigen, wo die Friedenstaube auf dieser von einer Sintflut der Zwietracht überfluteten Erde eine Rast findet, das wollen Wir auch weiterhin tun; Wir vertrauen dabei auf jene hervorragenden Staatsmänner, die vor Kriegsausbruch sich mit Edelmut eingesetzt haben, um die Völker vor solcher Geissei zu bewahren; wir vertrauen auf Millionen von Seelen aller Länder und Schichten, die wie nach Gerechtigkeit, ebenso auch nach Liebe und Erbarmen rufen; Wir vertrauen aber vor allem auf den allmächtigen Gott, zu dem Wir täglich flehen : « Im Schatten Deiner Flügel hoffe ich, bis die Trübsal weicht » (Ps. 56, 2).

Gott kann alles : in Seiner Hand trägt er das Glück und Los der Völker ebenso wie die Pläne der Menschen; er vermag sie in Milde zu wenden, wie Er es will. Selbst Hindernisse werden in Seiner allmächtigen Hand zu Werkzeugen, um Dinge und Geschehnisse zu formen und den freien Entschluss der Herzen auf Seine Ziele zu lenken.

Darum, ehrwürdige Brüder, betet ohne Unterlass, betet vor allem dann, wenn ihr das göttliche Opfer der Liebe darbringt. Betet ihr,

von denen der mutige Glaubenseinsatz beute harte, schwere, oft heldenhafte Opfer fordert; betet ihr leidenden und bedrückten Glieder der Kirche, wenn Jesus zu euch kommt, um eure Schmerzen mit tröstender Liebe zu lindern.

Vergesst auch nicht, durch wahren Bussgeist und würdige Werke der Busse euer Gebet angenehmer zu gestalten in den Augen dessen, « der Stütze ist allen, die stürzen, und der alle Gebeugten aufrichtet » (Ps. 144, 14), damit Er in seiner Barmherzigkeit die Tage der Prüfung abkürze und sich so das Wort des Psalmisten erfülle : « Sie schrien in ihrer Bedrängnis zum Herrn, und er befreite sie aus ihren Ängsten » (Ps. 106,13).

Und ihr lichten Scharen der Kinder, ihr Lieblinge Jesu, erhebt beim Empfang des himmlischen Lebensbrotes euer unberührtes, unschuldvolles Gebet und vereint es mit dem Flehen der ganzen Kirche. Dem Flehruf der Unschuldigen kann Jesu Herz nicht widerstehen; denn es liebt euch. Betet alle, betet ohne Unterlass (1 Thess., 5, 17).

So werdet ihr in die Tat umsetzen, was der göttliche Meister als erhabenes Gebot, als heiligstes Vermächtnis Seines Herzens hinterliess : «dass alle eins seien» (Joh., 17, 20) : dass alle in jener Glaubens- und Liebeseinheit leben, an der die Welt erkennen soll, wie stark und eindrucksmächtig Christi Sendung und Seiner Kirche Wirken ist.

Die alte Kirche hat dieses Gottesgebot begriffen, getätigt und in einem erhabenen Gebet ausgesprochen; das sollt ihr zu dem eurigen machen mit jenen Gesinnungen, die das Leid der Stunde erheischt : « Gedenke, o Herr, Deiner Kirche, erlöse sie von allem Übel und mache sie vollkommen in Deiner Liebe. Führe sie, die Geheiligte, von den vier Himmelsrichtungen zusammen in Dein Reich, das Du ihr bereitet hast; denn Dein ist die Macht und Ehre in Ewigkeit» (Didache, cap. 10).

Im Vertrauen, dass Gott, des Friedens Mehrer und Freund, das Gebet Seiner Kirche erhöre, erteilen Wir als Unterpfand überströmender göttlicher Gnade, aus der Fülle Unseres väterlichen Herzens, den Apostolischen Segen.

Gegeben zu Castel Gandolfo bei Rom, am 20. Oktober 1939, im ersten Jahr Unseres Pontiükats.

PIUS PP. XII.

An. et Yol. XXXI 10 Novembris 1939 (Ser. II, v. TI) - Num. 14

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

HOMILIA

A SS.MO D. N. PIO PP. XII, DIE XXIX MENSIS OCTOBRIS A. MCMXXXIX IN BASILICA VATICANA HABITA, INTER SACRA SOLLEMNIA, QUIBUS XII EPISCOPOS AD MISSIONES REGENDAS DESTINATUS CONSECRATO.

Audistis, Venerabiles Fratres et dilecti filii, evangelicam lectionem. Cum Pilatus, Romanus praeses, benignissimum Redemptorem interrogasset, num reapse esset rex, regis praestantiam et potestatem sibi asserere Veritas non dubitavit. Haud sine mirae sapientiae consilio humani generis Servator, cui docili obtemperatione tempora subsunt, id quod antea tacuerat, tunc palam declaravit, cum tamquam reus in praetorio sisteret, cum pateretur, cum despiceretur. Dei namque Filius, splendor gloriae Patris et figura substantiae eius, Deus verus de Deo vero, lumen de lumine, antequam saecula labi inciperent natus, ex divina natura sua rex est, quoniam ipse condidit universa quae sunt, suoque nutu imperioque gubernat. Idem ut Filius hominis, hoc eodem legitimo honoris ornamento pollens, regio nomine insignitur. Quod autem nativo iure possidebat, tunc promulgavit atque ad se vindicavit, cum, a daemonis servitute nos liberans, id acquisito etiam iure,[1] per divinum nempe humanae Redemptionis opus, adeptus est.

[1] **Cf. Enc.** *Quas primas, A. A. S.,* **1925, p. 599.**

Regnat igitur Christus, circumfusus electorum suorum decore ; atque ignobilis ealamus, quem per ludibrium ei tradiderant, conversus est in virgam ferream, qua tamquam vasa lutea rebellia destruuntur imperia; caput ipsius quod Spinae laeserant, summo nunc fulget principatu, quem is in universa rerum natura sive aspectabili sive non aspectabili exercet; instar solis sacra eius vulnera fulgent, nostrae salutis pignora; Cor eius diro mucrone sauciatum divinae misericordiae patet sacrarium; erigitur Crux ubique terrarum veneranda, cunctarum causa gratiarum, cunctarum benedictionum origo.

Ac nequit unquam fieri, quin regnet Christus. Regnat, si adest, beneficiorum largitate; regnat, si amissa ab hominibus divina gratia, abest, ineluctabili iudicii severitate. Beatus homo, qui Christi legi paret ad eiusque gratiam et nutum, quaecumque vel cogitat vel agit studiosissime componit. Eius mens, in prosperis humilis, in adversis secura, puro fidei lumine radiât, ac serena hilaratur laetitia; eiusque voluntas, caritate in Deum et in proximos calente, ad egregia prosilit opera; atque ipsamet eius corporis membra moderatori animo obtempérant, arma effecta iustitiae.

Beatae familiae, in quibus Christi Regis viget iustissimum sceptrnm! Eae siquidem mutuo amore coalescunt, decoro stant ordine, pace fruuntur, prosperitate vigent, ac generosa crescunt subole, patriae tutissima spe, in qua avitae virtutis exempla sedula imitatione reviviscunt.

Terque quaterque beatae civitates, ubi leges, Evangelio auspice, feruntur et Christi Regis maiestati publicum defertur obsequium. Ibi enim ad celsae honestatis et ad iustitiae formam res rationesque civium componuntur; ibi saeva dominatio ignoratur, neque constans in moderatores verecundia deest, neque consentanea deficit humanae dignitati libertas; ibi denique, augescentibus concordia viribus, magna perficiuntur incepta, et optima quaeque ad uberiora cotidie incrementa provehuntur.

Si igitur regiam agnoscere Iesu Christo dignitatem, eiusque praecepta libenti volentique animo amplecti et in privatae pu-

blicáeque vitae usum deducere, cum singulis hominibus, tum domesticae civilique consortioni tot tantaque affert beneficia, prorsus necesse est, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, ut omnes, qui christiano censentur nomine, ad gravissimam urgendam eiusmodi causam, pro virili sua cuiusque parte, annitantur. Idque nostra praesertim aetate, cum passim homines, immodico terrenarum rerum studio distenti, ab coelestibus adipiscendis bonis abstrahantur, atque adeo « regnum veritatis et vitae, regnum sanctitatis et gratiae, regnum iustitiae, amoris et pacis »[2] vel obliviose neglegant, vel omnino miserrime respuant.

At si ad sanctissimum assequendum propositum vos omnes, quotquot adestis, paterno adhortamur animo, vos tamen imprimis adhortamur, quos hodie in hac petriani templi maiestate, prope Apostolorum Principis sepulcrum, ad episcopalem evehimus dignitatem. Quemadmodum olim divinus Redemptor exiguum Apostolorum manipulum, nulla humana ope suffultum, ad mundum universum misit, non armorum vi, sed veritatis caritatisque virtute subigendum, ita Nos hodie, qui eius vices in terris gerimus, vos duodecim itidem divini verbi satores, non vestris aliorumque viribus subnixos, sed flexanima tantummodo Dei gratia fidentes, ad tot gentes mittimus, longinquas utique, sed Nobis tamen carissimas, ut iisdem, nullis parcentes laboribus, evangelica praecepta christianumque cultum impertiatis.

Grande sane spectaculum ex hodiernae faustitatis eventu, menti obversatur Nostrae, Nostrumque animum vehementer cornino vet et ad spem relevat uberum futurorum fructuum. Dum enim volventibus annis, alterna rerum vicissitudine, res innumerae oriuntur, succrescunt, excidunt, ac vel iterum immutatae ac renovatae emergunt, vel absumptae prorsus corruunt ac dilabuntur, Catholica tamen Ecclesia non temporis fluctibus concutitur, non difficultatibus evincitur, non impellentibus denique vicibus immutatur, sed securo plenoque gressu procedit; et quod viginti abhinc saeculis operabatur, idem hodie, divino instinctu

[2] **Praef. Missae Christi Reg.**

permota divinoque munere fungens, ad humani generis profectum itidem perficit. Ac dum externarum rerum cupidines internaque odia simultatesque mortalium animos nimio saepius rescindunt ac dividunt, Ecclesia Dei, populorum omnium mater amantissima, universam familiam hominum, cuiusvis gentis vel ordinis iidem sint, summa caritate complectitur, omniumque saluti verique nominis felicitati precando operandoque prospicit.

Quod quidem in praesens Nos ex studiosa actuosaque navitate vestra, Episcopi novensiles, feliciter obventurum speramus. Populi, qui adaucta hodie dignitate vestra laetantur, summo vos opperiuntur desiderio. Munus aggressuri estis amplissimum gravissimumque: innumeri nempe homines erroribus devii, at divinae lucis anxii supernamque sitientes veritatem, sacro indigent ministerio vestro, ut a Iesu Christo salutem ac pacem hauriant. Difficillima vobis certamina reservantur, at christiana caritas numquam vineitur, numquam divinae pollicitationes falluntur. Insit igitur vobis, recepto septemplici Spiritus Sancti munere, studium illud apostolicum, quod suaviter pectora ad amplexandam Dei legem alliciat; fortitudo insit, quae invicto robore adversa cuncta frangat atque eluctetur victrix; insit denique caeleste auxilium, quo dominicus ager, vestrae procurationi commissus, evangelica messe, copiosiore cotidie, flavescat.

Vos Ecclesia universa admotis ad Deum precibus ac votis prosequitur; nec vobis deerunt, ut ex fidelium largitate caritateque confidimus, corrogatae stipis adiumenta, quibus facilius possitis sanctissimum suscipiendum opus exsequi. Ac Nos imprimis paterno vos animo prosequimur, dum, bene vobis omnia precantes, a summo Pastorum Principe efflagitamus ut apostolicis itineribus laboribusque vestris superna sua gratia aspiret atque obsecundet, utque dies tandem aliquando, opera etiam vestra, elucescat, quo divinus Rex « dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum » .[3] Amen.

[3] Ps. Lxxr, 8.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

S. FIDEI IN ARGENTINA

<RESISTENCIAS)

AB ARCHIDIOECESI S. FIDEI IN ARGENTINA TERRITORII PARS SEIUNGATUR, EX QUA NOVA ERIGITUR DIOECESIS SUB NOMINE « RESISTENCIAE ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiarum omnium cura Romanis Pontificibus divinitus commissa illud quoque requirit, ut, si qua sit dioecesis territorii amplitudine et incolarum frequentia redundans, ea in partes dividatur novaeque exinde dioeceses constituantur. Quum itaque archidioecesis Sanctae Fidei in Argentina latissime pateat ac propterea ab Apostolica Sede expostulatum sit ut, ad maiorem christifidelium utilitatem assequendam eorumque regimen facilius reddendum, pars ab ea seiungatur, qua nova erigi possit dioecesis, Nos, praehabito venerabilis Fratris Ioseph Fietta, Archiepiscopi titularis Sardicensis, apud Argentinam Rempublicam Nuntii Apostolici, favorabili voto, re mature perpensa, oblatis precibus annuendum censuimus. Sùppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae potestatis plenitudine, ab archidioecesi S. Fidei in Argentina territoria civilia quibus nomen *Chaco* et *Formosa* perpetuo separamus et ex illis novam erigimus et constituimus dioecesim, quam a *Resistencia* urbe *Resistenciae* nuncupari volumus ac decernimus. Ipsius autem fines erunt : ad septentrionem, territorium *Chaco Caraguayanum* et Status *Paraguay;* ad orientem, idem Status *Paraguay* et dioecesis Corrientensis ; ad meridiem, archidioecesis S. Fidei; ad occidentem, archidioecesis Saltensis et dioecesis S. Iacobi de Estero. Huius novae dioecesis episcopalem sedem in *Resistencia* urbe, a qua, ut iam diximus, dioecesis ipsa nomen mutuatur, constituimus, illamque propterea ad civitatis episcopalis fastigium extollimus, eique omnia tribuimus iura et privilegia, quibus ceterae episcopales civitates pollent. Episcopi vero cathedram in paroeciali ecclesia Deo in honorem S. Ferdinandi Regis dicata, in urbe illa exstante, figimus eamque propterea ad Cathedralis Ecclesiae gradum

et dignitatem evehimus eique eiusque pro tempore Episcopis omnia concedimus iura, privilegia, honores, insignia, favores et gratias, quibus ceterae Cathedrales Ecclesiae earumque Antistites iure communi fruuntur et gaudent, illosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceterae Cathedrales earumque Praesules adstringuntur. Dioecesim vero Resistenciae suffraganeam constituimus Metropolitanae Ecclesiae S. Fidei in Argentina, illiusque pro tempore Episcopos metropolitico iuri Archiepiscopi S. Fidei in Argentina subiicimus. Quum autem huius temporis adiuncta haud permittant quominus in nova dioecesi canonicorum Capitulum modo instituatur, indulgemus ut interim, pro Canonicis, dioecesani consultores ad iuris tramitem eligantur. Episcopalem mensam novae dioecesis constituent Curiae emolumenta et oblationes, quae a fidelibus, in quorum bonum dioecesis ipsa erecta est, praeberi solent, praeter ea, quae ad hoc iam collecta sunt. Volumus autem ut novae huius dioecesis sumptibus duo iuvenes aut modo saltem unus, non intermissa vice in Pontificium Seminarium Pium Latinum Americanum de Urbe mittantur, ut sub oculis fere Romani Pontificis in spem Ecclesiae instituantur. Quod porro attinet ad huius novae dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris Apostolici, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, adamussim servanda iubemus, quae sacri canones ad rem praescribunt. Quod vero ad clerum peculiariter spectat, statuimus ut simul ac hae Nostrae ipsius dioecesis erectionis litterae ad exsecutionem deductae fuerint, eo ipso clerici, qui in eius territorio legitime exstant, eidem dioecesi adscripti censeantur. Volumus insuper ut omnia documenta et acta novam hanc dioecesim eiusque clericos ac fideles respicientia, quam primum fieri poterit, a cancellaria archidioecesis S. Fidei tradantur curiae episcopali dioecesis Resistenciae, ut in eius archivo serventur. Ad quae omnia ut supra disposita et constituta exsecutioni mandanda, venerabilem quem supra memoravimus Fratrem Ioseph Fietta apud Argentinam Rempublicam Nuntium Apostolicum, deligimus, eique propterea tribuimus necessarias ad id et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar ad S. Congregationem Consistorialem quamprimum transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut

nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere ; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus : non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, concessionis, subiectionis, statuti, mandati, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero id, ausu temerario, attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo nono, die tertia mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
*Cancellarius S. **R.** E.*

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
***8.** C. Consistorialis a Secretis*

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LXI, n. //**.9. - Al. Trussardi.**

II

TRIPOLITANIAE
(MISURATENSIS)

A VICARIATUS APOSTOLICI TRIPOLITANIAE TERRITORIO PARS SEIUNGITUR NOVAQUE EXINDE PRAEFECTURA APOSTOLICA ERIGITUR SUB NOMINE «MISURATENSIS», EAQUE CLERO SAECULARI COMMITTITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo intra Libyae Occidentalis fines catholicae fidei latius proferendae melius consuli possit, visum est novam ibidem Praefecturam Apostolicam erigere. Quamobrem, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, a Vicariatu Apostolico Tripolitaniae, Ordini Fratrum Minorum concredito, totam seiungimus territorii partem quae civilem provinciam, cui nomen *Misurata,* complectitur, eamque in novam erigimus et constituimus Praefecturam Apostolicam, quam ab eiusdem nominis civili provincia *Misuratensem* nuncupari volumus ac decernimus atque cleri saecularis curis committimus. Huic igitur Misuratensi Praefecturae eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, illosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris tribueretur si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, commissionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id, ausu temerario,

attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo nono, die secunda et vicesima mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius ***8. R. E.***

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. *C. de Propaganda Fide Praef.*

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LXI, n. 48 - **Al. Trussardi.**

III

DE CYRENAICA
(DERNENSIS)

B VICARIATU APOSTOLICO UE CYRENAICA PROVINCIA CIVILIS, CUI « DERNA » NOMEN, SEIUNGITUR ET NOVUS ERIGITUR VICARIATUS APOSTOLICUS «DERNENSIS».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo Evangelicae veritati inter Libyae Orientalis infideles gentes latius propagandae consuli queat, novum ibidem Vicariatum Apostolicum constituere peropportunum visum est. De venerabilium igitur Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, ex amplissimo Vicariatus Apostolici de Cyrenaica territorio civilem provinciam cui *D ema* nomen seiungimus eamque in novum Vicariatum Apostolicum nomine *Dernensem* erigimus et constituimus, quem sollertibus Societatis S. Francisci Salesii Sodalium apostolicis curis, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis beneplacitum, concredimus. Eidem igitur Vicariatui eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Hamm vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti sigillo munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et ypluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, id attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo nono, die vicesima secunda mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TÏI. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C.** de **Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Ludo vicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

Reg. in Canc. ***Ap., Vol. LXI,*** *n.* ***J¡5*** - **Al. Trussárdi.**

IV

DE LANGSON ET CAOBANG

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE LANGSON ET CAOBANG, IISDEM SERVATIS LIMITIBUS ET DENOMINATIONE, IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Lubenti animo Apostolicas illas Praefecturas, in quibus Evangelii praeconum opera et studio christiana res valde profecerit, ad maioris dignitatis gradum evehere satagimus. Cum itaque in Praefectura Apostolica de Langson et Caobang in Indosinis, Apostolicis Litteris *Quo spirituales* anno millesimo nongentesimo decimotertio die trigesima prima Decembris mensis erecta et Ordini Praedicatorum commissa, opera missionalia, licet inter non paucas easdemque arduas difficultates, Deo auctore, ita consolidata sint, atque evangelici operarii assiduis laboribus et ardenti caritate indigenarum animum ita sibi conciliaverint, ut magna arrideat spes multo maiores in dies progressus percipiendi,

dilectus filius Martinus Gillet, Ordinis Praedicatorum Magister Generalis, supplices S. Sedi porrexit preces ut Praefectura illa ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem eveheretur. Nos autem, attento venerabilis Fratris Antonini Drapier, Archiepiscopi titularis Neocaesariensis in Ponto, Delegati Apostolici in Indosinis, favorabili voto, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa, oblatis precibus libenter annuendum censuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, suprema Nostra Auctoritate, Apostolicam Praefecturam de Langson et Caobang, iisdem servatis denominatione ac finibus, in Vicariatum Apostolicum evehimus, erigimus et constituimus, certam foventes spem id in animarum bonum valde cessurum. Novum hunc Vicariatum Ordinis Praedicatorum sodalium curis ut antea, ad Nostrum tamen et S. Sedis beneplacitum, concreditum volumus, eique eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, illosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, commissionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id, ausu temerario, attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo nono, die undecima mensis Iulii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. *in Canc. Ap., Vol. LXI, n. 59.* - **Al. Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TEMPLUM SACRATI S SIMI CORDIS IESU IN ARCHIDIOECESI ET CIVITATE BONAERENSI BASILICIS MINORIBUS ACCENSETUR.

PIUS PP. X TT

Ad perpetuam rei memoriam, — Argentinae Reipublicae intra fines atque in ipsamet civitate Bonaerensi dicatum Sacratissimo Cordi Iesu exstat templum, quod molis amplitudine structuraeque romanicae stylo atque artis operibus quibus exornatur, excellit. Ad idem templum devote invisendum magno concursu et pietate turmatim confluunt christifideles Sacratissimum Cor Iesu venerantes, atque in eodem sodales Congregationis a Sacratissimo Corde Iesu de Bétharram maximo cum animorum emolumento sacris religionis muneribus funguntur. Nunc autem ad christianae pietatis incrementum atque ad decus eiusdem templi augendum, praefatae Congregationis Sacratissimi Cordis Iesu de Bétharram Delegatus Provincialis enixis precibus exposcit a Nobis ut idem templum ad dignitatem Basilicae minoris evehamus, hasque preces Dilectus Filius Noster Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Bonaërensium Archiepiscopus amplissimo suae commendationis officio cumulat atque auget. Quapropter, conlatis consiliis cum Sacra Rituum Congregatione, memoratis supplicationibus propensa voluntate annuere censentes, Nos certa scientia ac matura deliberatione, deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum enunciatam sacram aedem Sacratissimo Cordi Iesu in civitate et archidioecesi Bonaerensi dicatam, dignitate ac titulo *Basilicae minoris* decoramus cum honoribus omnibus privilegiisque quae de iure competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illique templo, ad quod pertinent, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvi mensis Maii, anno MCMXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

A. Card. MAGLIONE, *a Secretis Status.*

II

BASILICAE MINORIS HONORIBUS DECORATUR TEMPLUM BONONIBNSE IN HONOREM SANCTI ANTONII PATAVINI DEO DICATUM.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — A M'inoriticae provinciae bononiensis sub titulo Ssmi Redemptoris Moderatore provinciali compertum habemus bononiensis ex Ordine Fratrum Minorum coenobii templum, in honorem Sancti Antonii Patavini Deo dicatum, una cum adiecto ipso conventu, initio saeculi vicesimi exstructum fuisse stylo, uti aiunt, gothico, Christifidelibus non modo e memorata urbe sed e tota quoque archidioecesi largiter stipe sua adiuvantibus ob profundam pietatem, qua ipsi Sanctum thaumaturgum Patavinum venerantur. Fertur enim Sanctum eundem Bononiae aliquot annos resedisse, primumque ibi constitutum pro fratribus franciscalibus Lectorem in Sacra Theologia, magisterio doctrinae suae non modo fratres ex Ordine suo sed totam etiam civitatem inlustrasse, adeo ut iugiter a tertio decimo saeculo ad haec usque tempora, eiusdem Sancti servata sint memoria et cultus ac serventur apud Bononienses, quamvis proprium templum in honorem eiusdem Sancti in urbe usque nunc non haberetur. Sacrum recens aedificium digna venustate atque amplitudine renidet, ibique liturgicae functiones a Fratribus Minoribus cum magno animorum Christifidelium emolumento sollerti cura studioque peraguntur. Quapropter cum hodiernus Provinciae Minoriticae praedictae Moderator enixas preces Nobis adhibuerit ut memoratum templum ad titulum ac dignitatem basilicae minoris evehere dignemur hasque preces commendationibus amplissimis suis augeant tum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Bononiensium Archiepiscopus, tum eiusdem Ordinis Fratrum Minorum Procurator Generalis, optatis huiusmodi annuendum ultro libenterque censemus. Itaque, audito quoque Dilecto Filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, praelaudatum templum bononiense in honorem Sancti Antonii Patavini Deo sacrum atque Conventui Ordinis Fratrum Minorum adnexum, titulo et dignitate *Basilicae Minoris* decoramus, illique privilegia et honores tribuimus, quae de iure competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, vel pertinere poterunt,

nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Maii, anno MCMXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

A. Card. **MAGLIONE**, *a Secretis Status.*

III

SANCTUARIUM B. MARIAE VIRGINIS A CARCERIBUS, IN URBE PRATENSI, DIGNITATE AC TITULO BASILICAE MINORIS ORNATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Pratensi in urbe celebritate eminet Sanctuarium S. Mariae a Carceribus, quod Beatae Dei Genitricis cultui anno Domini MCCCCXCI dicatum est. Ipsius vero Deiparae Imago in eodem Sanctuario summa veneratione colitur ut innumera votiva dona testantur, devota christifidelium frequentia indicat, sacrorum rituum, praesertim in solemnitatibus marianis, decor atque magnificentia publice ostendunt. Sacra haec aedes, quae Iulianum a Sangallo architectum habuit, mirifica dicenda est artis opera, et inter pulchriora Hetruriae templa iure meritoque est adnumeranda. His impulsus rationibus, sed maxime ut cultus B. Mariae V. maius in dies ibi incrementum habeat, ven. Prater Iosephus Debernardi, Episcopus Pistoriensis et Pratensis, vota, etiam exponens Potestatis, Capituli Ecclesiae Cathedralis, universi Cleri et devoti populi civitatis Pratensis, humiles Nobis adhibuit preces ut Ecclesia Sanctae Mariae a carceribus in ipsa urbe Prato exsistens ad titulum et dignitatem Basilicae Minoris evehere dignemur. Quibus optatis Nos annuendum ultro libenterque existimavimus. Quare collatis consiliis cum dilecto Filio Nostro Carolo S. R. E. Presbytero Cardinali Salotti, Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam seu Sanctuarium B. Mariae Virginis a Carceribus in urbe Prato titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* una cum iuribus ac privilegiis liturgicis omnibus, huic titulo et dignitati competentibus, condecoramus atque augemus. Contraria non obstantibus quibuslibet. Haec volumus, edicimus, statuimus decernentes praesentes Litteras, firmas, validas atque

efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt; plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam, secus, super his, a quovis auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die **III** mensis Iulii, a. MCMXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

A. Card. **MAGLIONE**, *a Secretis Status.*

EPISTULA

AD EXCMOS PP. DD. IOANNEM DE JONG, ARCHIEPISCOPUM ULTRAIECTENSEM CETEROSQUE HOLLANDIAE EPISCOPOS: OB DUODECIES SAECULARIA AB OBITU S. WILLIBRORDI SOLLEMNIA PERAGENDA.

PIUS PP. XII

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Sollemnes honores beatissimo Clementi Willibrordo certatim a vobis, sacri Hollandiae pastores, et a vestris gregibus tributum iri libenter audivimus, cum mille ducenti volvant anni, postquam is in coenobio Epternacensi supremum diem obiit. Flagitat quidem religiosae observantiae pietas, flagitat gratae reverentiae obsequium, ut nunc novo cultu et inusitata laetitia regionis vestrae recolatis Apostolum. Quodsi enim filiorum honor patris est dignitas, iure meritoque ipsi gloriamini de sanctissimo viro, in generosa Britannia nato, qui Dei afflatu percitus cum undecim discipulorum manipulo fretum traiecit et Frisonibus, quos summe diligebat, Evangelii lumen et humanitatis urbanitatisque laudem invexit. Quis enarret labores, quos is impendit, aerumnas, quas perpessus est, certamina, quae sustinuit, ut maiores vestros Evangelio Christi subigeret? Dilectus Deo et hominibus, cuius memoria in benedictione est (cfr. *E celi.*, 45, 1), pater, magister, legifer in terra ista apparuit, ut excelsarum virtutum exempla praeberet. Huic Batavi debent pretiosam hereditatem fidei sanae et alacris, quae caritate flagrat, severa disciplina solidatur quaeque eos in exemplum ad missionalia incepta compellit, ut infidelium regionibus salutiferae Crucis victricia signa inferantur et caelitus ortae veritatis lumen longe lateque seratur. Utinam et ii qui istic de dogmate dissident quique et ipsi vobiscum

Willibrordus veluti patrem duçemque honorant, hanc Apostolicam Sedem «Ecclesiae catholicae radicem et matricem» (S. Cypr., *Ep. JfS ad Cornelium)*, quacum ipse coniunctissimus erat, nesciam f allere magistram quam primum vereantur. Religionis studio permoti quotquot istic catholico nomine recensentur, vobis cohortantibus et praelucentibus, continentem sedulamque operam dent, ut doctrinae, caritatis, probitatis flexanima suasione hos, quos Ecclesia infausti aevi nequitia a se seiunctos coniplorat, ad unum Christi ovile, ad immaculatae fidei plenitudinem, ad auspicatissimam fraterni nominis restaurationem perducant. Dum hac spe tenemur, paternis hortatibus christifideles compellimus, ut e sollemnibus in memoriam la iidemque S. Willibrordi agendis ad virtutes colendas nova percipiant eademque valida incitamenta. In eorum vita nulla strideat dissensio, nulla discordia dissonet : simplicitate comite, quae puro se pandit affectu, referant foris mores quod fides intus docet. Contra vafras spiritalis nequitiae insidias et mundi illecebras, qua multi incauti capiuntur, bonum certent certamen Christi, exspectantes beatam spem aureae in aeternum mansurae felicitatis. Aemulantes S. Willibrordum, bene vos creditis eius patrocinio, cuius tot per discrimina rerum actuosam experti estis efficaciam. « Latitudo (enim) caeli dilatat corda, non arctat : exhilarat mentes, non aliénât; affectiones non contrahit, sed extendit. In lumine Dei serenatur memoria, non obscuratur» (S. Bern., *In natali 8. Viatoris*, sermo II). Caelestis Praestitis apud Deum intercedant supplicationes atque suffragia, ut dilecta Hollandia christianae sapientiae iubare magis magisque fulgescat, firma concordia civium egregia moliatur incepta, rem socialem ad celsa iustitiae et honestatis principia componat, ab hostili incursione tutos habeat fines. Haec imo e pectore ominantes, ut ineunda sacra sollemnia salubriora et iucundiora contingant, Hollandiae christifidelibus indulgentiam plenariam ad modum iubilaei libenter concedimus, de qua, sicut res fert, Litteras in forma brevis mittendas curabimus. Reliquum Nobis, est, ut vobis, Venerabiles Fratres Hollandiae sacrorum Antistites, atque multitudini christifidelium, in quorum bono evigilant curae cogitationesque vestrae, Apostolicam Benedictionem, praecipuae caritatis Nostrae testem et nuntiam, effuse in Domino impertiamus.

Datum ex Arce Gandulphi prope Romam, die ix mensis Septembris anno MDCCCCXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIO

Summus Pontifex, die 18 mensis Octobris a. 1939, humanissimis verbis, quibus Excmus Vir Stanislaus Girdvainis qua lÀthuaniae Orator extra ordinem liberis cum mandatis lÀtteras publicas porrexit, haec respondit :*

Monsieur le Ministre,

Heureux est pour Nous ce jour, qui voit, après une période d'interruption, un Envoyé extraordinaire et Ministre Plénipotentiaire de la République Lithuanienne présenter ici ses lettres de créance. Nous ne doutons pas que les catholiques de votre pays saluent cet événement avec une joie sincère et une intime adhésion de cœur.

Tandis que des changements dramatiques se produisent dans la structure politique de l'Europe et dans Pétat d'âme des nations à l'égard les unes des autres, le peuple Lithuanien vient au centre de la chrétienté affirmer son attachement résolu aux devoirs et aux buts que lui assignent sa volonté nationale de vivre et sa tradition religieuse.

Ce peuple catholique, toujours si présent à Notre amour paternel et à Notre sollicitude pastorale, voit dans l'acte qui s'accomplit aujourd'hui un heureux gage d'avenir : le signe que les relations du Gouvernement Lithuanien avec le Saint Siège entrent dans une phase nouvelle, durant laquelle les questions encore pendantes quant aux rapports de l'Eglise et de l'Etat pourront bientôt trouver, dans un esprit de sagesse et d'équité, une harmonieuse solution, favorable au libre développement de la vie religieuse dans la nation.

Veuillez, Monsieur le Ministre, vous faire auprès de Son Excellence Monsieur le Président de la République l'interprète de la profonde satisfaction, avec laquelle Nous avons accueilli les pensées et les (intentions exprimées en son nom, — lui donnant l'assurance que Nous Nous estimerons heureux d'aboutir, sur tous les terrains et dans tous les sujets concernant la situation respective de l'Eglise et de l'Etat, à ces justes arrangements, qui naissent d'une loyale confiance et qui permettent de part et d'autre, à chacun des deux pouvoirs, l'exercice normal et tranquille de son action.

« Avant-poste septentrional de la catholicité » : ainsi avez-vous désigné. Monsieur le Ministre, le pays dont vous êtes le fils et, dans un rang si élevé, le serviteur. Ces mots jaillis de vos lèvres montent du cœur même de votre peuple, traditionnellement dévoué au Saint Siège; ils sont pour la Lithuanie un titre d'honneur. En eux vibre l'accenti d'une volonté décidée à toujours rester intimement et se montrer exté-

rieurement, par ses œuvres, digne de ce titre et du rôle qu'il exprime, — même si le sacrifice devenait la rançon nécessaire à l'affirmation et à la réalisation d'un tel idéal.

Conscient des devoirs propres à Notre charge de Pasteur suprême, Nous ne laisserons pas — sans en être requis — Notre action, toujours orientée vers le salut des âmes, s'engager dans les controverses purement temporelles et les compétitions territoriales entre les Etats. Mais le devoir même de cette charge ne Nous permet pas de fermer les yeux, lorsque, précisément pour le salut des âmes, surgissent de nouveaux et incommensurables dangers; lorsque, sur la face de l'Europe, chrétienne dans tous ses traits fondamentaux, s'allonge chaque jour plus menaçante et plus proche l'ombre sinistre de la pensée et de l'œuvre des ennemis de Dieu. En pareilles circonstances, plus qu'à aucune autre période de son histoire, la préservation, la culture et au besoin la défense de l'héritage chrétien acquièrent, pour les destinées futures de l'Europe et la prospérité de chacun de ses peuples, grand ou petit, une importance décisive.

L'Etat qui, avec une noble hauteur de vues, reconnaît la liberté convenable à l'expansion et à la pratique de la doctrine du Christ, se prépare ainsi des réserves de force spirituelle, sur lesquelles il pourra compter en toute assurance, quand viendront les heures troubles et difficiles. - Partout où pleine liberté est laissée à la doctrine évangélique, le sentiment chrétien pénétrera non seulement l'âme des citoyens, mai» les multiples et diverses activités de la vie publique. - Et plus la justice chrétienne, la fraternité chrétienne, la charité chrétienne animent et dirigent les particuliers et les collectivités, plus aussi s'établit au sein des nations et entre elles une atmosphère spirituelle rendant possible, facile même, la solution de bien des problèmes, qui aujourd'hui paraissent ou sont réellement insolubles.

Si, au milieu des événements actuels, les nations chrétiennes ont un titre particulier à Notre sollicitude et à Notre vigilance pastorale, Nos fils et filles de Lithnanie peuvent comprendre à quel point Nous sommes auprès d'eux. Nous leur sommes uni aussi par Notre inébranlable assurance de leur fidélité et par la confiance en Dieu, dont le secours tout-puissant peut ouvrir à une Europe pacifiée, rendue au sens de la justice, de la fraternité et de sa vocation chrétienne, des routes nouvelles vers le progrès et la prospérité.

Animé de cet espoir, Nous adressons à la Nation Lithuanienne, —- gouvernants et gouvernés, — Notre salutation émue; et sur tous ses enfants, spécialement sur Votre Excellence, Nous implorons du fond du cœur les plus abondantes faveurs divines.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

i

MISKOLCSIEN. - MUNKACSIEN.

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Cum ob novam delimitationem civilium finium Regni Hungariae, dioecesis Munkacsiensis Ruthenorum intra fines eiusdem Regni denuo sit habenda, Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XII, in Audientia diei 3 mensis Iunii> anno 1939, referente infrascripto Adsessore Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, praehabitoque favorabili voto Exc. P. D. Angeli Rotta, in Regno Hungariae Apostolici Nuntii, statuere dignatus est ut paroeciae ritus byzantini *Rudabanyacslca* et *Beregdaroc,* et earumdem ecclesiae filiales, quae ad Administrationem Apostolicam Miskolcsiensem hucusque pertinebant, eidem dioecesi Munkacsiensi Ruthenorum iterum adnectantur, ita ut valide et licite sub iurisdictione Episcopi Munkacsiensis Ruthenorum extent. Sacerdotes vero qui, in praedictis paroeciis et ecclesiis filialibus, aliquod beneficium *inamovibile* obtinuerunt, in dioecesi Munkacsiensi Ruthenorum incardinationem legitimam habeant ; sacerdotes autem qui nullo, vel *amovibili* tantum, beneficio in iisdem paroeciis et ecclesiis filialibus potiebantur. Administrationi Apostolicae Miskolcsiensi adscripti manebunt vel dioecesi Munkacsiensi Ruthenorum, iuxta ea quae Ordinarii intra se convenerint, concesso, in casibus controversis, recursu ad Apostolicum Nuntium in Regno Hungariae.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 3 mensis Iulii, anno 1939.

E. Card. **TISSERANT,** *a Secretis.*

L. ^ S.

I. Cesarmi, *Adsessor.*

II

MITNKACSIEN. - HAJDITDOROGHEN.

DECRETUM
DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Cum per novam delimitationem civilium finium Regni Hungariae, paroeciae ritus byzantini *Bodrogmezo, Bodrogszerdaiiely, Kisdobra* et *Zemplen,* necnon earumdem ecclesiae filiales, quae dioecesi Munkacsiensi Ruthenorum, in ditione Reipublicae Ceçoslovacae, per Bullam *Ad ecclesiastici regiminis* diei 2 mensis Septembris anno 1937, adscriptae fuerant, nunc in Regno Hungarico denuo contineantur, Ssmus D. N. Pius, div. Prov. Pp. XII, in Audientia diei 3 mensis Iunii anno 1939, referente infrascripto Adsessore Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, necnon praehabitis favorabilibus votis Exc. PP. DD. Angeli Rotta, in Regno Hungariae Apostolici Nuntii, Alexandri Stoyka, Episcopi Munkacsiensis Ruthenorum, Nicolai Dudas, Episcopi Hajdudoroghensis, statuere dignatus est ut praedictae paroeciae ritus byzantini et earumdem ecclesiae filiales dioecesi Hajdudoroghensi iterum adsignentur, ita ut Episcopus Hajdudoroghensis tamquam legitimus Pastor easdem valide et licite regat. Quoad, vero, sacerdotes, praedictis paroeciis et ecclesiis filialibus addictos, decernitur ut a dioecesi Munkacsiensi Ruthenorum in dioecesim Hajdudoroghensem il transeant qui beneficium aliquod *inamovibile,* relate ad paroecias vel ecclesias filiales supradictas, acquisierint; pro illis vero qui nullum, vel *amovibile* tantum, beneficium in iis paroeciis et ecclesiis habuerant, Episcopi dioecesis Munkacsiensis Ruthenorum et dioecesis Hajdudoroghensis inter se conveniant, casus controversos, si opus sit, ad Apostolicum Nuntium in Regno Hungariae deferentes.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 3 mensis Iulii, anno 1939.

E. Card. **TISSERANT,** *a Secretis.*

L . ^ S .

I. Cesarmi, *Adsessor.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

DE FOUMBAN **ET DE** YAOUNDE

DECRETUM

DB FINIUM VICARIATUUM MUTATIONE

Ad catholicam Fidem aptius per « Cameroun » Gallicum prolatandam, Ordinarius Vicariatus Apostolici de « Foumban », Patribus e Congregatione a S. Corde Iesu concrediti, et Ordinarius Vicariatus Apostolici de « Yaounde », Patrum e Congregatione Sancti Spiritus curis commissi, enixas huic Sacrae Congregationi preces obtulerunt^ ut subdivisionis administrativae civilis de «Bafia» territorii pars, ad Vicaratum Apostolicum de Foumban pertinens, Vicariatui Apostolico de Yaounde, in quo etiam urbs, cui nomen « Bafia », sita est, adderetur.

Quapropter Emi ac Revmi Patres, huic S. Congregationi Christiano Nomini Propagando praepositi, in plenariis comitiis, die 10 vertentis Iulii mensis huius anni habitis, territorii partem de qua supra a Vicariatu Apostolico de Foumban distrahendam et Apostolico Vicariatui de Yaounde adnectendam esse censuerunt, ita ut deinceps totum territorium subdivisionis administrativae civilis de Bafia uni Vicariatui Apostolico de Yaounde obnoxium maneat atque limites inter Vicariatum de Foumban et de Yaounde hac in regione iidem ac pro ipsa subdivisione administrativa civili de Bafia statuti habeantur.

Quam Emorum Patrum sententiam, in audientia diei 11 eiusdem mensis et anni ab Excmo huius S. Congregationis Secretario Ssmo Domino Nostro Pio Div. Prov. Papae XII relatam, Ipse Summus Pontifex benigne excipiens ratam habere et confirmare dignatus est, atque praesens ad id Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 11 Iulii mensis, anno Domini 1939.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. © S.

I. Chiavoni, *Subsecretarius.*

II

OSAKENSIS **ET DE** KYOTO

DECRETUM

DE FINIUM MUTATIONE

Cum Exc. P. D. Ioannes Baptista Castanier, Episcopus Dioecesis Osakensis in Iaponia, et Revmus D. Patritius Iacobus Byrne, Praefectus Apostolicus de Kyoto, petiissent ab hac S. Congregatione ut eidem Praefecturae Apostolicae de Kyoto adnecterentur civiles praefecturae de Nara et Mie, ad dioecesim Osakensem pertinentes, cui utpote peramplae et populo frequentissimae sacerdotum numerus par necessitatibus non esset, Emi Patres huic Sacrae Congregationi praepositi, in sollemni consessu celebrato die 10 vertentis mensis Iulii, considerato voto tum Exc. P. D. Pauli Marella, Archiepiscopi Docleensis, Delegati Apostolici in Iaponia, tum Exc. P. D. Iacobi Eduardi Walsh, Episcopi Satensis, Superioris Generalis Societatis de Maryknoll Missionum ad exteras gentes, cui Societati Praefectura Apostolica de Kyoto est commissa, tum denique Revmi P. Leonis Robert, Superioris Generalis Societatis Parisiensis Missionum ad exteras gentes, quae curam habet Dioecesis Osakensis, annuere petitioni decreverunt.

Quam Emorum Patrum sententiam Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Papa XII, in audientia concessa huius S. Congregationis Secretario hac die 11 mensis Iulii, ratam confirma tamque habuit. Itaque ex dioecesi Osakensi civiles praefecturas de, Nara et Mie distraxit atque Praefecturae Apostolicae de Kyoto adnexuit. Cuius rei documentum, praesens Decretum confici iussit et expediri.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 11 mensis Iulii, anno I). 1939.

P. Card. **EUMASONI BIONDI**, *Praefectus.*

L. ^ S.

I. Chiavoni, *Sub secretarius.*

SAGRA CONGREGATIO RITUM

i

IANUEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI IOSEPHI FRASSINETTI, SACERDOTIS SAECULARIS ET CURIONIS AD S. SABINAE GENUAE^ FUNDATORIS CONGREGATIONIS FILIORUM S. MARIAE IMMACULATAE.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Ex fructibus eorum cognoscetis eos; non enim arbor mala potest bonos fructus facere dicit Dominus (cf. Matth. VII, 20, 18). Quum itaque Sacerdos Iosephus Prassinetti, Ianuensis cleri decus et ornamentum, non solum bonos, sed et optimos uberrimosque quaquaversus fructus attulerit bonae arbori evangelicae merito est comparandus; unde factum est ut in omnium sit votis, ut via sternatur ad altarium honores ab Apostolica Sede ei conferendos. Quod autem optatus hic solido non careat fundamento, manifesto ostenditur vix dum eius vita vel brevissime delibetur.

Porro Decembris mensis die 15, anni 1804, ex Ioanne Baptista et Angela Viale, Genuae ortus, sequenti die Baptismi sacramento Iosephus régénérât us fuit. Quanta autem pietate ac religione familia praestaret, id quoque commonstrat, quod quinque filii, quot parentes genuerunt, divino servitio, ut mater optaverat, se manciparunt : Iosephus, Ioannes et Raphaël saeculari clero adscripti, Franciscus Canonicus regularis Lateranensis, et Paula, Congregationis Sororum a S. Dorothea fundatrix, Beatorum fastis novem abhinc annis adscripta, cuius Canonizationis causa a. 1935 resumpta est.

Iosephus, natu primus, parentum educationi apprime respondit, atque, iis faventibus, prima ecclesiasticae vocationis germina intra domesticos parietes excoluit, iugesque in christiana perfectione progressiones fecit, a quocumque vel minimo veniali peccato abhorrens, tenerrimamque erga Beatam Virginem atque sacrosanctum Eucharistiae sacramentum religionem portendens. Sacerdos a. 1827 factus, parochiali munere, prius in loco «Quinto», dein ad S. Sabinae in Ianuensi urbe, sancte est functus.

Animarum zelo exardescens, non tantum exemplo et verbo plebem sibi commissam diligentissime pavit, sed etiam pluribus conscriptis libris, praesertim de re ascetica et morali, quibus Clerum christianumque populum a ianseniano veneno arceret eumque ad genuinum evangelicum sensum maximo cum emolumento reduceret.

Quare invidiam, rabiemque inimicorum in se concitavi!, multaque pro Christo est passus; quas insectationes aequo animo tulit.

Cleri deficientiae providere cupiens, Filiorum S. Mariae Immaculatae Institutum fundavit, quod plures uberesque fructus Ecclesiae refert. Meritis plenus die 2 Ianuarii mensis a. D. 1868, brevi morbo abreptus, morientium sacramentis roboratus, placidissime decessit, lanuensi clero populoque complorantibus.

Ordinaria auctoritate super sanctitatis fama, scriptis atque cultu numquam exhibito ad Urbani VIII decretorum normas, legitimae inquisitiones ab anno 1916 ad a. 1920 Genuae, Romae quoque per rogatoriales litteras fuere peractae. Interim plurimae Postulatoriae Litterae Apostolicae Sedi oblatae fuere, inter quas epistolae Card. Minoretti Archiepiscopi Ianuensis, aliorumque novem S. R. E. Cardinalium, Constantinopolitani Patriarchae, quinquaginta Archiepiscoporum, centum triginta Episcoporum, duorum Abbatum Generalium, Praepositi G/én. Soc. Iesu, Magistri Gen. O. P., Ministrorum Gen. O. F. M., Conventualium et Oapnecinorum, plurimorum aliorum Ordinum seu Congregationum, Collegii Parochorum Ianuensium, Collegiatae S. Mariae a Vineis, Ianuen., Seminarii eiusdem Archidioecesis, Pontificiae universitatis Gregorianae, Superiorissae Gen. Instituti Sor. a S. Dorothea a B. Paula Frassineti! fundati, atque virorum militari dignitate praestantium.

Servato itaque iuris ordine, edito die 18 Iun. a. 1930 decreto super Servi Dei scriptis, instante Rmo Iacobo Bruzzone, Generali Superiore Congregationis Filiorum S. Mariae Immaculatae atque Causae Postulatore, Emus ac Rmus Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis huius Sacrae Congregationis comitiis, die 9 huius mensis in Vaticanis aedibus habitis, dubium posuit disceptandum : *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Emi ac Rmi PP., post Relationem Emi Ponentis, audito Officialium Praelatorum suffragio, praesertim vero R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, attentis quoque Postulatoriis Litteris, omnibus mature perpensis, rescribendum censuere : *Affirmative* nempe *Signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Ssmo placuerit.*

Facta autem, subsignata die, ab infrascripto Cardinali relatione

Ssmo D. N. Pio Papae XII, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, Commissionem Introductionis Causae Servi Dei Iosephi Frassinetti Sua manu signare dignata est.

Datum Romae, die 19 Maii a. D. 1939.

C. Card. SALOTTI, *Praefectus.*

A. Carinci, *Secretarius.*

II

MARIANOPOLITANA SEU ALBANEN. IN AMERICA

BEATIFICATIONIS EI CANONIZATIONIS SERVAE DEI CATHARINAE TEKAKWITHA, VIRGINIS INDAS.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum d.e quo agitur.

O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, et investigabiles viae eius! (Rom., XI, **33),** exclamat Apostolus, arcanam misericordiarum Dei effusionem in vocatione gentium maxime admiratus. Haec enim vocatio ad fidem et iustificatio gratuitum Dei donum est, eodem Apostolo docente : *Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quae est in Christo Iesu* (ib., 3, 24); *Non est acceptio personarum apud Deum* (ib., 2,11); et *Non est distinctio ludaei et Graeci* (ib., 10, 12), *pro omnibus enim mortuus est Christus* (2 Cor., 5, .15); et *Omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire* (1 Tim., 2, 4); omnibus necessaria media ad salutem Ipse praebens, ita ut qui veritatem non amplectatur inexcusabilis fiat; *omnis* autem, licet pauper, inops et ab hominibus despectus, *qui credit in eum, non confundetur* (Rom., 9, **33),** quin immo eum Deus suscitat a terra et erigit, *ut collocet eum cum principibus populi sui.*

Ad hanc gloriam Dominus Catharinam Tekakwitha, Virginem Indam Americae Septentrionalis, e tribu a Gallis *Agniers,* ab Anglis *Mohawhs* nuncupata, Iroquaeorum nationis, evexisse videtur. Hunc nempe sanctitatis florem divina Sapientia ab illis ipsis regionibus eduxit, quae non ita pridem sanguinem ebiberant Sanctorum Isaaci Jogues eiusque Sociorum Martyrum e Societate Iesu, atque inter illas ipsas Iroquaeorum gentes hoc immaculatum lilium intactum custodivit et coluit, quae eorundem Sanctorum Martyrum carnifices exstiterant.

In pago Ossernenon prope Auriesville, in hodierna dioecesi Albanensi

in America, anno circiter 1656 nata, patrem paganum habuit, matrem vero christianam e natione Algonehinorum. Quartum aetatis annum agens, utroque parente et unico fratre orbata, ab avúnculo, christianae religionis acerrimo osore, in suam familiam est assumpta, in qua indorum moribus instituta fuit.

Quum ineundarum nuptiarum tentaminibus, intimo iam tum et fere inconscio virginitatis amore compulsa, fortiter restitisset, multa ideo passa est.

Anno 1667 tres e Societate Iesu missionales apud Catharinae avunculum per triduum deversati sunt, quorum cura Catharinae credita fuit. Tres autem post annos, stabilis missio ibidem fuit constituta et deinceps, scilicet anno 1675, nostra virgo a P. Iacobo de Lamberville S. I. inter catechumenos fuit adscripta; sequenti autem anno, die sollemni Paschae, attentis extraordinariis eius virtutibus atque plusquam congrua praeparatione, baptismi sacramento ab eodem Patre de Lamberville fuit abluta.

Ut persecutiones atque pericula, quod ad ipsam fidem, declinaret, clam avunculi domo aufugiens, ad S. Francisci Xaverii de Sault missionem, nunc Caughnawaga dictam, in ditione Canadensi sitam, longum itineris spatium emensa, se contulit, in qua vicus, solum ex christianis et catechumenis constans, fuerat constitutus; quem, celeber rimar um paraquariensium reductionum instar, missionalis Pater tam in spiritualibus, quam in temporalibus regebat.

Hac in missione Catharina miras in christiana perfectione progressiones fecit, orationi, carnis mortificationi totam se dedens, in qua certe excessisset, nisi a sui spiritus moderatore fuisset cohibita. Attentis hisce animi dispositionibus, Patres missionales praeter consuetam normam a se prudenter inductam, maturius prae ceteris ad sacram Mensam, postea vero in piam a Sancta Familia societatem, in quam tantummodo ferventiores christiani recipiebantur, Catharinam admiserunt. Quin etiam Famulae Dei expetenti concesserunt ut die 25 Martii 1679 perpetuae virginitatis votum, prima (ut videtur) inter illarum regionum Indos, privatim emitteret.

Christi bonus odor effecta, alios quoque contribules suos ad missionalem vicum suo exemplo at traxit, ubi hi christianam vitam ferventiori pietate excolebant.

Multis infirmitatibus afflicta, quas patientissime toleravit, die 17 Aprilis an. D. 1680, sacro refecta Viatico, sollemni pompa delato, sacroque Oleo Unita, dulcissima verba « *Iesu, amo te* » pronuncians, ad caelestem Sponsum, quem amaverat, quem quaesierat, quem semper optaverat, evolavit. Sanctitatis fama, qua Serva Dei iugiter est fruita, sepul-

eram eius prope pagum Caughnawaga Missionis Iroquensis, in hodierna dioecesi S. Ioannis Quebecensis, a Patribus Societatis Iesu sedulo custoditum, peregrinationum metam effecit, quae usque adhuc post tria ferme saecula perseverant.

Praeclara huius famae testimonia sunt potissimum cum plenarii Baltimorensis Concilii, a. 1884 habiti, votum pro Causae Introductione Summo Pontifici oblatum, tum posteriores Postulatoriae Litterae a cunctis Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopisque Foederatorum Statuum ditionisque Canadensis nec non plurimorum Indorum cum suis ducibus nuper exhibitae, quae fervens Americani populi postulatum ostendunt.

Ut huic optatui satis faceret, Episcopus Albanen, in America ordinaria auctoritate processum super fama sanctitatis annis 1931-1932 construxit, in Urbem postea delatum. Quum haec Causa inter antiquas sit accensendi, vigore Motus-proprii die 6 Februarii 1930 a Pio XI fel. rec. editi, Historicae Sectioni, Sacrae huic Congregationi adiunctae, munus est demandatum historica documenta exhibita scrutandi, alia perquirendi, omnia ad critices normas cribrandi, utque quid inde colligendum sit atque diiudicandum aperiret. Cui quidem mandato egregie ab eadem satis factum est. Quum itaque plene probatum fuerit documenta haec authentica esse, plenamque fidem mereri, cumulate prorsus exinde sanctitatis fama Servae Dei comprobatur.

Quare, instante Rmo P. Carolo Miccinelli S. I., Causae huius Postulatore legitime constituto, in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitiis die 9 huius mensis habitis, subscriptus Cardinalis S. R. C. Praefectus, Causaeque huius Ponens, dubium discutiendum proposuit : *An signanda sit Commissio Introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Emi Patres, post relationem eiusdem Cardinalis, auditis suffragiis Officialium Praelatorum, nec non audito voce et scripto R. P. I). Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, attentis Postulatoriis Litteris, omnibusque accurate perpensis, rescribere censuerunt : *Affirmative* seu *SignoAidam esse Commissionem Introductionis Causae, si Ssmo placuerit.*

Facta autem, subsignata die, ab eodem Cardinali Praefecto, Ssmo D. N. Pio Papae XII relatione, Sanctitas Sua, Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, Commissionem Introductionis Causae Servae Dei Catharinae Tekakwitha propria manu signare dignata est.

Datum Romae, die 19 Maii 1939.

C. Card. **SALOTTI**, *Praefectus.*

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

i

PROCURATORUM ET ADVOCATORUM PROVENTUS PRO CAUSIS ACTIS CORAM TRIBUNALI SACRAE ROMANAE ROTAE [1]

			MINIMUM	MAXIMUM
1. Pro praevio studio causae et pro examine	Lib.	it.	200	1.000
2. Pro introductione instantiae	»	»	100	200
3.	»	»	100	1.500
4. Pro quaestionibus incidentibus simul sumptis	»	»	100	800
5. Pro defensione, una cum summarii compositione, responsionibus, discussione orali		»	500	3.500

NOTANDA

I. - Congressus, accessus ad Tribunal, epistolae : ad quod spectent capnt, referantur.

II. - Pro translatione Procuratoris seu Advocati ad locum extra Urbem, modo translatio fuerit petita aut approbata a cliente ac D. Ponens consenserit : Lib. it. 100, titulo indemnitatis, pro unoquoque die ; praeter expensas concordandas inter eli entern et Procuratorem seu Advocatum, cum approbatione D. Ponentis. «

III. - D. Ponens facultatem habet, si graves alicuius causae circumstantiae id suadeant, summas supra inscriptas minores minuendi, maiores augendi. Nullum autem augmentum faciendum est pro summa a Procuratore seu ab Advocato solvenda ad sustentandam aream, vulgo *Cassa sovvenzione per il patrocinio gratuito;* quam summam nefas est a cliente repetere.

[1] **Pro causis actis ab iisdem coram aliis Tribunalibus, horum serventur regulae, ad normam can. 1909, § 1, statutae.**

REGULAE SERVANDAE

3 N LIQUANDIS PROCURATORUM ET ADVOCATORUM PROVENTIBUS PRO CAUSIS CORAM SACRA ROMANA ROTA ACTIS.

Art. I

1. Cliens Procuratori seu Advocato, quem légitime constituerit, tradat titulo depositi summam prout infra determinabitur, ad occurrendum taxis Tribunalis, expensis iudicialibus, retributioni pro Procuratoris seu Advocati opera praestanda. - Cliens, si maluerit, poterit ipse deponere in arca S. Tribunalis summam debitam pro taxis et expensis iudicialibus.

2. Summa, quam cliens tradet Procuratori seu Advocato, ne excedat Lib. it. 6.000, quarum dimidia pars tradatur cum introducitur instantia; dimidia altera antequam *Summarium actorum* typis edatur.

3. Decurrente processu, si deposita summa haud sufficiens videatur, Procurator seu Advocatus petat a cliente aliam pecuniae congruentem summam, a D. Ponente approbandam.

4. De summa titulo depositi concredita Procurator seu Advocatus clienti respondere tenetur usque ad liquationem definitivam a D. Ponente probandam. Pecunia autem deposita fructus clienti non producit.

Art. II

1. Procurator seu Advocatus cum mandatum seu commissionem exhibet Tribunali, aut cliens ipse, constituat apud eiusdem aream nummariam depositum Lib. it. 200, quod augeri iubeat D. Ponens, si ante contestationem principalis controversiae quaestiones praeiudiciales resolvendae sint.

2. Summa, quae in decreto concordationis dubiorum statuitur deponenda in arca nummaria Tribunalis, regulariter ne sit minor Lib. it. 2.000; quarum dimidia pars statim tradatur aut a cliente ipso, aut per Procuratorem seu per Advocatum ex pecunia apud ipsum deposita a cliente. Altera dimidia pars tradatur antequam D. Ponens licentiam concesserit imprimendi *Restrictum iuris et facti.*

3. Decurrente processu, si pecunia deposita in arca Tribunalis haud sufficiens videatur, iubeat D. Ponens congruentem summam aut a cliente aut a Procuratore seu ab Advocato deponi.

4. Si pecunia, in arca nummaria Tribunalis deponenda, non fuerit statutis terminis tradita, ipso facto causa ad ulteriora ne progrediatur, et cliens moneatur a Cancellaria Tribunalis, cui haud fas est recipere instantias docLimentave exhibita ad causam prosequendam.

Art. III

Si cliens commissiones distinctas det duobus vel pluribus Advocatis, summa retributionum ne augeatur pro duobus Advocatis ultra dimidiam partem ; pro pluribus Advocatis ultra duplum.

Art. IV

1. Intra dies 15 post definitionem causae, D. Ponenti exhibeantur a Cancellario notula expensarum Tribunalis, atque a Procuratore seu ab Advocato notula expensarum ac proventuum cum documentis relativis. Termino inutiliter elapso, Procurator seu Advocatus mulctae obnoxius erit.

2. D. Ponens, opportunis notitiis assumptis, edat decretum quo taxet sententiam, approbet expensas, moderetur proventus intra limites summarum superiori tabulae inscriptarum, quas si minuenda s aut augendas existimet, motiva adducat.

3. Cancellarius Procuratori seu Advocato cum sententia definitiva notificet decretum D. Ponentis.

4. Contra decretum D. Ponentis fieri potest recursus ad Turnum qui sententiam tulit. A decreto Turni non datur appellatio.

5. Procurator seu Advocatus solvat taxas Tribunalis ee expensas Cancellariae ante decimam diem a notificatione, etiamsi appellare intendat a sententia, salva facultate soluta repetendi in ulteriore instantia.

6. Quod si locus sit quaestioni incidentali circa condemnationem vieti in expensas aut circa compensationem expensarum, serventur art. 164 ss. *Normarum S. R. Rotae Tribunalis.*

7. Procurator seu Advocatus cum rationem clienti reddit de pecunia titulo depositi sibi concredita, tenetur mittere exemplar authenticum decreti D. Ponentis aut Turni, ut cliens sciat quid sibi aut solvendum aut recipiendum supersit.

NB. - Gratuitum patrocinium aut deminutio expensarum iudicialium coram Tribunali S. **B.** Rotae conceditur si postulans aut in totum aut ex parte impar sit iudicialibus expensis sustinendis et causam nec futilem nec temerariam agat (can. 1914-1916; art. 176 ss. *Normarum 8. R. R.).* Obtenta concessione gratuiti patrocinii aut deminutionis expensarum, pars Advocatum eligere nequit, sed eum designat Excmus Decanus S. R. Rotae. Advocato ita deputato pars nihil solvere debet, nec illi fas est quidquam a parte petere. Iuxta autem regulam apud S. R. R. vigentem, Excmus Decanus advocatis qui gratuitum patrocinium praestant summam quamdam pro singulis causis erogat.

RR. DB. Officiales Tribunalium inferiorum tenentur curare ut partibus appellantem s ad S. R. Rotam, et pro adiunctis, partibus appellatis, personaliter notificentur in lingua vernacula Tabula et Regulae de quibus supra.

Iussu R. D. Officialis, ad calcem libelli appellatomi transmittendi ad S. R. Rotam (can. 1884, § 1), a Cancellario Tribunalis referatur quibusnam, qua die, quomodo notificatio peracta fuerit.

Pro notificatione peragenda, exstant penes Cancellariam Tribunalis S. R. Rotae formulae variis linguis exaratae (Anglica, Gallica, Germanica, Hispanica, Italica, Polonica).

Tot formularum exemplaria mittentur ad Curias, quot Ordinarii locorum vel Officiales, designata lingua, requisiverint a Cancellario S. R. Rotae.

Si causa tractanda sit coram S. R. Rota etiam in prima instantia, aut si notificatio de qua supra peracta non fuerit, D. Ponens curet ut quam citius fiat.

EX AUDIENTIA SANCTISSIMI

Die 26 Maii 1939

Ssmus, audita infrascripti relatione, honoraria ut supra statuta partium in causa patronis liquanda et adnexas regulas approbavit, confirmavitque et ad triennium servanda decrevit.

IULIUS GRAZIOLI, *Becanus.*

II

Citatio edictalis \

DE LULLTA ET KATANGA

NULLITATIS MATRIMONII (iPOTA - MUSHIRl)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñi Bonifacii Mushiri, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 22 Decembris 1939, bora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad

diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Dfii Bonifacii Mushiri, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

Ioannes Teodori, ***Ponens.***

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 20 Octobris 1939.

Aegidius Del Corpo, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Boniface Mushiri, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 94) le 22 décembre 1939, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessus rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote,

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas f

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Boniface Mushiri devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Venerdì, 10 novembre 1939, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Dottor ABEL NICOLAS LÉGEK, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica di Haiti, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

AVVISO

Si rende noto che le domande di ammissione degli Ecclesiastici allo Studio della Sacra Congregazione del Concilio, per la pratica giuridica, amministrativa e catechistica, si riceveranno nella Segreteria della stessa Sacra Congregazione fino ai 30 novembre prossimo.

Roma, 31 ottobre 1939.

G. Bruno, *Segretario.*

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 31 ottobre 1939, presso l'Emo Signor Cardinale Carlo Salotti, Prefetto della S. Congregazione dei Riti e Ponente della Causa di beatificazione della Ven. Serva di Dio Giovanna Delanoue, fondatrice della Congregazione di S. Anna della Provvidenza, si è adunata, nel Palazzo Apostolico di S. Calisto, la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria* con l'intervento dei Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi, pei' discutere su tre miracoli che si asseriscono operati ad intercessione della suddetta Venerabile Serva di Dio, e che vengono proposti per la sua beatificazione.

Martedì 7 novembre 1939, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori Teologi han discusso su due miracoli che si asseriscono operati ad intercessione della Ven. Maria Guglielma Emilia de Rodat, fondatrice della Congregazione delle Suore della S. Famiglia, e che vengono proposti per la sua beatificazione.

DATARIA APOSTOLICA

Con Bolle della Dataria Apostolica in data 11 ottobre 1939, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare Arciprete della Patriarcale Basilica Liberiana di S. Maria Maggiore l'Emo *e* Revmo Signor Cardinale Alessandro Verde.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il S. Padre Pio XI, di v. m., si degnò nominare:

6 settembre 1938. S. E. Revma Monsig. Adolfo Szelazek, Vescovo di Luceoria, ***Assistente al Soglio Pontificio.***

1 aprile » Monsig. Mariano Tokarzewski, della medesima diocesi. ***Protonotario Apostolico « ad instar participantium ».***

6 settembre » Monsig. Antonio Jaglowski, della medesima diocesi, ***Prelato Domestico di Sua Santità.***

Con Brevi Apostolici, il S. Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

30 marzo 1939. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Ermenegildo Pellegrinetti, ***Protettore delle Suore delle Scuole (Skolske Sestre) del Terzo Ordine di S. Francesco*** (Maribor).

19 luglio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Fumasoni Biondi, ***Protettore della Congregazione delle Suore di Carità dell''Immacolata Concezione della Beata. Vergine Maria, di New Brunswick (diocesi di S. Giovanni nel Canada).***

31 » » L'Illmo e Revmo Monsig. Arturo Mazzoni, ***Protonotario Apostolico*** de numero participantium.

17 agosto » L'Illmo e Revmo Monsig. Giuseppe Graneris, ***Prelato Votante del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

21 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione, ***Protettore della Congregazione delle Suore di S. Giuseppe di Tarantasia.***

24 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, ***Protettore deWIstituto delle Suore di S. Giuseppe (Suso).***

13 settembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, ***Protettore deWIstituto delle Figlie della Presentazione di Maria Santissima (Como).***

21 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione, ***Protettore deWIstituto della Consolata per le Missioni Estere (Torino).***

9 ottobre 1939. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Salotti, *Protêttore dell' Istituto delle Ancelle Adoratrici del Ssmo Sacramento e della Carità di Madrid.*

11 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni, *Protettore della Congregazione delle Povere Suore Scolastiche di Nostra Signora* (Colocza).

19 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Tisserant, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Misericordia, di Séez.*

20 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marmaggi, *Protettore dell'Istituto delle Carmelitane del Divin Cuore di Gesù, di Sittard* (Olanda).

24 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marmaggi, *Protettore dell'Istituto delle Orsoline del Sacro Cuore di Gesù Agonizzante* (Roma).

26 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marmaggi, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Providenza e dell'Immacolata Concezione, di Champion* (Namur).

4 novembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Salotti, *Protettore dell'Ordine dei Frati Minori.*

Assistenti al Soglio Pontificio :

16 settembre 1939. S. E. Revma Monsig. Angelo Cambiaso, Vescovo di Albenga.

28 » » S. E. Revma Monsig. Giuseppe Miralies y Sbert, Arcivescovo tit. di Beroe, Vescovo di Majorca.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

7 luglio 1939. Monsig. Eliseo Pérez Sánchez, dell'archidiocesi di Santo Domingo.

» » » Monsig. Mariano Vassallo, della diocesi di S. Giovanni di Portorico.

20 » » Monsig. Angelo Rodríguez Zia, dell'archidiocesi di Santa Fé (Argentina).

23 » » Monsig. Leone Régent, della diocesi di Lilla.

» » » Monsig. Giuseppe Ippolito Convert, della diocesi di Belley.

12 agosto » Monsig. Gregorio Aguilar, della diocesi di Tehuantepec.

24 » » Monsig. Angelo Di Tommaso, della diocesi di Amelia.

19 settembre » Monsig. Michele Curran, dell'archidiocesi di Dublino.

14 ottobre » Monsig. Paolo Volpe, della diocesi di Ascoli Satriano.

31 » » Monsig. Giacomo Roverio, della diocesi di Ventimiglia.

31 ottobre 1939. Monsig. Ginseppe Binazzi, dell'archidiocesi di Firenze.
1 novembre » Monsig. Giuseppe P. O'Toóle, della diocesi di Boise.
4 » » Monsig. Carlo Duchemin, della diocesi di Southwark.

Prelati Domestici di Sua Santità :

14 marzo 1939. Monsig. Giovanni Battista Castañeda, della diocesi di Pasto.
2 luglio » Monsig. Edoardo J. Maher, dell'archidiocesi di S. Francisco.
» » » Monsig. Patrizio G. Moriarty, della medesima archidiocesi.
3 » » Monsig. Teodoro Douvier. della diocesi di Strasburgo.
» » » Monsig. Alfredo Boehm, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Emilio A mann, della medesima diocesi.
20 » » Monsig. Samuele Santa Cruz, dell'archidiocesi di Santa Fé (Argentina).
» » » Monsig. Antonio Biagioni, della medesima archidiocesi.
23 » » Monsig. Antonio Alves Martins, della prelatura di Mozambico.
» » » Monsig. Giovanni Francesco Dos Santos, della diocesi di Oporto.
24 » » Monsig. Patrizio O' C. Culleton, della diocesi di Peoria.
12 agosto » Monsig, Salvatore Atonna, della diocesi di Sarno.
15 » » Monsig. Patrizio Boylan, dell'archidiocesi di Dublino.
» » » Monsig. Hanna Ezzo, del Patriarcato Siro d'Antiochia.
17 » » Monsig. Luigi Dughera. della diocesi di Vigevano.
18 » » Monsig. Felice Chemi, della diocesi di Gubbio.
22 » » Monsig. Giovanni Moraghi, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Monsig. Enrico Nava, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Gualtiero Giuseppe Tobin, della diocesi di Mobile.
» » » Monsig. Tommaso Michele Cullen, della medesima diocesi.
24 » » Monsig. Fidenzio Melimi, dell'archidiocesi di Bologna.
» » » Monsig. Ernesto Pasini, della diocesi di Brescia.
» » » Monsig. Pietro M. Oviedo, della diocesi di Catamarca.
29 » » Monsig. Carlo Sassi, della diocesi di Alessandria.
30 » » Monsig. Ugo Aiuti, dell'archidiocesi di Urbino.
» » » Mons. Vincenzo Valentini, della medesima archidiocesi.
2 settembre » Monsig. Domenico Brizi, della diocesi di Tuscania.
» » » Monsig. Giuseppe Moylan, della diocesi di Savannah-Atlanta.
» » » Monsig. T. Giacomo McNamara, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Amaro Rodríguez Sanroman, della diocesi di Camaguey.
13 » » Monsig. Cesare Giannini, della diocesi di Lodi.

15 settembre 1939. Monsig. Emmanuele Pereira Villar, dell'archidiocesi di Braga.
21 » » Monsig. Angelo Subrizi (Roma).
28 » » Monsig. Mario Rondini, della diocesi di Forlì.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il S. Padre Pio XI, di v. m., si degnò di conferire:

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

2 marzo 1938. Al sig. Francesco Vargas, dell'archidiocesi di Bogota.

La Commenda con Placca dell'Ordine di 8. Silvestro Papa :

11 luglio 1938. Al sig. Giovanni Rudowski, della diocesi di Pìock.
25 ottobre » Al sig. prof. Enrico Scassi, dell'archidiocesi di Atene.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Silvestro Papa :

10 luglio 1937. Al sig. Raffaele Salazar, dell'archidiocesi di Bogota.
» » » Al sig. Enrico Tobar, della medesima archidiocesi.
11 » 1938. Al sig. Stanislao Zgliczynski, della diocesi di Plock.

Con Brevi Apostolici, il S. Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

15 agosto 1939. A Sua Altezza Reale il Principe Don Edoardo Duca di Braganza (Portogallo).
7 novembre » A Sua Eccellenza il Signor Conte Bonifacio Pignatti Morano di Custoza, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario d'Italia presso la S. Sede.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano :

24 luglio 1939. Al sig. David van Dam (Olanda).
14 agosto » Al sig. Kamel bey Hamie (Beyrouth).

La Gran Croce dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

14 agosto 1939. A S. E. il sig. Conte comm. Gaetano Enrico das Alcaçovas de Lancastre (Portogallo).
» » » A S. E. il sig. Gabriele Puaux, Ambasciatore di Francia, Alto Commissario in Siria (Beyrouth).
» » » A S. E. il sig. Emilio Hedde, Presidente della Repubblica Libanese.
5 settembre » A S. E. il sig. Pham-Guynh, Ministro di Gabinetto di S. M. l'Imperatrice e Ministro dell'Educazione Nazionale (Annam).

*La Commenda con Placca dell'Ordine di **S.** Gregorio Magno, classe civile:*

13 aprile 1939. Al sig. Marchese Alessandro Pallavicino, della diocesi di Djakovo.
16 agosto » Al sig. M° Guglielmo Mengelberg, della diocesi di Haarlem.

*La Commenda dell'Ordine di »**S.** Gregorio Magno, classe civile :*

2(K luglio 1939. Al sig. Giovanni B. Depetris, dell'archidiocesi di Santa Fé (Argentina).
» » » Al sig. Emmanuele del Sastre, della medesima archidiocesi.
24 » » Al sig. Giuseppe F. Bartley, della diocesi di Peoria.
» » » Al sig. Gualtiero Emanuele Turnbull, del vicariato apostolico di San Pedro Sula.
12 agosto » Al sig. Luigi Angelucci (Roma).
14 » » Al sig. Alfredo Naccache (Beyrouth).
15 » » Al sig. prof. Carlo Galassi Paluzzi (Roma).
24 » » Al sig. Alfredo Eonsignore, della diocesi di Terracina.
29 » » Al sig. Vittorio Zambra, dell'archidiocesi di Milano.
6 settembre » AL sig M. Nguyeu-tien-lang (Annam). ^
12 » » Al sig. Arvid Paasonen, del vicariato apostolico di Finlandia.
» » » Al sig. Carlo Adolfo Raffaele Hakkarainen (Finlandia).
20 » » Al sig. dott. Francesco Antonio De Andreis, della diocesi di Ferentino.
27 ' » » Al sig. Turenne Carrié (Haiti).
4 ottobre » Al sig. Francesco van Cauwelaert, dell'archidiocesi di Malines.

Il Cavalierato dell'Ordine di Gregorio Magno, classe civile :

13 luglio 1939. Al sig. Alberto Austin Gardiner, della diocesi di S. Giovanni di Quebec.
21 » » Al sig. Gastone Denecker, della diocesi di Lilla.
» » » Al sig. Edoardo Mas-Descamps, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Maurizio Duhamel, della medesima diocesi.
» » Al sig. Pietro Thiriez-Wallaert, della medesima diocesi.
» » Al sig. Pietro Gomane, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Achille Glorieux-Toulemonde, della medesima diocesi,
» » » AI sig. Emilio Lesaffre-Degroote, della medesima diocesi.
5 agosto » Al sig. Giulio Tellier, della diocesi di Namur.
» » Al sig. Giuseppe Somers, dell'archidiocesi di Malines.

12 agosto 1939. Al sig. Giovanni Guglielmo Snackers, della diocesi di Bois le-Duc.
14 » » Al sig. Edmondo Deligny (Beyrouth).
» » » Al sig. Antonio Gebeily (Beyrouth).
» » » Al sig. Giorgio Sacy (Beyrouth).
15 » » Al sig. dott. Ottorino Morra (Roma).
» » » Al sig. Vittore Huet, della diocesi di Saint-Brieuc.
» » » Al sig. Enrico Hostein, dell'archidiocesi di Bordeaux.
17 » » Al sig. Bartolomeo Gei. della diocesi di Vittorio Veneto.
» » » Al sig. Abilio Garcia de Carvalho, delParchidiocesi di Braga.
21 » » Al sig. Giovanni Carroll, della diocesi di Mobile.
» » » Al sig. Giuseppe Merciai, della diocesi di Massa e Populonia.
2 settembre » Al sig. Fernando Martínez Lamo, della diocesi di Camaguey.
19 » » Al sig. Ippolito Grospiron, della diocesi di Beauvais.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S, Gregorio Magno, classe militare:

14 agosto 1939. Al sig. Contrammiraglio Maria Felice Lorenzo Maurizio de Oarpentier (Beyrouth).

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

25 settembre 1939. Al sig. Shaik Sir Hamad bin Isa (Arabia).

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa :

9 settembre 1939. Al sig. cav. Vincenzo Leone, dell'archidiocesi di Monreale.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa :

13 giugno 1939. Al sig. dott. Giuseppe Leclef, deli archidiocesi di Malines.
22 luglio » Al sig. cav. Sante Testa, della diocesi di Foligno.
» » Al sig. prof. M° Federico Caudana, della diocesi di Cremona.
13 agosto » Al sig. dott. Giovanni Mussa, dell'archidiocesi di Torino.
14 » » Al sig. Omar bey Daouk (Beyrouth).
21 » Ai sig. Pasquale Mario Zanaboni, della diocesi di Como.
» » » Al sig. Leandro Francese, dell'archidiocesi di Torino.
24 » » Al sig. ing. areh. Giovanni Jacobucci, della diocesi di Ferentino.
26 » Al sig. Giovanni Motta (Roma).

11 Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

17	giugno	1939.	Al sig. Giuseppe Doglioli, della diocesi di Alessandria.
»	»	»	Al sig. Pietro Beltrami, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Luigi Stanchi, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Eugenio Mariscotti, della medesima diocesi.
8	luglio	»	Al sig. Arnoldo Golden, della diocesi di S. Giovanni di Portorico.
10	»	»	Al sig. Egidio Germani, del Vicariato Apostolico di Mogadiscio.
15	»	»	Al sig. Pietro Lavra (Boma).
17	»	»	Al sig. Achille Trippanera (Boma).
18	»	»	Al sig. Gennaro Mastromarino, della diocesi di Bitonto.
»	»	»	Al sig. prof. Antonio Amendolaggine, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. rag. Giulio Ronga (Roma).
20	»	»	Al sig. Pietro Ri vero y Machado (Cuba).
»	»	»	Al sig. Francesco Notaro, delParchidiocesi di Brindisi.
»	»	»	Al sig. Angelo Sella, dell'archidiocesi di Milano.
23	»	»	Al sig. Giuseppe Pistoia, della diocesi di Vigevano.
4	agosto	»	Al sig. Pietro Duglio, della diocesi di Novara.
14	»	»	Al sig. Farid Trad (Beyrouth).
»	»	»	Al sig. Gabriele Oharr (Beyrouth).
24	))	»	Al sig. Angelo Capponi, della diocesi di Terracina.
»	»	»	Al sig. Luigi Mascetti, della medesima diocesi.
29	»	»	Al sig. Crescentino Sbragia, dell'archidiocesi di Urbino.
»	»	»	Al sig. Giuseppe Antonelli, della medesima archidiocesi.
13	settembre	»	Ai sig. Giuseppe Rognoni, della diocesi di Pavia.
30	»	»	Al sig. Giacomo Navone, dell'archidiocesi di Milano.

NECROLOGIO

7	ottobre	1939.	Monsig. Giuseppe Giovanni B. Hallé, Vescovo tit. di Perre.
16	»	»	Monsig. Odilone Fages, Vescovo tit. di Mulia.
25	»	»	Monsig. Frediano Giannini, Arcivescovo tit. di Serre.
»	»	»	Monsig. Francesco Mostyn, Arcivescovo di Cardiff.
28	»	»	Monsig. Luigi Francesco Pierini, Arcivescovo di Sucre.
1	novembre	»	Monsig. Renato Mignen, Arcivescovo di Rennes.
5	»	»	Monsig. Elia Durand, Vescovo di Montauban.

An. et yol. XXXI 25 Novembris 1939 (Ser. Il, v. VI) - Num. 15

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

EPISTULA ENCYCLICA

AD DILECTOS FILIOS GULIELMUM S. R. E. PRESBYTERUM CARD. O'CONNELL, ARCHIEPISCOPUM BOSTONIENSEM, DIONYSIUM S. R. E. PRESBYTERUM CARD. DOUGHERTY, ARCHIEPISCOPUM PHILADELPHIENSEM, CETEROSQUE VENERABILES FRATRES ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS FOEDERATARUM AMERICAE CIVITATUM PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES : ANNO CL VERTENTE AB ECCLESIASTICA HIERARCHIA IN FOEDERATIS AMERICAE CIVITATIBUS CONSTITUTA.

PIUS PP. XII

DILECTI FILII NOSTRI ET VENERABILES FRATRES SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Sertum laetitiae sanctae augere cupientes animo vastissima transimus maria et ecce coram adsumus vobis, qui centum et quinquaginta fauste revolutos annos ab ecclesiastica Hierarchia in Foederatis Americae Civitatibus constituta una cum universis gregibus vestris concelebratio. Id autem facimus perlibenter, quia in primordio summi pontificatus Nostri, quo sollemnior eo gratior ita obvia Nobis datur occasio palam obtestandi, quanam aestimatione, quonam studio validum iuventa inditum americanum genus prosequantur. Memorias annalium vestrorum replicantibus et eventuum causas considerantibus facile patet ad gloriam prosperitatemque, qua vestra gaudet patria, haud paulum contulisse divinae religionis triumphum, quae, quamvis e caelo orta institutis et legibus homines ad sempiternam beatitatem perducat, mortalem etiam vitam tot perfundit beneficiis, ut non posset maiora tribuere, si nata esset ad terrigenas felicitate ornandos, dum heic breviter vivunt. Libet cognita

in memoriam revocare. Cum Pius Pp. VI Ioannem Carroll americanum civem Baltimorensibus praeficiens primum episcopum vestratibus dedit, tum tenuis et exiguus istic fuit catholicorum numerus simulque Foederatarum Civitatum conditio ita periculosa, ut ipsarum unitas et compago in discrimen vocaretur, propterea quod, cum diu immane arsisset bellum, ingenti aere alieno premebatur fiscus, iacebant industriae, de fessi calamitatibus cives in contrarias partes scindebantur. Afflictas, imo labentes res erexit ille celeberrimus Georgius Washington, pectoris constantia et mentis sagacitate illustris. Hic autem cum sacro Baltimorensi praesule firma in amicitia erat. Parens ideo patriae ac ista in dilecta terra primus Ecclesiae sacer pastor benevolentiae nexibus iuncti ad perpetuum posterorum exemplum inque serae aetatis documentum, veluti dexteris mutuo datis, significabat americanae genti sanctum sollemneque esse Christi fidem vereri, quippe quae recti honestique fundamentum continens communis salutis ubertatisque afferat elementa.

Multae vero fuerunt causae, cur istic catholica Ecclesia prospere floruerit : unam attingimus memoratu dignam. Sacerdotes, qui saevientibus vexationibus, istuc appulerant, memorato sacro pastori optata auxilia attulerunt eidemque adiutricem operam dantes pretiosa germina severunt, unde virtutum seges crebuit; quin etiam ex iis nonnulli episcopali postea dignitate induti de catholici nominis incrementis splendidius meriti sunt. Itaque, ut, historia teste, evenire plerumque suevit, exortis insectationum procellis, non cohibetur, sed latius funditur apostolicus ignis, si is fide non ficta et sincera caritate alitus generosa pectora adurit.

Cum centum complerentur anni, ex quo eventus, qui vos meritis perfundit gaudiis, contigit, felicis recordationis Leo Pp. XIII Litteris datis *Longinqua oceani* recoluit et recensuit emensam istic ab Ecclesia viam, addens monita et praecepta, in quibus benevolentiae sapientia par. Quae ab augusto Decessore Nostro egregie tunc scripta sunt, perpetua sunt consideratione prosequenda. Postremis autem quinquaginta annis istic Ecclesiae cursus non remisit, quin potius se patentius protendit et maiores assecutus est auctus.

Florens enimvero istic viget vita, quam Spiritus Sancti gratia intimo in pectoris sacrario alit; conferti ventitant ad domos Dei fideles; frequentati Mensa, ubi Angelorum Panis, esca fortium sumitur; ignatianae commentationes, quae saeptis locis tenentur, magno- studio celebrantur; multi divinam vocem ad sublimiora arcessentem secuti, sacerdotium aut religiosae vitae statum capessunt. Nunc temporis undeviginti sunt istic provinciae ecclesiasticae, centum et quindecim dioece-

ses, ferme ducenta sacra Seminaria, innumera exstant templa, ludi litteraria pueris educandis, domicilia maiorum disciplinarum, collegia, valetudinaria, egentium refugia, coenobia. Iure meritoque advenis admirationi est temperatio et forma, qua scholae vestrae uniuscuiusque ordinis reguntur, generoso dispendio christifidelium innixae, vigilanti cura praesulum custoditae, turbas prodentes bene cordatorum moratorumque civium, qui divinas humanasque leges verentes Ecclesiae et patriae robur, flos et honor rite esse aestimantur. Consociationes vero missionales, praesertim Pontificium Opus a propagatione fidei, firmitate et operositate praestantes in exemplum prece, stipe, praesidiis varii generis Evangelii praecones iuvant, qui infidelium terris salutiferae Crucis inferunt vexillum. Temperare Nobis non possumus, quin modo aperto praeconio Nostro honestemus missionalia opera nationi vestrae peculiaria, quae catholici nominis amplificationi sollerti studio incumbunt. Hisce nominibus nota eadem sunt : « Catholic Church Extension Society », sodalitas piorum benef actorum gloria praeclara; « Catholic Near East Welfare Association », quae rei christianae in Oriente multis necessitatibus laboranti provida auxilia praestat; « Indian and Negroes Mission » coeptum a (Concilio Baltimorensi tertio sancitum (cfr. Acta eiusdem Concilii, cap. II) quod confirmamus et commendamus, quia eximia erga concives caritas id exigit. Fatemur namque Nos in Nigritas accolas vestros, adflante Deo, impensa caritate ferri, quia novimus eos, ad religionem et animorum cultum quod spectat, peculiaribus curis et solaciis indigere eaque mereri. Quapropter uberrimam caelestem opem adprecamur et salutaria cupimus iis, qui generosa virtute de eisdem solliciti sunt. Hoc amplius, ut pro inenarrabili accepto integrae fidei dono Deo magis congrua ratione grates reddantur, vestrates strenue agere cupidi missionalium exercitui conferios mittunt manipulos, qui tolerantia laboris, invicta patientia et egregiorum inceptorum vi pro regno Christi promovendo promerita metunt, quae tellus admiratur Caelumque aequis retribuet coronis.

Neque minus invalescunt istic opera, quae in patriae gremio Ecclesiae filiis vario usui sunt : dioecesana caritati exercendae officia, apte accommodateque disposita ac temperata, curionibus consulentibus, religiosis familiis opitulantibus, egenis, inopibus, infirmis christianae largitatis, munera afferunt, miserias levant : hoc autem in pernobili ministerio absolvendo Christus acutis ac dulcibus fidei oculis cernitur, benignissimus Redemptor intelligitur, cuius sunt pauperes amictique mystica dolentia membra. Prae ceteris laicorum hominum Consociationibus quas cunctas enumerare longum est. haud caducae gloriae lauros sibi pepere-

runt Actio catholica, Congregationes mariales, Sodalicium a christiana doctrina fructibus iam laeta, futurae segetis spe autem laetiora, itemque Consociatio quae a Ssmo Nomine vulgo appellatur, ad religionis cultum fovendum pietatemque excolendam auctrix optima. Multiplici autem catholicorum hominum operositati, in varias provincias prout ratio temporis postulat exserenti vires, praeest Consilium illud, cui nomen inditum est «National Catholic Weifare Conference», ad episcopale ministerium vestrum expedita instrumenta suppeditans. Ex his praecipua carptim mense Octobri anno MDCCCCXXXVI invisimus, cum, transmarino itinere suscepto, vos vestraque de facie cognoscere Nobis gratissimum fuit. Numquam occidua et iucunda haeret animo imago rerum, quas tunc oculis Nostris conspeximus.

Hac de causa debito cum observantiae obsequio vobiscum Deo persolvimus grates, canimus laudes : « Confitemini Deo caeli, quoniam in aeternum misericordia eius » *(Ps.* CXXXV, 26). Ipse, cuius nullis circumscripta terminis est bonitas, sicut tellurem vestram benignitatis suae cumulavit largitate, ita ecclesiis vestris dedit operandi virtutem, earumque impigros labores fructibus cumulavit. At rite persoluto gratiarum actionum debito Deo, a quo omnia bona principium ducunt, agnoscimus, dilectissimi Nobis, etiam acri ingenio, sedulae operositati pastorum oviumque, queis istic Christi grex coalescit, deberi uberem huiusmodi fecunditatem, quam gaudentes nunc vobiscum contuemur; agnoscimus eam deberi clero vestro, qui ad strenue agendum proclivis generoso studio mandata vestra exsequitur, religiosis viris omnium Ordinum et Congregationum, qui virtutum ornamentis praeclari certatim agrum Dei excolunt, itemque religiosis feminis, quae, lilia Christi ac delectamentum Sanctorum, innumerae ac saepe silentes et ignotae hominibus, divinae caritatis aestu percitae, Evangelii causae in exemplum se devovent. Salutaris Nostra sit laus. Oportet enim gestarum rerum consideratio non otiorum relaxationem inducat, non inanis gloriae delectationem animos titillantem progignat, sed nova studia incendat, ut arceantur mala et quae salutaria, provida et laudatione digna sunt firmiore soliditate adolescant. Christianus, si sui servat nominis dignitatem, numquam non apostolus; numquam Christi militi e proelio excedendum est, cuius participationi mors tantum finem imponit. Nostis, ubi oporteat expergitior vestra evigilet cura et quonam advocanda sit sacerdotum fideliumque opera, ut Christi religio, amotis impedimentis, teneat mentes, regat mores et, una causa salutis, civilis consortionis penetret venas intimosque meatus. Quodsi bonorum externorum et corporis progressio, aptiora et copiosiora commoda afferens vitae, haud parvi facienda est, nequaquam tamen ea

sufficit homini, ad praestantiora et sublimiora nato. Is namque ad imaginem et similitudinem Dei conditus, Deum ineluctabili animi impulsu appétit, semper lugens ac tristis, si ibi ponit delectum amoris, ubi veritas summa bonumque infinitum abest. Ad Deum autem, a quo recedere est interire, ad quem converti est vivere, in quo stare est splendescere, non acceditur corporei spatii transvectione, sed Christo duce, sincerae plenitudine fidei, intemerata rectae voluntatis conscientia, operum sanctitudine, comparata et adhibita veri nominis illa libertate, cuius sacratas normas Evangelium promulgavit. Si contra divina praecepta despicatui sunt, non solum sempiterna desperanda est beatitas ultra terrestris vitae breve aevum locata, sed nutat ipsa basis, in qua haud fallax cultus et humanitas consistit et lacrimandae exspectandae sunt ruinae : quae enim ad aeterna ducunt temporalium tenax sunt vigor tutumque firmamentum. Quomodo reapse publicum bonum urbanitatisque decus stare possunt, pessumdatis iuribus atque derelictis et contemptis virtutibus? Nonne Deus est iurium auctor et stator, nonne est virtutum altor et praemium Ipse, cui nullus est similis in legislatoribus (cfr. *Iob,* XXXVI, 22)? Haec est — fatentur omnes qui sapiunt — ubique gentium amara fecundaque maiorum radix divinae maiestatis ignoratio, caelestium praescriptorum neglectus aut lamentabilis quaedam inconstantia, qua inter fas et nefas, inter rectum et pravum claudicatur. Illinc coecus et immodicus amor sui, voluptatum sitis, ebrietatis vitium, sumptuosus et impudicus vestium habitus, crebra flagitia eademque nec in immatura aetate insueta, potiundae potestatis cupiditas, pauperum incuria, iniquarum divitiarum fames, agrorum desertio, in matrimoniis contrahendis ludificatio, nuptiarum repudia, familiarum dissipatio, f rigens mutua parentum filiorumque caritas, vitata liberorum procreatio, gentis extenuatio, in magistratus languida verecundia aut servile obsequium aut obstinata voluntas, officiorum in patriam inque hominum genus negligentia.

Id valde licet paterne conquerimur, quod istic tot in scholis, saepe spreto aut ignorato Christo, quidquid ad mundum et humanum genus attinet, natura et ratione tantum ducibus, explicatur et ad iuventutem educandam novae temptantur viae et rationes, ex quibus fieri nequit, quin in fingendis animis moribusque tristes nationi isti fructus maturescant. Simili modo domestica vita, sicut servatis Christi mandatis veri nominis felicitate fruitur, ita abiecto Evangelio, misere perit vitiisque-vastatur : « Qui quaerit legem, replebitur ab ea : et qui insidiose agit; scandalizabitur in ea» *{Ecoli.,* XXXII, 19).

Quid iucundius, quid laetius in terra est quam christiana familia? Orta coram Domini ara, ubi amor sanctus appellatus est nexus perpe-

tuoque mansurus, eodem amore, quem superna gratia alit, solidatur et crescit. Illic « honorabile conubium in omnibus et torus immaculatus » *(Hebr.,* XIII, á); tranquillam domus parietes non resonant iurgia, non vident secreta martyria ob vafras patefactas adulterorum insidias; solidissima fiducia suspicionis acúleos depellit; mutuo benevolentiae affectu leniuntur dolores, augescunt gaudia. Illic nati non gravia pondera, sed dulcia aestimantur pignora; neque foeda commodorum ratio sterilisque voluptas efficiunt, ut munus prohibeatur vitae ac fratrum sororumque suavis desuescat appellatio. Quo studio illic incumbunt parentes, ut filii validis adolescant viribus ac, maiorum ferentes rectas saepe memoratas semitas, purissima fide morumque honestate relucescant. Tot autem commoti benefactis filii hoc debitum sibi rentur esse maximum honorare parentes, optatis eorum obsequi, seniles eorum annos fido auxilio fulcire, canitiemque delectare amore, qui morte non fractus in superna aula caeli gloriosior reddetur et plenior. In adversis rebus non queruli, in secundis autem non ingrati christianae incolae domus nullo non tempore confidunt Deo, cuius imperio oboediunt, in cuius voluntate requiescunt, cuius auxilia haud frustra praestolantur.

Ad familias idcirco secundum Evangelicae sapientiae normam constituendas et servandas crebro debent compellere fideles ii, qui in ecclesiis rectorum et doctorum ministerio fungentes adsidua enituntur sollertia, ut plebs Domino paretur perfecta. Hac ipsa de causa summopere curandum est, ut dogma, quod adserit divino iure individuum perpetuumque matrimonium vinculum, a nuptias contrahentibus religiose retineatur sancteque custodiatur. Quod catholicae doctrinae caput plurimum valere, ut constent familiae, societas civilis prospere cedat, polleant sanitate populi, genuina humanitatis laus splendeat, haud pauci confitentur etiam a fide nostra alieni, civili sapientia insignes. Utinam patria vestra alieno experimento potius quam proprio usu novisset damnorum cumulum, quem divortiorum licentia parit! Suadeat religionis reverentia, suadeat erga nobile americanum genus pietas, ut dire invalescens curetur et avellatur morbus, cuius consectaria ita nervose et vere Leo Pp. XIII descripsit : « Divortiorum causa fiunt maritalia foedera mutabilia : extenuatur benevolentia : infidelitati perniciosa incitamenta suppeditantur : tuitioni atque institutioni liberorum nocetur : dissuendis societatibus domesticis praebetur occasio : discordiarum inter familias semina sparguntur; minuitur ac deprimitur dignitas mulierum, quae in periculum veniunt, ne, cum libidini virorum inservierint, pro derelictis habeantur. Et quoniam ad perdendas familias, frangendas regnorum opes nihil tam valet quam corruptela morum, facile prospicitur prospe-

ritati familiarum ac civitatum maxima inimica esse divortia » (Litt. Enc. *Arcanum).*

Minime dubitamus, quin apud vos in nuptiis celebrandis, quas contrahentium alteruter de catholico dogmate dissideat aut baptismatis sacramentum non receperit, Codicis iuris canonici praescripta diligenter serventur. Huiusmodi enim matrimonia — id ipsi e crebris exemplis comperistis — saepe diuturna felicitate non utuntur et Ecclesiae catholicae magna detrimenta afferre solent.

Quo tanta nocumenta abscedant, id potissimum confert, si divinae veritatis plenitudo singulorum mentibus affulgeat et populis integre innotescat via salutis. Quam ob rem enixe sacerdotes hortamur, ut divinarum humanarumque rerum scientia abundent; ne contenti vivant scientia iuvenili hausta aetate; legem Domini, cuius eloquia argento sunt puriora, attento animo considerent; continenter gustent delibentque castas Sacrarum Scripturarum delicias; Ecclesiae res gestas, dogmata, sacramenta, iura, praescripta, ritus, sermonem altius, labentibus annis, pervestigent, ut tum virtute tum veri ornatu et instructu crescant. Litterarum quoque studia et profanas disciplinas praesertim eas, quae cum religione maiorem habent necessitudinem, colant, ut facunde et nitide valeant salutifera tradere praecepta et docta quoque ingenia levi Christi sarcinae iugoque subicere. O quam felix Ecclesia, si ita « fundabitur in sapphiris» (cfr. *Is.*, LIV, 11). Ratio praeterea temporis flagitat, ut laici quoque homines imprimis qui ecclesiasticae Hierarchiae adiutricem operam dant, non ieiunam et exilem, sed uberem solidamque sibi comparent in rebus sacris doctrinam, libris, disceptationibus, circulis adhibitis, ut ipsi sibi prosint, indoctos instruant, contumaces refellant, bonos sodales iuvent.

Haud exiguo cum animi gaudio novimus istic scripta, quae typis eduntur, strenue catholicam causam agere et marconianum instrumentum, quo vox emissa illico ubique terrarum percipitur — mirum inventum apostolicae fidei humani generis universitatem amplectentis imago — saepe et utiliter adhiberi, ut quae ad Ecclesiam pertinent quam latissime circumsonent. Fauste acta laudamus. At caveant qui huiusmodi officia praestant, ut etiam in re sociali explicanda vel promovenda ecclesiastici magisterii institutionibus haereant; propriae utilitatis obliviosi, gloriolae non cupidi, non factionum partes sectantes, loquantur « sicut ex Deo, coram Deo, in Christo » (II *Cor-*, II, 17).

Quo optimarum artium disciplinarumque cultus istic magis magisque invalescat, feliciter datam arripientes occasionem, avemus profiteri Universitatem studiorum Washingtonensem quam maxime Nobis cordi esse.

Id meminisse nunc Nos iuvat flagrantibus votis Leonem Pp. XIII istud doctrinae insigne domicilium, cum id oriretur, salutavisse et singularis amoris significationes ei semel iterumque Romanum Pontificem decessorem Nostrum impertiisse. Hic persuasissimum siquidem habebat, si istud magnum Lyceum, meritorum messe iam laetum magis magisque viguerit et inclaruerit, non solum Ecclesiam verum etiam vestratum gloriam prosperitatemque civilem incrementa percepturas esse. Eiusdem spei participes, vos has per litteras convenimus, ut id habeatis commendatum quam quod maxime, nulli parcentes labori, ut gratia vestra tectum aspera evincat et felicioribus semper auctibus egregiam exspectationem in se collocatam cumulate adimpleat. Hoc insuper valde probamus quod Romae Pontificio Collegio adolescentibus ex America septentrionali ad sacra fingendis augustiores et aptiores vultis aedes erigere. Quodsi quidem utiliter lectissimi ingenio iuvenes ad politiorem doctrinam haurriendam longinquas petunt oras, felix diutinus usus vitae demonstrat ad sacerdotalia munia candidatis permagno adiumento esse, si ii heic penes Petri Sedem educantur, ubi purissimus bibitur fidei fons, ubi tot christianae antiquitatis monumenta sanctorumque vestigia ad fortia exantlanda generosa pectora accendunt.

Aliud attingimus, quod maximi est ponderis, quaestionem scilicet socialem, quae insoluta diu et dire exagitat civitates et in civium ordinibus semina iacit invidiae ac dimicationis. Quomodo haec istic se habeat, quasnam afferat difficultates cogitationesque opus non est consciis profundere verba. Cuius praecipuum caput id exigit, ut bona, quae pro hominibus universis Deus creavit, aequa ratione ad omnes affluant, iustitia duce, caritate comite. Pauperes et divites semper fuisse cunctarum memoria aetatum docet, eosdem semper fore inflexibilis humanarum rerum condicio por tendit. Honorabiles sunt timentes Dominum pauperes, quorum est Regnum caelorum quique facile spiritualibus affluunt gratiis; divites autem, si recti probique sunt, terrestrium bonorum Dei sunt dispensatores et procuratores; supernae Providentiae administri egenis opitulantur, per quorum manus saepe dona quae ad animos spectant percipiunt, quorum ductu sperant se vitam assecuturos sempiternam. Deus, rerum provisor optimus, statuit, ut ad exercendas virtutes et probanda merita divites sint in mundo simulque et pauperes; at non vult alios nimiis affluere copiis, alios autem in extremas angustias adduci, ita ut usibus vitae necessariis careant. Bona verum est virtutum parens honesta paupertas, quae cotidiano labore comparat victum, iuxta illud : « Mendicitatem et divitias ne dederis mihi : tribue tantum victui meo necessaria» *(Prov.,* XXX, 8). Quodsi locupletes et opulenti debent

iii inopes facili misericordia moti liberaliter agere, eo vel magis iisdem debent iusta tribuere. Opificum igitur salaria, sicut fas est talia sunto, quae ipsis eorumque familiis sustentandis sufficiant. Gravia hoc de officio sunt Pii Pp. XI decessoris Nostri verba : « Omni igitur ope enitendum est, ut mercedem patresfamilias percipiant sat amplam, quae communibus domesticis necessitatibus convenienter subveniat. Quod si in praesentibus rerum adiunctis non semper id praestari poterit, postulat iustitia socialis, ut eae mutationes quamprimum inducantur, quibus cuivis adulto operario eiusmodi salaria firmentur. Non abs re erit hic merita laude prosequi eos omnes, qui sapientissimo utilissimoque consilio varias experti sunt atque tentaverunt vias, quibus merces laboris ita oneribus familiae accommodetur, ut his auctis, amplior illa numeratur; immo, si id obtingat, extraordinariis necessitatibus fiat satis »- (Litt. Enc. *Quadragesimo anno).* Eveniat insuper ut quisquis viribus-pollet ad comparandum sibi suisque cotidianum victum aequam operis-habeat copiam. Vehementer dolemus sortem condicionemque eorum, qui bene multi istic quamvis robusti valentes ac volentes labores quos quaeritant suscipere non possunt. Moderatorum rei civilis sapientia, provida, herorum largitas, serenioris temporis citus eventus efficiant, ut tam; iusta optata communi omnium profectu perficiantur.

Praeterea, cum homines natura sint congregabiles et fas sit coniunctis viribus honestas utilitates provehere, sicut heris ita et operariis et agricolis non potest sine iniuria denegari aut minui libera facultas societates ineundi, quarum ope ipsi sua tueantur iura et maiorem in modum emolumenta, quae ad bona animi et corporis et ad innoxias quoque suavitates vitae spectant acquirant. Huiusmodi collegiis, quae exactis; aevis christianae rei publicae immortalem laudem et artibus mirum splendorem compararunt, non potest una ubique locorum disciplina et temperatio imponi, quae quidem pro ingenio populorum et adiunctis; temporum et rerum alibi alia esse quit : ea tamen semper e sanae libertatis principiis vitalem motum sumant, celsis iustitiae et honestatis normis informentur harumque sub ductu et auspicio ita agant, ut in suae classis provehendis commodis neminem laedant, concordiae studia servent, civilis societatis commune bonum vereantur.

Memoratum nuperrime pontificalis magisterii Documentum necnon-similis generis Encyclicas Litteras Leonis Pp. XIII *Rerum Novarum,.* ubi ad Evangelii et perennis philosophiae praecepta quaestio socialis absolvitur, gratum est Nobis nosse istic diu multumque considerari a lectissimis quibusdam, quos generosa voluntas ad caritatem atque societatem humanam restaurandam compellit, herosque ipsos nonnullos, hu-

iusmodi ad placita cum mercennariis semper rediviva discidia velle componere, communi utilitate et humanarum personarum dignitate animadversis. Quae erit laus, si amerieanum genus, quod ad magnificentiam et munificentiam natura est proclive, feliciori aevo iecerit fundamentum, salebrosa et annosa sociali quaestione tutas per vias Evangelii tubare illustratas plene et bene persoluta. Quod ut auspicato fìat, non frangendam sunt dissipatione vires, sed iunctione quam maxime augendae. Ad quam salubrem consiliorum unitatem consensionemque, magnorum altricem facinorum, caritate compulsi eos quoque invitamus, quos Mater Ecclesia a se divulsos deflet. Plerique ex iis, cum Decessor Noster sanctorum somno quievisset et Nos, brevi exacto ab eius excessu tempore, inscrutabili divinae pietatis consilio Petri Solium conscendissemus — id Nos non fugit — ore scriptisque sensus prodiderunt obsequii et insignis nobilitatis plenos; quapropter — id aperte fatemur — de iis spem cepimus, quam tempus non rapit, quam praesaga mens alit, quae Nobis inter aspera et dura solacio est.

Laborum magnitudo, qui pro benignissimi Redemptoris gloria animorumque paranda salute sollerter suscipiendi sunt, ne terreat, dilectissimi, vos, sed divino fretos auxilio exstimulet, siquidem ardua opera robustiores gignunt virtutes, rutilantiora proferunt merita. Nisus, quibus hostes confertis agminibus Regnum Christi destruere contendunt, nobis incitamento sint, ut concordi voluntate id astruamus, firmem us, provehamus. Nihil felicius contingere potest singulis hominibus, familiis et nationibus quam obtemperare Auctori salutis, Eius sequi mandata, Eius amplecti regnum, quo liberi efficimur et bonis operibus divites : -« regnum veritatis et vitae, regnum sanctitatis et gratiae, regnum iustitiae, amoris et pacis » *(Praef. Missae Christi Regis).* Plurimum ominantes, ut vos ovesque, quarum commodo seduli pastores consulitis, ad •cotidie meliora et praestantiora potienda progrediamini ac ex statis quodque sollemnibus virtutum messem excipiatis opimam, Apostolicam Benedictionem, benevolentiae Nostrae testem, in Domino vobis impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die i mensis Novembris anno MDCCCCXXXIX, in festo omnium Sanctorum, Pontificatus Nostri anno primo.

PIUS PP. XII

(e textu latino versio anglica)

ENCYCL1GAL EPISTLE

"TO OUR BBLOVED SONS WILLIAM O'CONNELL, CARDINAL PRIEST OF THE HOLY ROMAN CHURCH, ARCHBISHOP OF BOSTON, DENNIS DOUGHERTY, CARDINAL PRIEST OF THE HOLY ROMAN CHURCH, ARCHBISHOP OF PHILADELPHIA AND TO THE VENERABLE BRETHREN THE ARCHBISHOPS, BISHOPS AND ORDINARIES OF THE UNITED STATES OF AMERICA IN PEACE AND COMMUNION WITH THE APOSTOLIC SEE : ON THE ONE HUNDRED AND FIFTIETH ANNIVERSARY OF THE ESTABLISHMENT OF THE ECCLESIASTICAL HIERARCHY IN THE UNITED STATES OF AMERICA.

POPE PIUS XII

VENERABLE BRETHREN

HEALTH AND APOSTOLIC BENEDICTION

In Onr desire to enrich the crown of your holy joy, We cross in spirit the vast spaces of the seas, and find Ourselves in your midst as you celebrate, in company with all your faithful people, the one hundred and fiftieth anniversary of the establishment of the ecclesiastical Hierarchy in the United States of America. And this We do with great gladness because an occasion is thus afforded Us as gratifying as it is solemn, of giving public testimony of Our esteem and Our affection for the youthfully vigorous and illustrious American people.

To one who turns the pages of your history and reflects upon the causes of what has been accomplished, it is apparent that the triumphal progress of divine religion has contributed in no small degree to the glory and prosperity which your country now en joy s. It is indeed true that religion has its origin in heaven and purports to lead men, by its laws and institutions, to eternai happiness; but it is also undeniable that it dowers life here below with so many benefits that it could do no more even if the principal reason for its existence were to make men happy dnring the brief span of their earthly life.

It is a pleasure for Us to recali the well remembered story. When Pope Pius VI gave you your first Bishop in the person of the American John Carroll and set him over the See of Baltimore, small and of slight importance was the Catholic population of your land. At that time, too, the condition of the United States was so perilous that its structure and its very politicai unity was threatened by grave crisis; because of the long and exhausting war the public treasury was burdened with debt, industry languished, and the citizenry, wearied by misfortunes, was

split into contending parties. This ruinous and criticai state of affairs was put to rights by the celebrated George Washington, famed for his courage and keen intelligence. He was a close friend of the Bishop of Baltimore. Thus the Father of his country and the pioneer Pastor of the Church in that land so dear to Us, bound together by the ties of friendship and clasping, so to speak, each the other's hand, form a picture for their descendants, a lesson to ali future générations, and a proof that révérence for the faith of Christ is a holy and established principie of the American people, seeing that it is the foundation of morality and decency, and consequently the source of prosperi tv and progress.

Many are the causes to which must be ascribed the flowering of the Catholic Church in your country. One of them we wish to point out as worthy of attention. ISTumbers of priests, forced to flee to your shores from lands where persécution raged, brought welcome aid to Bishop Carroll, and by their active collaboration in the sacr ed ministry sowed the precious seeds which ripened to an abundant harvest of virtues. Some of them later became Bishops and thus had a more glorious share in the progress of the Catholic cause. And thus as history teaches us again and again, the zeal of the apostle provided that, nourished by unfeigned faith and sincere charity it burns within the breast of. valiant men, is not quenched by the storms of persécution but is carried f arther across the earth.

On the centenary of the event which now filis your hearts with legitímate rejoicing, Pope Leo XIII of happy memory, with His Letter *Longincua Oceani,* recalled and examined the progress that had been made by the Church in America, and |He accompanied His review with some admonitions and directions whose wisdom equals their paternal benevolence. What Our August Predecessor then so well wrote is worthy of repeated considération. Düring these past fifty years, the Church has not faltered in her course but has extended her influence to wider fields and increased her members. For in your country there prevails a thriving life which the grâce of the Holy Spirit has brought to flower in the inner sanctuary of your hearts; the faithful throng your churches; around the Sacred Table they gather to receive the Bread of Angels, the food of the strong; the spiritual exercises of St. Ignatius are followed with great dévotion in your closed retreats; and many heeding the divine voice that calis them to the ideáis of a higher life, receive the Priesthood or embrace the religious state. At the présent time, there are in the United States nineteen ecclesiastica! Provinces, one

hundred and fifteen Diocèses, almost two hundred Seminaries, and innumerable houses of worship, elementary and high schools, collèges, hospitals, asylums for the poor and monasteriis. It is with good reason, then, that visitors from other lands admire the Organization and system under which your schools of various grades are conducted, the generosity of the faithful upon whom they dépend, the vigilant care with which they are watched over by the directors. From these schools there comes forth a host of **Citizens,** strong in heart and mind, who by reason of their révérence for divine and human laws are justly considered to be the strength and the flower and the honor of Church and of country. Missionary associations also, notably the "Society for the Propagation of the Faith, ". are well established and active; they are outstanding examples in assisting by prayer, almsgiving and other means the heralds of the Gospel engaged in carrying the standard of the Cross of salvation into the lands of the infidel. In this connection, We cannot refrain from a public expression of praise for those missionary enterprises proper to your own nation which devote themselves with zeal and energy to the wider diffusion of the Catholic faith. They are: the " Catholic Church Extension Society, " an **Organization** which has gained glorious distinction for its pious benef actions; the "Catholic Near East Welfare Association, " which furnishes a providential aid to the interests of Christianity in the Orient; the "Indian and Negro Missions, an association approved by the Third Council of Baltimore (cf. Acts of the same Council, chap. II) which We confirm and recommend because it is imposed by a very particular charity towards your fellow **Citizens.** We confess that We feel a special paternal affection, which is certainly inspired of heaven, for the Negro people dwelling among you; for in the field of religion and éducation, We know that they need special care and comfort and are very deserving of it. We thereforö invoke an abundance of heavenly blessings and We pray fruitful success for those whose generous zeal is devoted to their welfare.

Moreover, in order to render more Utting thanks to God for the inestimable gift of the true faith, your countrymen, eager for arduous enterprise, are supplying to the ranks of the missionaries numerous recruits whose capacity for toil, whose indomitable patience and whose energy in noble initiative for the Kingdom of Christ have gained merits which earth admires and which heaven will crown with due reward. No less vigorous among you are those works of zeal which are organized for the benefit of the children of the Church within the confines of your country : the diocesan charity offices, with their wise and prae-

tical **Organization,** by means of the parish priests and through the labors of the religious institutes, bring to the poor, to the needy and to the sick the gifts of Christian mercy and relief from misery. In carrying on this most important ministry, the sweet, discerning eyes of faith see Christ présent in the poor and afflicted who are the mystic, suffering members of the most benign Redeemer.

Among the associations of the laity — the list is too long to allow of a complete enumeration — there are those which have won for themselves laurels of unfading glory : " Catholic Action, " the "Marian Congrégations, " the "Confraternity of Christian Doctrine:" their fruits» are the cause of Joy, and they bear the promise of stili more joyful harvests in the future. Likewise, the "Holy Name Society, " an excellent leader in the promotion of Christian worship and piety. Over a inanifold activity of the laity, carried on in various localities according to the needs of the times, is placed the "National Catholic Weifare Conference, " an **Organization** which supplies a ready and well adapte* instrument for your episcopal ministry.

The more important of thèse institutions, We were able to view briefly during the month of October 1936 when We journeyed aerosa the océan and had the Joy of knowing personally you and the fìeld of your activities. The memory of what We then admired with Our own eyes will always remain indelible, and a source of joy in Our heart.

It is proper then that with sentiments of adoration We offer with* you thanks to God, and that We raise to Him a canticle of thanksgiving : " G i ve glory to the God of heaven: for His mercy endureth for ever" *[Psalm* 135, 26). The Lord, Whose goodness knows no limits, having filled your land with the bounty of His gifts, has likewise granted **to**> your churches energy and power, and has brought to fruition the **re**sulte of their tireless labors. Having paid the tribute of Our gratitude* to God, from Whom every good thing takes its origin, We recognize,. Dearly Beloved, that this rich harvest which We joyfully admire with you today is due also to the spirit of initiative and to the persistent activity of the Pastors and of the faithful; We recognize that it is due-also to your clergy who are inclined to decisive action, and who exécute your orders with zeal; to the members of ali the Religious Orders and Congrégations of men who, distinguished in virtue, vie with each other in cultivating the vineyard of the Lord : to the innumerable religious women who, often in silence and unknown to men, consécrate themselves with exemplary dévotion to the cause of the Gospel, véritable lilies in the garden of Christ, and delight of the Saints.

We desire, however, that this Our praise be salutary. The consideration of the good which has been done must not lead to slackening which might degenerate into sluggishness; it must not issue in a vainglorious pleasure, which flatter s the mind; it should stimulate renewed énergies, so that evils may be avoided and those enterprises which are useful, prudent and worthy of praise, may more surely and more solidly mature. The Christian, if he does honor to the name he bears,. is always an apostle; it is not permitted to the soldier of Christ that he quit the battlefield, because only death puts an end to his military service. You well know where it is necessary that you exercise a more discerning vigilance, and what program of action should be marked out for priests and faithful in order that the religion of Christ may-overcome the obstacles in its path and be a luminous guide to the minds of men, govern their moráis and, for the sole purpose of salvati on, permeate the marrow and the arteries of human society. The progress of exterior and material possessions, even though it is to be considered of no little account because of the manifold and appréciable utility which it gives to life, is nonetheless not enough for man who is born for higher and brighter désunies. Created indeed to the image and likeness of God, he seeks God with a yearning that will not be repressed, and always groans and weeps if he places the object of his love, where Supreme Truth and the Infinite Good cannot be found. Not with the conquest of material space does one approach to God, séparation fronu Whom is death, conversion to Whom is life, to be established in Whoni is glory; but under the guidance of Christ, with the fuilness of sincere faith, with unsullied conscience and upright will, with holy works, with the achievement and the employment of that genuine liberty whose sacred rules are found proclaimed in the Gospel. If, instead, the commandments of God are spurned, not only is it impossible to attain that happiness which has place beyond the brief span of time which is allotted to earthly existence, but the very basis upon which rests true civilization is shakeii, and naught is to be expected but ruins over which belated tears must be shed ; for the same means which lead to the attainment of the Eternai assure also to temporal goods their stability and safe keeping. How in fact can the public weal and the glory of civilized life have any guarantee of stability when right is sub verted and virtue despised and derided? Is not God the source and the giver of law? is He not the inspiration and the reward of virtue, with none like unto Him among lawgivers (cf. ***Jod,*** 36, 22)? This according to the admission of ali reasonable men is everywhere the bitter and prolific root of:

evils : the refusai to recognize the divine Majesty, the neglect of the moral law whose origin is from heaven, or that regrettable inconstancy which makes its victims waver between the lawful and the forbidden, between justice and iniquity. Thence arise immoderate and blind egoisin, the thirst for pleasure, the vice of drunkeness, immodest and costly styles in dress, the prevalence of crime even among minors, the Inst for power, neglect of the poor, base craving for ill-gotten wealth, the flight from the land, levity in entering into marriage, divorce, the break-up of the family, the cooling of mutual affection between parents and «hildren, birth control, the enfeeblement of the race, the weakeniiig of respect for authority, or obsequiousness, or rébellion, neglect of duty towards one's country and towards mankind. We raise Our voice in strong albeit paternal compiami, that in so many schools of your land Ohrist is often despised or ignored, the explanation of the universe and mankind is forced within the narrow limits of materialism or of rationalism, and new educational Systems are sought after which cannot but produce a sorrowful harvest in the intellctual and moral life of the nation.

Likewise, just as home life, when the law of Christ is observed, flowers in true felicity, so, when the Gospel is cast asidé, does it perish miserabiy and become desolated by vice : " Eie that seeketh the law shall be fi lied with it : and he that dealeth deceitfully, shall meet with a stumbling block therein " *(Ecclesiasticus,* 32, 19). What can there be on earth more serene and joyful than the Christian family? Taking its' origin at the aitar of the Lord, where love has been proclaimed a holy and indissoluble bond, the Christian family, in the same love nourished by supernal grâce, is Consolidated and receives increase. There is " marriage honorable in ali, and the nuptial bed undefìled" (cf. *Hebrews,* 13, 4); tranquil walls resound with no quarreling voices nor do they witness the secret martyr dom which comes when hidden infidelity is laid bare; unquestioning trust turns aside the slings of suspicion; sorrow is assuaged and joy is heightened by mutuai affection. Within those sacred precincts, children are considered not heavy burdens but sweet pledges of love; no reprehensible motive of convenience, no seeking after sterile pleasure bring about the frustration of the gif t of life, nor cause to fall into disnse the sweet names of brother and sister. With what solicitude do the parents take care that the children not only grow in physical vigor but also that, following in the footsteps of their forbears whose memory is often recalled to them, they may shine with the light which profession of the pure faith and moral goodness impart to them. Moved by

urbe *Washington* exstante, Deo in honorem S. Matthaei Apostoli dicata, Agimus, eamque propterea ad archiepiscopalis ecclesiae gradum et dignitatem extollimus eique concedimus iura, honores et privilegia ad ceteras archiepiscopales ecclesias ad normam sacrorum canonum spectantia. Volumus vero ut nova haec Archidioecesis Washingtonensis metropolitanae Ecclesiae Baltimorensi *aeque principaliter* unita sit, sub communi appellatione *Baltimorensis-^Vashingtonensis.* Ambae proinde Ecclesiae sub iurisdictione, regimine et administratione erunt unius Antistitis pro tempore Baltimorensis-Washingtonensis. Ipse vero canonicam duarum Archidioecesium possessionem seorsum accipiet, servato sedi Baltimorensi praecedentiae honore, itemque in Baltimorensi urbe habitualem habebit residentiam, ita tamen ut per aliquod anni tempus, sive continuum sive intermissum, in archidioecesi Washingtonensi quoque degere valeat. Ad ipsarum autem Ecclesiarum regiminis unitatem strictiorem reddendam statuimus ut unica sit, in urbe quidem Baltimorensi, pro duabus Archidioecesibus Curia archiepiscopalis, unicum dioecesanorum Consultorum Collegium, itemque unus Vicarius Capitularis, sede vacante, eligatur. Quod ad clerum peculiariter attinet, decernimus ut, simul ac hae Litterae Nostrae de novae Archidioecesis erectione ad effectum demandatae fuerint, eo ipso clerici intra eiusdem fines legitime exstantes ipsi Ecclesiae incardinati censeantur, salva tamen Archiepiscopo facultate clericos in utriusque archidioecesis utilitatem adhibendi, eisdemque beneficia ecclesiastica promiscue conferendi. Ad haec autem omnia, ut supra disposita et constituta, exsecutioni mandanda venerabilem quem supra diximus Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani, in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus Delegatum Apostolicum, seligimus, eidemque propterea facultates ad id necessarias et opportunas tribuimus, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto eidem onere ad S. Congregationem Consistorialem authenticum peractae executionis actorum exemplar quam primum transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum interest, vel qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanata s, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad

quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super his a quocumque, quavis'auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus : non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, concessionis, statuti, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo nono, die vigesima secunda mensis Iulii, Pontificatus Nostri anno primo.

ALOYSIUS Card. MAGLIONE
a Secretis Status

Fr. RAPHAEL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Carolus Respighi, *Proton. Apost.*

Reg. in Cane. Ap., vol. 62, n. Vt. - **Al. Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

ROMANA ARCHIBASILICA LATERANENSIS, CHRISTO SALVATORI ATQUE IN HONOREM SANCTI IOANNIS BAPTISTAE AC SANCTI IOANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTAE DEDICATA, EIDEMQUE ADNEXUM BAPTISTERIUM, ABOLITIS ALIIS QUIBUSLIBET ANTEA CONCESSIS, PECULIARIBUS GRATIIS SPIRITUALIBUS PRIVILEGIISQUE CUMULATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Iam recolendae memoriae Decessor Noster Pius Pp. XI ob acceptam presbyteralem ordinationem in romana Archibasilica Lateranensi statuerat, anno ab ordinatione eadem sexagesimo, itemque ab episcopali sua consecratione vicesimo, tum Archibasi-

lieam eandem « omnium Urbis et Orbis ecclesiarum matrem et caput », quae Christo Salvatori nec non in honorem Sancti Ioannis Baptistae Praecursoris Domini ac Sancti Ioannis Apostoli atque Evangelistae dedicata est, tum eidem patriarchali templo adiectum Baptisterium, de thesauro Ecclesiae, abolitis aliis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis similibus concessionibus quoquo modo antea factis a Romanis Pontificibus, benignitatis suae atque affectus testimonio, peculiaribus gratiis spiritualibus privilegiisque exornare. At cum magno Pontifici ipsi Decessori Nostro ob inopinatam ac fere repentinam mortem non licuerit quidem opportunum ac sollemne de hac re documentum emittere, quod die XII mensis Februarii huius anni reapse edendum erat, Nos, hoc ipso anno Pontificatus Nostri primo, eiusdem Decessoris Nostri optatis pleno animo obsequuti, occasionem studiose nanciscimur sollemnium quibus Ecclesia tota Dedicationem Archibasilicae Sanctissimi Salvatoris pie devoteque celebrat, ad ea quae Predecessor Noster decreverat, rata facienda vel etiam amplianda, ne voluntas Pii Pp. XI labentibus temporibus obliteretur, utque quantum in Nobis est Lateranensis Archibasilicae Cathedralis Nostrae splendor augeatur. Idque eo libentius acturi sumus quod, pro apostolico munere Nobis de universa christianorum familia commisso, ad animos salubriter expiandos et caritate erga Dominum Nostrum Iesum Salvatorem incendendos apta adiumenta christifidelibus praebendi, salutare quidquam atque utile ad hunc finem obtinendum statuendi continentem Nos a primis usque diebus Pontificatus Nostri curam habuimus. Itaque conlatis consiliis cum Dilecto Filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Poenitentiario Maiore, de Omnipotentis Dei misericordia atque Eius Apostolorum Beatorum Petri et Pauli auctoritate confisi, hisce Litteris Apostolicis, omnibus utriusque sexus christifidelibus rite confessis ac Sacra Eucharistia refectis, quoties iidem Archibasilicam Lateranensem devote visitaverint ibique sex «Pater, Ave, Gloria» recitaverint, iuxta Sacrae Poenitentiariae die V mensis Iulii an. MCMXXX datum Decretum, toties *Indulgentiam plenariam* concedimus; itemque christifidelibus omnibus, qui, pariter Sacra Exomologesi sint expiati et Eucharisticis Epulis firmati, die secunda mensis Augusti cappellani lateranensem titulo Sancti Francisci Assisiensis iuxta Decreta Sacrae Poenitentiariae die x mensis Iulii an. MCMXXIV et die I mensis Maii an. MCMXXXIX data visitaverint atque inibi sex « Pater, Ave, Gloria » recitaverint, toties quoties *Indulgentiam, Plenariam a Portiuncula* nuncupatam benigne largimur. Iisdem vero christifidelibus *Plenariam* etiam *Indulgentiam* impertimus si similiter confessi ac Sacra Communione recreati diebus festis Domini Nostri

Iesu Christi, ac Beatae Mariae Virginis, in sollemnitate Dedicationis Archibasilicae, diebus Nativitatis ac Decollationis Sancti Ioannis Baptistae,-die decimanona mensis Martii et feria quarta hebdomadae secundae post Pascham in honorem Sancti Iosephi Deiparae Sponsi dicatis, item festis diebus Apostolorum, iuxta canonem 921 § 2 Codicis Iuris Canonici, et Sanctorum Evangelistarum Marci et Lucae, nec non Sancti Ioachim et Sanctae Annae, quibuslibet denique de praecepto festis in supra memoratorum numero vel insequentium non recensitis Patriarchalem Basilicam Sanctissimi Salvatoris visitaverint ibique ad mentem Nostram, seu Summi Pontificis pro tempore exsistentis, oraverint. Itemque iisdem christifidelibus enunciatis, assuetis condicionibus, *Indulgentiam* etiam *Plenariam* deferimus si septem Altaria Lateranensis Archibasilicae, nempe Sanctissimi Sacramenti, Sanctissimi Crucifixi (quod est prope aditum in latere templi), Beatae Virginis Mariae ad coelum Assumptae, Sancti Ioannis Apostoli et Evangelistae, Sancti Hilarii, Sancti Andreae Corsini ac Sancti Francisci Assisiensis visitaverint quolibet anni die, dummodo omnium Altarium eadem die, iuxta can. 923, visitatio peragatur atque ad honorem Sancti Titularis uniuscuiusque Altaris oratio aliqua fiat; nec non die festo Titularis uniuscuiusque Altaris, dummodo ante Altare idem ad honorem Titularis aliquae preces emittantur. Praeterea omnibus et singulis christifidelibus saltem contrito corde unum e praedictis septem Altaribus visitantibus ibique aliquas recitantibus preces ad honorem Titularis, septem annos ; visitantibus sacellum Beatae Virginis ad coelum Assumptae, quinque annos; visitantibus vero Archibasilicam, tres annos de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta expungimus. Iisdem quoque christifidelibus concedimus partialem quingentorum dierum Indulgentiam, si saltem corde contrito ac memoriam grato animo revocantes institutionis Sanctissimae Eucharistiae, ante augusti Sacramenti sacellum, in quo sacrae Tabulae Coenae Domini reliquia servatur, aliquantulum oraverint; aliamque unius anni Indulgentiam, si ante Altare Papale, in quo Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli Sacra Capita coluntur, simili corde contrito Symbolum Apostolorum recitaverint. Indultum etiam Archibasilicae ipsi tribuimus ex quo omnia Altaria Sacrae Aedis eiusdem nec non Sacelli Sanctarum reliquiarum prope Sacrarium ita speciali privilegio ^decoramus ut sacerdos aliquis saecularis vel religiosus Missam pro cuiuscumque christifidelis anima, quae Deo caritate coniuncta e vita migraverit, ad quodcumque ex eisdem Altaribus peraget, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii Indulgentiam consequatur, ita ut D. N. Iesu Christi, Beatae Virginis

Mariae Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus, a Purgatorii poenis, si ita Deo placuerit, liberetur. Aliud quoque indultum facimus ex quo christifideles Sacram Lateranensem Aedem visitantes *Indulgentias Stationales,* ad quas Decretum Sacrae Poenitentiariae die XII m. Aprilis an. MCMXXXII spectat, lucrari queant etiam diebus festis Transfigurationis Domini Nostri Iesu Christi, Dedicationis Archibasilicae Lateranensis, Nativitatis ac Decollationis Sancti Ioannis Baptistae, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, Sancti Ioannis Apostoli et Evangelistae, atque in sacello Sancti Andreae Corsini sollemnitate Epiphaniae Domini, quamvis in Missali Romano diebus iisdem Statio pro Archibasilica Lateranensi non indicetur. Cum autem Canonicorum Archibasilicae ipsius Capitulum ex Apostolicae Sedis Indulto a Decessoribus Nostris pluries firmato ac praesertim a Benedicto Pp. XIV Apostolica sua Constitutione *Assiduae sollicitudinis,* die VI mense Maii an. MDCCLi edita, gaudeat perpetua facultate cappellas, ecclesias, basilicas quascumque ubique terrarum sitas Archibasilicae eidem aggregandi, illisque proinde peculiares Indulgentias communicandi, Nos, ut fideles etiam, qui sacras huiusmodi aggregatas Aedes celebrent, participes quodammodo fiant bonorum spiritualium quibus Cathedralis Nostra exornatur, statuimus ut in posterum in supradictae aggregationis actu communicari queant tum Indulgentiae plenariae diebus festis Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniae, Transfigurationis, Paschatis Resurrectionis et Ascensionis D. N. Iesu Christi; Pentecostes; Dedicationis Archibasilicae Lateranensis; Immaculatae Conceptionis, Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, et Assumptionis Beatae Mariae Virginis ; Nativitatis et Decollationis Sancti Ioannis Baptistae ; Sancti Iosephi Deiparae Sponsi (nempe die XIX m. Martii ac feria quarta hebdomadae secundae post Pascham); Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli nec non Sancti Ioannis Apostoli et Evangelistae assuetis sub condicionibus lucrandae ; tum Indulgentiae stationales prima Dominica Quadragesimae, Dominica Palmarum, Feria quinta Hebdomadae Maioris, Sabbato Sancto ac Sabbato in Albis, Feria tertia Rogationum et Vigilia Pentecostes statuto modo acquirendae ; tum denique partialis trium annorum Indulgentia, quam christifideles cappellani vel ecclesiam vel basilicam, uti supra aggregatam, pie visitantes, saltem corde contrito, adipisci poterunt. Praeterea Apostolica pariter Nostra auctoritate praesentium Litterarum vi, itemque perpetuo perantiquum Baptisterium Archibasilicae Sanctissimi Salvatoris adiectum Indulto peculiari exornamus, ex quo omnia eiusdem altaria ita speciali dono illustrare volumus, ut si presbyter aliquis saecularis vel religiosus ad quodlibet ex eisdem altaribus

Missam pro cuiuscumque Christifidelis anima, quae Deo caritate coniuncta e vita migraverit, peraget, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii Indulgentiam perinde consequatur ac si Missa eadem ad privilegiatum Altare celebrata fuisset. Concedimus denique ut im eodem Baptisterio Lateranensi etiam die festo Epiphaniae D. N. Iesu Christi Indulgentiae Stationales, de quibus in Decreto iam memorato, lucrari possint, quamvis ipsa sollemnitate iuxta Missale Romanum in Baptisterio eodem Statio non habeatur. Haec omnia, abolitis ceteris huiusmodi privilegiis usque adhuc concessis, benigne largimur, claro Nostri affectus testimonio erga Sacrosanetam Archibasilicam Lateranensem, aliarum ecclesiarum et basilicarum omnium Urbis et Orbis matrem et caput, quam ut Decessoris Nostri Eugenii Pp. IV verbis utamur « Cathedralem Nostram et dilectissimam Sponsam » libentissime nuncupandis; contrariis non obstantibus quibuslibet; decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere : Lateranensi Archibasilicae ipsi nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die ix m. Novembris, a. MCMXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

A. Card. MAGLIONE, *a Secretis Status.*

ALLOCUTIO

Beatissimus Pater, die 10 mensis Novembris a. 1939, humanissimis verbis, quibus Excmus Vir Abel Nicolas Léger qua Reipublicae de Haiti Orator extra ordinem liberis cum mandatis Litteras publicas porrexit, haec respondit :

Monsieur le Ministre,

D'une nation lointaine par sa situation, mais proche de Nous par son attachement à l'Eglise; d'une île restreinte en étendue, mais célèbre devant l'histoire pour avoir la première, entre les terres d'un nouveau monde, reçu de l'illustre navigateur génois et de son équipage espagnol les éléments de la civilisation latine et de la foi romaine, Votre Excellence vient aujourd'hui, avec l'autorité d'une mission officielle, afiirmer

et affermir encore le traditionnel dévouement du peuple haïtien à la religion du Christ.

L'âme de ce peuple, comme le notait Votre Excellence, est profondément pénétrée d'esprit chrétien. Aussi le Gouvernement qu'il s'est donné se fait-il sagement un devoir de reconnaître à l'Eglise, dans la prédication de la doctrine évangélique, dans l'éducation de la jeunesse, dans l'exercice de son activité bienfaisante pour le progrès religieux, moral et social de toutes les classes de la nation, cette liberté d'action qui tourne finalement à l'avantage de la société, non moins que de l'Eglise elle-même.

Avec la joie que Nous éprouvons de Vous accueillir, forment un douloureux contraste les événements extérieurs, source universelle de préoccupations dont les conséquences économiques se font sentir jusque par-delà les continents et les mers. L'unité de la- grande famille humaine, celle surtout des fidèles dans le Christ font aux peuples heureusement préservés de la guerre une obligation de s'intéresser à ceux qui souffrent et de multiplier leurs appels à la miséricorde de Dieu, afin que sa main toute-puissante rende au monde l'ordre et la paix.

Mais, comme Nous l'avons souvent dit, cette paix désirée et l'ordre qui en est la condition indispensable, le monde n'en jouira que si les hommes responsables du gouvernement des peuples et de leurs relations mutuelles renoncent au culte de la force employée contre le droit; si, reconnaissant pour insuffisante et précaire une morale aux fondements purement humains, ils acceptent l'autorité suprême du Créateur comme base de toute morale individuelle ou collective; s'ils rendent à ce Père, qui est dans les cieux, l'hommage voulu par lui d'une fraternelle concorde entre ses fils de tout pays et de toute langue. Alors seulement ils arriveront à réaliser et à parfaire une organisation internationale stable et féconde, telle que la souhaitent les hommes de bonne volonté : organisation qui, parce qu'elle respectera les droits de Dieu, puisse assurer l'indépendance mutuelle des peuples grands et petits, imposer la fidélité aux accords loyalement consentis et sauvegarder, dans l'effort de chacun vers la prospérité de tous, la saine liberté et la dignité de la personne humaine.

Que ces pensées soient les Vôtres, Monsieur le Ministre; qu'elles inspirent Votre action diplomatique, Nous en avons l'assurance dans les Lettres par lesquelles Son Excellence Monsieur le Président de la République a bien voulu Vous accréditer près le Saint Siège. En outre, la personnalité de Votre Excellence, qui Nous était déjà connue par les hautes fonctions qu'Elle a remplies, Nous donne, pour la continua-

tion des bons rapports entre ce Siège Apostolique et la République d'Haïti, la plus confiante espérance.

L'Eglise, de son côté, tendre mère de toutes les âmes rachetées par le sang de Jésus-Christ et gardienne attentive de la vie spirituelle parmi les peuples, non moins que dans les individus^ a manifesté en plusieurs occasions déjà l'intérêt particulier qu'elle portait à la Nation, dont Votre Excellence est ici le digne représentant. Nous serons heureux de pouvoir toujours montrer les mêmes dispositions bienveillantes. Aussi Nous est-il agréable de déclarer que Nous faciliterons, par tous les moyens en Notre pouvoir, l'accomplissement de la mission qui Vous est dévolue.

Nous Vous prions, Monsieur le Ministre, d'en donner l'assurance à Son Excellence Monsieur le Président de la République, en lui offrant aussi l'expression des souhaits très cordiaux que Nous formons pour le bonheur de Sa personne et pour la prospérité de la République haïtienne. Enfin Nous appelons, du plus intime de Notre cceur, sur la Nation tout entière, sur ses Chefs et spécialement sur Votre Excellence, l'abondance des bénédictions divines.

NUNTIUS RADIOPHONICUS

A BEATISSIMO PATRE, DIE XIII MENSIS NOVEMBRIS ANNO MCMXXXIX, CHRISTIFIDELIBUS FOEDERATARUM AMERICAE SEPTENTRIONALIS CIVITATUM DATUS : OB L ANNUM A VASHINGTONENSI CATHOLICA UNIVERSITATE CONDITA.

It is from a heart full of paternal affection, beloved sons of the United States of America, that We address this message to you, telling of Our desire to have part in the Golden Jubilee célébrations of your magnificent Catholic University.

Our pleasure is all the deeper and more intimate for the fact that We have had the good fortune to see with Our own eyes — although for only a short time — the great work you have accomplished for the glory of God and the welfare of your country.

Eounded in 1889 by the Bishops of the United States, during the Pontificate of that great patron of studies, Pope Leo XIII, your young University, full of vigor and promise, took its place in that long line of the most distinguished and venerable Universities of the past. And, following their example, in its adhérence to the purest traditions of Christian thought, it attained such remarkable success that it was justly

praised by Our immediate Predecessor of happy memory, as a fertile sowing ground of Catholic culture in the United States.

We are genuinely happy to make that praise Our own, trusting that in these turbulent day s it may encourage and strengthen you to pur sue the noble but arduous mission which the University fulfìls.

The Christian éducation of youth was never of more decisive or vital importance than it is to-day, when we are faced with the bewildering errors of a naturalism and a materialism which are plunging the world into war — évidence in themselves of the hollowness of a philosophy built on purely human standards.

As we see these calamities multiply and intensify, we might well lose heart, were we not sustained by trust in the loving Providence of God which gives strength and solace more abundantly as wordly confidence f ails.

But our chief hope, after God, rests in the schools of Christian culture, old and new, among which stands your Catholic University as a typical example, assigning in its zeal for truth the correct place in its programs to natural science and metaphysics, mind and heart, past and présent, reason and révélation.

Thus, in the austere retirement of your halls, alternating refiection and study with prayer you will continue to train the young men of to-morrow to face false teaching and evil conséquences as intrepid champions of those fundamentáis of civilization which, enshrined in the Gospel of Christ and taught unerringly by the Church, are truly spirit and life.

Inspired by this fair promise, the Catholics of the United States, and indeed every right-minded man, cannot f ail to appreciate the extraordinary importance which to-day invests their already famous University, just as they cannot f ail to be conscious of the fact that its future prosperity is entr usted to their enthusiasm, their pray er s, their coopération. Like the other renowned Catholic Universities of the United States of America, it is at once their pride in the présent, and their protection for the future.

And We for Our part — while expressing the wärmest wishes of Our paternal heart for its progress — cali down upon it the abundance of God's blessing; with deep affection We bless the Epìscopate of the United States, to whose enlightened zeal the University is a monument ; We bless the professors, the students, and ali the faithful, but especially those who in any way help this noble Institution to endure and flourish.

(e textu anglico versio italico)

Le Nostre labbra si aprono verso di voi, o diletti figli degli Stati Uniti d'America, il Nostro cuore si dilata, per dirvi con quanto paterno affetto Noi vogliamo esser presenti alle celebrazioni cinquantenarie della vostra bella Università Cattolica.

Il Nostro compiacimento è tanto più profondo e personale, in quanto Noi avemmo la sorte di veder coi Nostri occhi — sia pure per breve tempo — l'opera mirabile da voi costruita a gloria di Dio e salute del vostro paese.

Da quando, nel 1889, venne fondata dai Vescovi degli Stati Uniti, sotto il Pontificato di quel grande mecenate degli studi che fu il Papa Leone XIII, la vostra giovine Università si aggiunse, piena di vigore e di promesse, alla lunga serie dei più gloriosi e antichi Atenei, e sul loro esempio, felicemente aderendo alle pure tradizioni del pensiero cristiano, produsse tali ubertosi frutti da meritarsi gli elogi del Nostro immediato Predecessore di f. m., come ad un centro fecondo della cultura cattolica degli Stati Uniti.

Noi siamo veramente lieti di far Nostro quell'elogio, perchè sia valido incoraggiamento, in tempi così procellosi, a continuar con impegno l'onorifica ma ardua missione che è negli scopi dell'Università.

Mai come oggi l'educazione giovanile cristiana ha assunto più decisiva e vitale importanza, messa com'è di fronte agli errori sconcertanti di un naturalismo e di un materialismo, che stanno precipitando il mondo in guerre spaventose, riprova della fallacia di una filosofia poggiata su basi meramente umane.

Considerando l'aggravarsi di tanti mali, ci sarebbe da perdersi d'animo, ove non ci soccorresse, tanto più sicura e consolante quanto più vien meno la fiducia nel mondo, l'amabile Provvidenza di Dio.

Ma dopo Dio, la Nostra speranza è largamente riposta nelle antiche e recenti istituzioni di cultura cristiana, tra le quali tiene esemplarmente il suo posto la vostra Università Cattolica, come quella che, tutta intesa al servizio della verità, sa nel suo insegnamento far giustamente parte alla fisica e alla metafìsica, all'intelligenza e al cuore, al passato e al presente, alla ragione e alla rivelazione.

Per tal modo, nell'austero raccoglimento delle vostre aule, alternando il silenzio della meditazione e dello studio con le voci della preghiera, voi andrete preparando i giovani di domani ad essere — contro la falsa, scienza e le sue funeste conseguenze — i generosi assertori di quei prin-

cipii di civiltà, i quali, custoditi nel Vangelo di Cristo e infallibilmente insegnati dalla Chiesa, sono davvero spirito e vita.

Dinanzi a queste rigogliose promesse, i cattolici degli Stati Uniti, e quanti sono spiriti retti, non possono non sentire il singolare significato che riveste oggi la loro già benemerita Università, come non possono non pensare che essa è affidata, per i suoi migliori successi, al loro cuore, alle loro preghiere, al loro aiuto. Essa — come pure gli altri rinomati Atenei cattolici degli Stati Uniti d'America — è la loro gloria nel presente, il loro presidio per l'avvenire.

Quanto a Noi, mentre formiamo per il suo più grande incremento i più caldi voti del Nostro animo paterno, invocando su di essa l'abbondanza dei divini favori, benediciamo di gran cuore all'Episcopato degli Stati Uniti — del cui illuminato zelo è bellissimo frutto l'Università — ai Professori, agli alunni e a tutto il popolo fedele e particolarmente a quanti in qualsiasi modo gioveranno al più stabile e fecondo rigoglio della provvida Istituzione.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

DUO DAMNANTUR LIBRI A PETRO UBALDI CONSCRIPTI

Feria IV, die 8 *Novembris 1939*

In generali consessu Supremae S. Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi DD. Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendos mandarunt duos libros a Petro Ubaldi conscriptos, quibus tituli :

I/ascesi mistica,
La grande sintesi.

Et sequenti Feria V, die 9 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. Pius Divina Providentia Papa XII, in solita audientia Excmo D. Adsessori Sancti Ofiicii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Oflicii, die 10 Novembris 1939.

Romulus Pantanetti, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

MEDIOLANENSIS ET COMENSIS

DECRETUM
DE FINIUM DIOECESIUM IMMUTATIONE

Nuper ab Apostolica Sede expostulatum est ut, ad satius consulendum curae animarum, fines archidioecesim Mediolanensem inter et dioecesim Comensem aliquantulum immutarentur.

Iamvero Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XII, habito favorabili voto utriusque dioecesis Ordinariorum, precibus benigne annuens, quae sequuntur decernere dignatus est :

Pagi : *Paltanedo* et *Campore* in paroecia *Cucciago* et *Martelletto. Gottardo* ac *Toppi* in paroecia *Carimate,* archidioecesis Mediolanensis, ab iisdem paroeciis distrahantur et paroeciae *S. Ioseph* dioecesis Coinensis aggregentur; et vicissim *vallis* stationis viae ferreae *Cucciago* a pago *Molinetto in Valle dei mugnai* usque ad pagum *Bernardelli* a dioecesi Comensi seiungatur et memoratae paroeciae *Cucciago,* in archidioecesi Mediolanensi, attribuatur, mutatis hac ratione utriusque dioecesis finibus.

Ad haec autem exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua benigne deputare dignata est Emum P. D. Alaphridum Ildefonsum Cardinalem Schuster, Archiepiscopum Mediolanensem, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum : facto onere quam primum mittendi ad S. C. Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 15 Iulii 1939.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Smus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

Die 10 Novembris 1989. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Rhizaeenae praefecit Exc. P. D. Lucam Castillo, hactenus Episcopum Corensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Philippi Rincón Gonzales, Archiepiscopi S. Iacobi in Venezuela.

— Cathedrali Ecclesiae S. Christophori in Venezuela Exc. P. D, Raphaelem Arias, hactenus Episcopum titularem Attalensem in Pamphylia.

— Cathedrali Ecclesiae Corensi R. D. Franciscum Iosephum Iturriza Guillen, e Societate S. Francisci Salesii.

— Titulari episcopali Ecclesiae Orthosiensi in Phoenicia R. D. Petrum Paulum Tenreiro, parochum S. Rosaliae in civitate Caracas, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Xisti Sosa, Episcopi Cumanensis.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

PROVISIO ECCLESIAE

Ssmus D. N. Pius div. Prov. Papa XII, decreto S. Congregationis pro Ecclesia Orientali die 16 mensis Novembris anno 1939 dato, titulari archiepiscopali Ecclesiae Mocissenae praefecit Exc. P. D. Nicolaum Cadi, hactenus Archiepiscopum Bosrensem et Auranensem Melchitarum.

An. et vol. XXXI 22 Decembris 1939 (Ser. II, v. VI) - Num. 16

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA Pii PP. XII

SACRUM CONSISTORIUM

Feria secunda, die xi Decembris a. MCMXXXIX, in consueta aula Palatii Apostolici Vaticani fuit *Consistorium secretum,* cuius acta ex ordine referuntur.

I - CAMERARIUS SACRI COLLEGII

Beatissimus Pater perulam Sacri Collegii, quam Ipse habebat, dum cardinalatus dignitate fungebatur, tradidit Revmo Cardinali Rossi, pro hoc anno Sacri Collegii S. R. E. Cardinalium Camerario.

II - RELATIO CAUSARUM

Revmus Cardinalis Carolus Salotti, Praefectus Congregationis sacrorum Rituum, impetrata Beatissimi Patris venia, sermonem habuit de vita et miraculis Beatae Mariae a S. Euphrasia Pelletier, virginis monialis professae ex Ordine Dominae nostrae a caritate, fundatricis Instituti sororum a Bono Pastore, necnon Beatae Gemmae Galgani, virginis saecularis, ac insuper acta universa recensuit quae in causa Beatificationis et Canonizationis earumdem Beatarum Sacra Rituum Congregatio, praevio accurato examine, admittenda ac approbanda censuit.

Relatione expleta. Ssmus Dominus Noster, Revmorum Patrum Cardinalium singillatim suffragia exquisivit et singuli Patres Cardinales sententiam suam aperuerunt.

III - CAMERARIUS S. R. E.

Deinde, Revmo Card. Lauri ex aula consistoriali egresso, Beatissimus Pater ad officium Camerarii Sanctae Romanae Ecclesiae assumpsit eumdem Emum P. D. Laurentium S. R. E. Cardinalem Lauri, qui postea iterum in aulam consistorialem ingressus est.

IV - OPTIO ECCLESIARUM

Tum Revmus Cardinalis Salotti, dimisso titulo S. Bartholomaei in Insula, optavit Ecclesiam suburbicariam Praenestinam. Quo ex aula egresso, Beatissimus Pater, panditam optionem benigno favore prosequi intendens, providit Ecclesiae Praenestinae de Revmo Carolo S. R. E. Presbytero Card. Salotti, eum praeficiens in Episcopum et Pastorem, prout in decreto expediendo. In aulam consistorialem iterum ingressus Revmus Card. Salotti suum locum petiit paenultimum inter Cardinales Ordinis Episcopalis.

Item Revmus Cardinalis Sibilia, dimisso titulo S. Mariae Novae, optavit Ecclesiam suburbicariam Sabinensem et Mandelensem, quam eodem ritu Beatissimus Pater providit de Revmo Henrico S. R. E. Presbytero Card. Sibilia. Qui, iterum ingressus in aulam consistorialem, ultimus inter Cardinales Ordinis episcopalis sedit.

V - PROVISIO ECCLESIARUM

Deinde Ssmus sequentes proposuit Ecclesias :

Metropolitanae Ecclesiae Adelaidensi, praefecit R. D. Matthaeum Beovich, ex archidioecesi Melburnensi.

Titulari archiepiscopali Ecclesiae Carellensi, Exc. P. D. Gabrielem Breynat, hactenus Episcopum tit. Adramyttenum.

Titulari archiepiscopali Ecclesiae Maximianopolitanae in Rhodope, Exc. P. D. Àdamum Hefter, hactenus Episcopum titularem Marcianensem.

Titulari archiepiscopali Ecclesiae Achridensi, R. P. D. Alexandrum Vachon, Antistitem Urbanum et Vicarium generalem archidioecesis Quebecensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excellentissimi P. D. Gulielmi Forbes, Archiepiscopi Ottaviensis.

Cathedrali Ecclesiae Matagalpensi, R. D. Isidorum Augustum Oviedo v Reves, e dioecesi Leonensi in Aemerica Centrali.

Titulari Episcopali Ecclesiae T densi, Exc. P. D. Vincentium Wehrle, hactenus Episcopum Bismarckiensem.

Titulari episcopali Ecclesiae Samiensi, R. D. Albertum Fletcher, Vicarium generalem dioecesis Petrieulanae, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis Baptistae Morris, Episcopi Petriculani.

Titulari episcopali Ecclesiae Dodonaeae, R. D. Iosephum Lah, professorem sacrae theologiae in Universitate Zagrabiensi, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Aloisii Stepinac, Archiepiscopi Zagrabiensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Viten si, R. D. Arcturum Dou ville, professorem iuris canonici in Universitate Quebecensi, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Fabiani Zoelli Decelles, Episcopi Sancti Hyacinthi.

Titulari episcopali Ecclesiae Zorolensi, R. P. Gerardum Herrero Garrote, ex Ordine Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, quem constituit Vicarium Apostolicum de Changteh.

Titulari episcopali Ecclesiae Perrhensi, R. P. Henricum Belleau, e Congregatione Oblatorum B. Mariae Virginis Immaculatae, quem constituit Vicarium Apostolicum Sinus Iacobi.

Titulari episcopali Ecclesiae Thignicensi, R. P. Iosephum Kelly, e Missionariis Africae, quem constituit Vicarium Apostolicum Nigeriae Occidentalis.

Titulari episcopali Ecclesiae Mylasensi, R. P. Ioannem 0'Hara, sodalem Congregationis a Sancta Cruce.

Insuper Ssmus per Apostolicas sub plumbo Litteras a Decessore Suo Pio fel. rec. Pp. XI iam r enunciatus sacrorum Antistites publicavit, scilicet :

ARCHIEPISCOPOS

Rhodiensem, Floridum Ambrosium Acciari.

Odessitanum, Alexandrum Gonzales, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Iosephi Antonii Lezcano y Ortega, Archiepiscopi Managuensis, iam Episcopum Matagalpensem.

Selymbrianuni; Iosephum Lucianum Giray, iam Episcopum Leopolitanum, modo vita functum.

Nicopsitanum, Iosephum Butt, iam Episcopum Alexandrinum minorem.

Soteropolitanum, Gustavum Carolum de Majláth, iam Episcopum Albae Iuliensis.

Rheginensem, Henricum Montalbetti, iam Archiepiscopum Dercensem.

Columbensem, Ioannem Mariam Masson.

Philippensem, Leonein Ioannem Baptistam Nigris, Delegatum Apostolicum in Albania.

Nicaenum, Aldum Laghi, Nuntium Apostolicum in Chile.

Sancti Salvatoris in America, Aloisium Cha vez.

Sehnaeensem Chaldaeorum, Abraham Elias.

Melitenaeum, Hectorem Fronzi, iam Archiepiscopum Camerinensem.

Samosatensem, Franciscum D'Errico, iam Episcopum Algarensem.

Sergiopolitanum, Basilium Khoury, iam Archiepiscopum Hemesensem Melchitarum.

Hemesenzem Melchitarum, Athanasium Toutoundgi.

Misthiensem, Georgium de Ionghe d'Ardoye, Delegatum Apostolicum in Iraq, iam Episcopum Amathusium in Cypro.

Pompeiopolitanum in Paphlagonia, Gherardum Sanctem Menegazzi, iam Episcopum Dorylaënsem.

Platensem, Ioannem Chimento, iam Episcopum Mercedensem.

Arborensem, Iosephum Cogoni, iam Episcopum Nuorensem.

Camerinensem, Humbertum Malchiodi.

Cianum, Gulielmum Godfrey, Delegatum Apostolicum in Britannia.

Amorianum, Hugonem Mac Sherry, iam Episcopum Acilisenum.

Guatimalensem, Marianum Rossell.

EPISCOPOS

Metensem, Iosephum Heintz, iam Episcopum Trecensem.

Adrasenum, Melchisedech del Canto, iam Episcopum Sancti Philippi.

Sancti Philippi, Bernardinum Berrios Gainza.

' *Darwinensem,* Franciscum Xaverium Gsell. *

Trinitarium, lohannem Reesinck, Vicarium Apostolicum Nili Superioris.

Citharizenum, Petrum Massa, Vicarium Apostolicum de Nanyang.

Risitanum, Ubaldum Langlois, Vicarium Apostolicum de Grouard.

Limatensem, Napoleonem Alexandrum La Brie, Vicarium Apostolicum Sinus Sancti Laurentii.

Botucatuensem, Antonium Colturato, iam Episcopum Uberabensem.

Geritanum, Hilarinum Iacobum Felder.

Leptimagnensem, Alfonsum Ferrandina, Auxiliarem Emi P. D. Alexii S. R. E. Cardinalis Ascalesi, Archiepiscopi Neapolitani.

Liepaiensem, noviter erecta dioecesi, Antonium Urbss.

Thubunensem in Numidia, Emmanuelem Larrain Errazuriz, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Caroli Silva Cotapos, Episcopi Talcensis, qui iam successit.

Nicoletanum, Albinum Lafortune.

Matanzensem, Albertum Martin y Villaverde.

Tergestinum et Iustinopolitanum, Antonium Santin, iam Episcopum Fluminensem.

Gacerensem, Petrum Santos.

Hermonthitanum, Henricum Horst, Vicarium Apostolicum de Lwangwa.

Araœensem, Ludovicum Morel, Vicarium Apostolicum de Suiyüan.

Opuntium, Ioannem Henricum King, Auxiliarem Excmi P. D. Gulielmi Timothei Cotter, Episcopi Portus magni.

Lebessenum, Georgium Rossi, Vicarium Apostolicum Napensem.

Kielcensem, Ceslaum Kaczmarek.

Garanhunensem, Marium de Miranda Villas Boas.

Appianum, Bernardum Griflin, Auxiliarem Excmi P. D. Thomae Williams, Archiepiscopi Birmingamiensis.

Olbiatanum, Tihamerum Tóth, Coadiutorem cum iure successionis

Excmi P. **D.** Ferdinanda Rott, Episcopi Veszprimiensis, nuper vita functum.

Nisenum in Lycia, Franciscum Iosephum Tief, iam Episcopum Concordiensem in America.

Sophenensem, Eduardum 0'Rourke, iam Episcopum Gedanensem.

Gedanensem, Carolum Mariam Splett.

Gueburnensem, Terentium Bernardum Me Guire, iam Episcopum de Townsville.

Cuttackensem, Florentium Sanz Esparza.

Sebeliensem, Ludovicum Prosperum Durand, Vicarium Apostolicum de Chefoo.

Philitanum, Alfonsum van den Bosche, Vicarium Apostolicum de Matadi.

Acropolitanum, Henricum Piérard, Vicarium Apostolicum de Beni in Congo Belgico.

Vitensem, Timotheum Corbett, iam Episcopum Crookstoniensem, nuper vita functum.

Sebastenum in Palaestina, Franciscum Mariam Berti, iam Episcopum Amerinuni.

Dorylaënsem, Gherardum Sanctem Menegazzi, iam Episcopum Comaclensem.

H ermopolitanam Coptorum, Georgium Baraka.

Rancaguensem, Eduardum Lar rain Cor do vez.

Bargalensem, Iosephum Marcadè, iam Episcopum Valleguidonensem.

Toowoombensem, Basilium Roper.

De Townsville, Hugonem Eduardum Ryan.

Oucusenum, Zephyrinum Constantinum Gomez Villa, Vicarium Apostolicum Caronensem.

Alexandrinum minorem, Pium Maturinum Le Ruyet, iam Episcopum Aimerensem.

Ilcinensem, Irenaeum Chelucci.

Valleguidonensem, Paulum Richaud, iam Episcopum Irenopolitanum in Isauria.

Trecensem, Iosephum Lefebvre.

Lingonensem, Firminum Lamy.

Phaenesiensem, Carolum Massé, Auxiliarem Excmi P. D. Gustavi Lazari Garnier, Episcopi Lucionensis.

Burlingtonensem, Matthaeum Brady.

Caratingensem, Ioannem Cavati.

Carianensem, Thaddaeum Zakrzewski, Auxiliarem Excmi P. **D.** Stanislai Kostka Lukomski, Episcopi Lomzensis.

Melocnsem in Isauria, Vladislaum Gozal, Auxiliarem Excmi P. D. Mariani Leonis Fulman, Episcopi Lublinensis.

Fluminensem, Hugonem Camozzo.

Amerinum, Vincentium Lojali.

Neritonensem, Ianuarium Fenizia.

Concordiensem in America, Franciscum Thill.

Ingelinum, Iosephum Valakuzhyil (Severios), Administratorem Apostolicum Tiruvallensem.

Crookstoniensem, Ioannem Peschges.

Comaclensem, Paulum Babini.

Adiacensem, Ioannem Baptistam Llosa.

Tarantasiensem, Leonem Terrier.

Sancti Calli, Iosephum Meile.

Bathnensem, Gabrielem Naamo, Administratorem Apostolicum pro Caldaeis Syriae, Libani, Altae Gazirae et Hatay.

Tiniensem, Aloisium Guizar, Coadiutorem cum iure successionis Excfhi P. D. Iesu Mariae Echavarria, Episcopi Saltillensis, iam Episcopum Campecorensem.

Valentinum in Brasilia, Renatum Pontes.

Leopolitanum, Paulum Rush, Administratorem Apostolicum Oenipontanum.

Comanensem in Armenia, Suleiman Kutchuk Gusta, Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Emmanuelis Thomas, Patriarchae Babylonensis Caldaeorum pro dioecesi patriarchali Mausiliensi Chaldaeorum, nuper vita functum.

Lemovicensem,, Aloisium Rastouil.

Arsinoitanum in Arcadia, Henricum Andrain, Auxiliarem Excmi P. D. Beniamini Roland-Gosselin, Episcopi Versaliensis.

Ascalonitanum, Paulum Mazè, Vicarium Apostolicum Insularum Tahiti.

Benogalliensem, Humbertum Ravetta.

Rusicadensem, Gulielmum Rice, Vicarium Apostolicum Belizensem.

Aeliensem, David Mathew, Auxiliarem Emi P. D. Arcturi S. R. E. Cardinalis Hinsley, Archiepiscopi Westmonasteriensis.

Ostracinensem, Fridericum Hiinermann, Auxiliarem Excmi P. D. Hermanni Iosephi Sträter, Administratoris Apostolici Aquisgranensis.

Brigantiensem, Abilium Vaz des Neves, iam Episcopum Coccinensem.

Fernensem, Iacobum Staunton.

Portaugustanum, Thomam Me Cabe.

Betsuadensem, Dominicum Grassi.

ìrenopolitanum in Isauria, Ioannem Germanum Mousset, Vicarium Apostolicum de Taiku.

Amathusium in C y pro. Patritium Cleary, Vicarium Apostolicum de Nanchang.

Baleeiensem,, Ioannem Theodorum Suhr, Vicarium Apostolicum Daniae.

Tymbriadensem, Gualterium Fitzgerald, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Raphaelis Crimont, Vicarii Apostolici Alaskensis.

Albae luliensis, Aaron Marton.

Kottarensem, Rochum Agniswami.

Chilawensem, Aloisium Perera, nuper vita functum.

Pertensem, Iob Tchenn, Vicarium Apostolicum de Chengtingfu.

Paractoniensem, Franciscum Bruis, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Iosephi Guiot, Vicarii Apostolici Planorum Sancti Martini.

Dorylaënsem, Laurentium Zeller.

Myricenum, Carolum Silva Cotapos, iam Episcopum Talcensem.

Suessanum, Caietanum De Cicco.

Cavensem et Sarnensem, Franciscum Marchesani.

ABBATEM :

Beatae Mariae Cryptaef erratae, Isidorum Croce.

Deinde vero sacrorum Antistites, quorum sequuntur nomina, a Se per Apostolicas pariter sub plumbo Litteras renunciatos publicavit, nimirum :

ARCHIEPISCOPOS :

Neo-Eboracensem, Franciscum Spellman, iam Episcopum Silensem.

Milesiensem, Eduardum Tonna, iam Archiepiscopum Garellensem.

Babylonensem Latinorum, Stephanum Blanquet du Chayla.

Serenensem, Iosephum Caro Rodríguez, per elevationem sedis ad metropolitanam.

Sanctissivnae Conceptionis, Alaphridum Silva Santiago, per elevationem sedis ad metropolitanam.

Tranensem, Nazarenum et Barolensem, cum administratione perpetua dioecesis Vigiliensis, Franciscum Petronelli, iam Episcopum Abellinensem.

Lancianensem, cum administratione perpetua dioecesis Ortonensis, Petrum Tesauri, iam Episcopum Aeserniensem et Venafranum.

Aprensem, Iosephum Lojacono, iam Episcopum Arianensem.

Washingtonensem, nuper erecta archidioecesi, aeque principaliter Baltimorensi unita, Michaelem Iosephum Curley, Archiepiscopum Baltimorensem.

Larissensem in Thessalia, Horatium Campillo, iam Archiepiscopum Sancti Iacobi in Chile.

Sancti Pauli in Brasilia, Iosephum Gasparem de Affbnseca y Silva, iam Episcopum Barcaeum.

Selymbrianum, Ioannem de Miches, iam Episcopum Helenopolitanum in Palaestina.

Macejensem, Ranulfum da Silva Farias, iam Episcopum Guaxupensem.

Hierapolitanum in Phrygia, Laurentium Balconi, iam Episcopum Mylasensem.

Sancti Iacobi in Chile, Iosephum Caro Rodríguez, iam Archiepiscopum Serenensem.

Sancti Ioannis de Cuyo, Audinum Rodríguez y Olmos, iam Episcopum Sancti Iacobi de Estero.

Rhizaeanum, Lucam Castillo, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Philippi Rincón Gonzalez, Archiepiscopi Sancti Iacobi in Venezuela, iam Episcopum Corensem.

Mocissenum, Nicolaum Cadi, iam Archiepiscopum Bosrensem et Auranensem Melchitarum.

EPISCOPOS :

Sanctissimae Conceptionis, Alaphridum Silva Santiago, iam Episcopum Temucensem.

Caesenatenseni, Beniaminum Socche.

Nuorensem, Felicem Beccaro.

Octeriensem, Franciscum Cogoni.

Algarensem, Adulphum Ciuchini.

Dagnensem, Aloisium Andrade, Auxiliarem Excmi P. D. Ismaelis Perdomo, Archiepiscopi Bogotensis.

Thubunensem in Numidia, Antonium Everardum Albers, Vicarium Apostolicum de Malang.

Thagastensem, Attilium Constantinum Barneschi, Vicarium Apostolicum de Swaziland.

Onuphitanum, Ioannem Baptistam Boivin, Vicarium Apostolicum a Litore Eburneo.

Aomoniensem, Petrum Rogan, Vicarium Apostolicum de Buea.

Mercedensem, Annuntiatum Serafini, iam Episcopum Arycandensem.

Kansanopolitanum, Edvinum 0'Hara, iam Episcopum Great-Ormensem.

Hajdudoroghensem, Nicolaum Dudas.

Portus Montt, noviter erecta dioecesi, Raymundum Munita Eyzaguirre, iam Episcopum Sancti Caroli Ancudiae.

Algizensem, Ignatium de Alba, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Iosephi Amatoris Velasco, Episcopi Colimensis.

Marcianensem, Adamum Hefter, iam Episcopum Gurcensem.

Eporediensem, Paulum Rostagno, iam Episcopum Andriensem.

Krishnagarensem, Aloisium La Ravoire Morrow.

Thiavensem, Ignatium Ramarosandratana, Vicarium Apostolicum de Miarinarivo.

Thibicensem, Ignatium Kiwanuka, Vicarium Apostolicum Masakensem.

Eypselitanum, Alanum Le Breton, Vicarium Apostolicum de Tamatave.

Pharbaethitanum, Franciscum Cékada, Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis Saric, Archiepiscopi Vrhbosnensis.

Lanoastrensem, Thomam Flynn.

Sioux-Ormensem, Guilielmum Brady.

Melensem, Richardum Cushing, Auxiliarem Emi P. D. Gulielmi S. R. E. Cardinalis 0'Connell, Archiepiscopi Bostoniensis.

lonopolitanwn, Mauritium Foin, Auxiliarem Excmi P. D. Georgii Grente, Episcopi Cenomanensis.

8Heusern, Thomam Connolly, Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis Iosephi Mitty, Archiepiscopi Sancti Francisci.

Lappensem. Michaelem Kozal, Auxiliarem Excmi P. D. Caroli Radónski, Episcopi Vladislaviensis.

Aimerensem, Leandrum Guidonem Le Floch.

Olbiatanum, Iacobum Colbert, Vicarium Apostolicum de Port Elizabeth.

Arycadensem, Ioannem Larregain, Vicarium Apostolicum de Yünnanfu.

Mostenensem, Isidorum Leonem Scharmach, Vicarium Apostolicum Rabaulensem.

Argensem, Orestem Rauzi, Auxiliarem Excmi P. D. Caelestini Endrici, Archiepiscopi Tridentini.

Amosensem, noviter erecta dioecesi, Aldaeum Desmarais, iam Episcopum Ruspensem.

Eearstensem, noviter erecta dioecesi, Iosephum Oharbonneau.

Yerbianum, Iosephum Manriquez y Zarate, iam Episcopum Huejuthlensem.

liJcMnensem, Felicem Hedde, Vicarium Apostolicum de Langson et Caobang.

Terenuthitanum, Blasium Sigibaldum Kurz, Vicarium Apostolicum de Kokstad.

Arehelaidensem, Iulium Halbert, Vicarium Apostolicum Insularum Novarum Ebrida rum.

Athyrensem, Henricum Martinum Mekkelholt, Vicarium Apostolicum Palembangensem.

Ruspensem, Thomam Tien, Vicarium Apostolicum de Yangku.

Naissitanum, Gulielmum 0'Shea, Vicarium Apostolicum Heijoensem.

Otroënum, Carolum Lemaire, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Augusti Gaspais, Vicarii Apostolici de Kirin.

Tarasensem in Numidia, Urbanum Morlion, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Victoris Roelens, Vicarii Apostolici Balduinopolitani.

Campecorensem, Albertum Mendoza.

Rosnamensem, Michaelem Bubnic, iam Episcopum Scilitanum.

ñabariensem, Iosephum Grösz, iam Episcopum Orthosiensem in Phoenieia.

V eszprimiensem, Iulium Czapik.

Cassoviensem , Stephanum Madaráz.

Seteensem, Fridericum Antonium Donaghy, Vicarium Apostolicum de Yuchow.

Rhascmsem, Franciscum Solanum Muente y Campos, iam Episcopum Ayacuquensem.

Abellinensem, Guidonem Aloisium Bentivoglio.

Multanensem, Franciscum Benedictum Cialeo.

Salfordensem, Henricum Vincentium Marshall.

Great-Ormensem, Gulielmum Condón.

Derriensem, Nigellum Farren.

Uberabensem, Alexandrum Gonçalves do Amaral.

Scyrium, Andream Skrábik, Auxiliarem Excmi P. D. Caroli Kmetko, Episcopi Nitriensis.

Arianensem, Ioachinum Pedicini.

Galliensem et Pergulanum, Raphaelem Campelli

Temucensem, Augustum Salinas.

Tigiensem, Ioannem Lucalo, Vicarium Apostolicum Dernensem.

Ergadiensem et Insularum, Donaldum Campbell.

lliensem, Iacobum Maguire, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Ioannis Toner, Episcopi Dunkeldensis.

Lingonensem, Aloisium Chiron.

Baionensem, Edmundum Vansteenberghe.

Verae Crucis, Emmanuelem Pium Lopez, iam Episcopum Tacambarensem.

Sancti Christophori in Venezuela, Raphaelem Arias, iam Episcopum Attalensem in Pamphylia.

Corensem, Franciscum Iosephum Iturriza Guillen.

Orthosiensem in Phoenicia, Petrum Paulum Tenreiro, Auxiliarem Excmi P. D. Sixti Sosa, Episcopi Cumanensis.

Tingitanum, Fridericum Osterrath, Abbatem « Nullius » de Pietersburg,

Scilitanum, Iosephum Sak, Vicarium Apostolicum Sakaniensein.

Corvopolitanum, Franciscum Henschke, iam Episcopum Praenetiensem.

vi - OPTIO TITULI

Tum Revmus Cardinalis Tisserant, dimisso titulo (pro hac vice) SS. Viti, Modesti et Crescentiae, optavit titulum S. Mariae supra Minervam. Quam optionem Beatissimus Pater benigno favore excepit.

VII - PRAESTATIO IURAMENTI

Provisione Ecclesiarum peracta, Revmi Cardinales Salotti, Episcopus Praenestinus et Sibilia, Episcopus Sabinensis et Mandelensis, iuramentum de more singuli praestiterunt.

VIII - POSTULATIO PALLIORUM

Deinde personaliter institerunt pro Pallio Antistites Ecclesiarum Metropolitanarum : *Tranensis et Barolensis, Lancianensis,* necnon Ecclesiae Archiepiscopalis *Camerinensis.*

Per Procuratores vero postulatio Pallii facta est pro Ecclesiis Metropolitanis : *Rhegensi, Columbensis Sancti Salvatoris in America, Piatensi, Arborensi, G aatimalensi, Sanctissimae Conceptionis* (per elevationem sedis), *Sancti Pauli in Brasilia, Macejensi, Sancti Iacobi in Chile, Sancti Ioannis de Cuyo, Marianopolitana* (per successionem), *Adelaidensi;* item pro archiepiscopalibus Ecclesiis: *Rhodiensi, Babylonensi Latinorum, Carthaginensi* (per successionem) et pro episcopali *develan--densi* (ex privilegio *ad personam).*

APOSTOLICA ADHORTATIO

AD SACERDOTES ET CLERICOS IN EXERCITUS ORDINES ADSCITOS

Asperis commoti anxietatibus et sollicitudinibus belli, quod omni ope, at frustra deprecari conati sumus, vehementius vestram sortem condicionemque dolemus, dilectissimi Nobis sacerdotes et clerici, qui, subita correpti procella, sacri ministerii opera ac tranquilla doctrinae domicilia reliquistis et ad signa militaria, ad arma deducti estis.

Haud assuefacti vitae generi quam nunc ducitis, improviso rerum

eventu stipendia meretis in castris stativis, in nosocomiis, in erraticis valetudinariis ipsa in bellantium acie utpote sacerdotes de militibus spiritalem curam habentes, magna autem ex parte obeuntes munia vocationi vestrae dissentanea.

ubicumque estis, Vicarii castrenses seu Cappellani maiores vos sedulo, vigili, paterno prosequuntur obtutu. In ipsorum opere fidenter acquiescimus, quia id sapienti disciplina temperatura, est, quia insomne est, quia salutaribus innititur consiliis. Qua re haud dubitandum est, quin ipsi in sua cuiusque patria operam navent quoquoversus magno in pretio habendam ac salutaribus fructibus opimam, quia officii conscientia permoti ad ardua quaevis agenda sunt parati. Tam sollertem navitatem confirmata fiducia Nostra honestamus vobisque libenter memoramus, ut in provisores vestros sitis grati eisdemque docili voluntate obsequamini : praepositi enim mandata sibi commissa expedite persolvere valent, si subiecti sponte eorum praeceptis obsecundent.

Ut nec vos ipsi nec viri vestrae curae crediti spiritualibus careatis solaciis, in animo habemus facultatibus iam a Nobis Vicariis castrensibus seu Cappellanis maioribus nationum vel regionum ubi bellum aut ad arma convocatio est vel erit concessis, alias praeter ordinem adicere.[1] Hac ex re patentior innotescet vobis efí'usus paternae caritatis affectus, quo vos in molestias et angustias adductos diligimus.

Vicariis castrensibus seu Cappellanis maioribus huiusmodi concredita a Nobis cura Nos e munere, quo tenemur, non eximit, vobis directo sensus animi Nostri aperiendi itemque vos tanto in discrimine hortandi ut quae novae vitae ratio deposcit, diligenter animadvertatis et impigre perficiatis, vocationis vestrae consideratione et afflatu incitati.

Spiritus, qui suetae actioni vestrae praesidebat, licet vestis mutetur, exuendus vobis non est. Inter tela is vos afflet, sicut tum contigebat, cum domi sacerdotii vestri partes explebatis. Caelestis Pater, qui vos ad altaria arcessivit, Ipse est, qui sivit vestras piorum studiorum laborumque consuetudines abrumpi. Ad Se vos vocavit — id mementote — non tantum divino cultui mancipandos, cuius absolutione nequaquam sacerdotium catholicae Ecclesiae terminatur, verum etiam hac de causa, ut sitis Dei verbi praecones, Evangelii satores, pro Christo legatione fungentes, Cuius debetis quam maxime diffundere notitiam, excitare desiderium, accendere amorem. Vestrum esto beatissimi Pauli Apostoli propositum, qui gloriabatur se nihil scire, nihil afferre gentibus nisi Christum et hunc crucifixum. Christum haud minus testimonio vitae

[1] V. p. 710.

quam oris is advehebat in omnia loca, omni tempore, privatim ac publice, sive cum posset caerulea convexa caeli suspicere, sive cum vinculis detineretur. In carcerem coniectus, ubi ad se ventitantes excipiebat et Dei regnum libere praedicabat, ad Philippenses scripsit : *Scire mitem volo, fratres, quia quae circa me sunt magis ad profectum venerunt evangelii* (Philipp., I, 12).

Permisit modo Deus, ut, suetis relictis muneribus, ad exercitum adiungereinini ad homines scilicet institutis, moribus, doctrina et artibus, religione varios, haud raro averso animo a Deo, Iesu Christi et Evangelii nescios, fidei vel rudimentorum expertes, de omnibus negotiis sollicitos potius quam de iis, quae ad animos spectant eorumque sempiternam beatitatem. Dei miseratio en vos misit ad eos, qui vos fortasse aspernabantur, qui recusabant a vobis accipere verbum salutis et gratiam Iesu Christi Servatoris nostri; hos ad vos allicit, vestrorum laborum et periculorum, vestrarum asperitatum et aerumnarum socios.

Iusto aestimate pretio quod fluens fert hora. Nolite ad hominum captum modumque adiuncta iudicare, unde praesens rerum asperitas consecuta est, sed in his inspicite caelestis Patris voluntatem, quae optima semper et adoranda elicit e malis bona, quaeque, per vos ad militaria signa advocatos, tot inter ruinas, devios deerrantesque ad rectae fidei semitam et ad christianae disciplinae mores perducere cupit. Quod annuentibus cuncta vobis possunt prodesse, propterea quod quo magis sacerdos apostolico studio ardet ad strenue agendum, eo crebriores carpit secundas occasiones, eo patentiores invenit aditus. Quod autem praecipuum est, sub patriis signis militantes pro Ecclesia quoque ita militate, ut tamquam viva e forma Christi apostolatus relucescat. Ita vero, etiam tacentes, eritis, si in primis officiorum vestrorum fida custodia et absoluta morum integritate vocationi vestrae honorem detuleritis.

Vos igitur eo monemus hortatu, quo Paulus Apostolus compellebat Philippenses, ut ii cum gentibus civium usus societatemque habentes, virtutum decore fidem, quam profitebantur, honestarent : *Digne Evangelio Christi conversamini* (Philipp., I, 27). Et iterum: *Omnia autem facite sine murmurationibus et haesitationibus, ut sitis sine querela et simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis pravae et perversae: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo* (ibid., II, 14-15).

Eluceat e vobis semper indoles administrorum Dei. Tales cum sitis, oflicii vestri estote retinentissimi, praepositis vestris in exemplum, salva Dei lege, obsequimini, dura hilares sustinete; at nullo pacto nulloque tempore iis indulgete, quae futilia, corrupta, vituperanda circa vos intueamini Severis instructi moribus, nescientes cum malo pacisci aut id

m ulcere vel contrahere, exemplis saltem vestris aliena vitia castígate. Nequaquam autem prohibet, quin, evangelica mansuetudine comite, ipsi vos omnia omnibus faciatis ut omnes Iesu Christo lucrifaciatis, haec morum severitas, ceterum militari disciplinae consentanea, cuius singularis nota est impavidi pectoris fortitudo. Animi utique firmitate inter ceteros praestare debetis, ut ubique palam libere vos sacerdotes aut sacerdotii candidatos demonstretis.

Quodsi Evangelii spiritu innati, qui quidem spiritus est libertatis, sicut et Apostolus gentium, efiicitis vos omnium servos, cum liberi sitis ex omnibus, ut plures lucrifaciatis *(I Cor.,* IX, 19), eiusdem Apostoli oportet crebro in memoriam revocetis salubria consilia, sapientiae plena, quae vestrum dirigant in agendis rebus iter : *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed non omnia aedificant* (I Cor., X, 22-23).

Si ita cogitaveritis, salutari auctoritate movebitis eos qui vos circumdabunt homines et, vel nescii vel conscii, in animorum praecordiis aliquid boni seminis ponetis, quod in terram iactum, testante Domino, germinat et succrescit, etiamsi deses maneat sator ***(Marc,*** IV, 26 seq.). Vobis persuasum erit, vos non neglexisse fidei vestrae commissa mandata ac Iesum Christum, divinum praeceptorem vestrum, pro viribus, variis hominum classibus esse confessos.

Vos quidem unius cuiusque ordinis civibus, artes exercentibus liberales et operosas, doctis et indoctis, ingenio praeditis tractabili et moribus duris, inter strepentia arma, cognitum facietis evangelicum nuntium redemptionis et salutis, neque noxam committetis commilitones ad id opinandum inducendi, in Christi asseclis, imo in iis, qui ad sempiternam assequendam vitam sunt ductores, facta cum dictis discrepare. Ecclesiae multorum conciliabitis benevolentiam et gratiam ac, decore in patrio exercitu militantes, multos parabitis vobis amicos, quos haud difficulter ad fidei semitam traducetis aut vestros efiicietis auxiliatores.

Numquam denique ex animo vestro excidat hortamen a Paulo Apostolo datum glorioso illo aevo fidelibus, cum per cruciatus et dolores maturescebat Ecclesiae triumphus : *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum* (Rom., XII, 21).

Videte igitur, dilecti Filii, quam latum agrum Dei Providentia generosa virtute excolendum attribuent vobis e sacerdotalis ministerii tranquilla perfunctione et e sacris Seminariis dimotis. Est cur de his sincero pectore gloriemini pura haurientes solacia, quae etiamsi nequeant extinguere, minuant tamen cuncta adversa et aspera bello vobis illata.

Ceterum nonne dolores quae dicimus, quae docemus, quae agimus fecundant? Patiendo utique magis quam operando Veritati bonum reddimus testimonium.

Multa praeterea vobis istis in adiunctis acquirenda sunt, quae animis vestris proderunt. E variis enim et aerumnosis militiae discriminibus quantum rerum hominumque usum desumere potestis, vestrae in agendo rationi sapientiam additurum et virtuti vestrae necnon apostolico labori vestro virilis roboris maturitatem quandam ingesturum. Non dispendia, sed commoda sacerdotio vestro afferei id temporis, quod in curriculo vitae vestrae perniciosum videtur intervallum, si prudentes fueritis, si coram Domino ambulaveritis, si numquam Eius averteritis manum, quae perpetua celebranda laude vos in terra deserta et invia et inaquosa sursum et ad potiora producit.

Verumtamen ambulare coram Deo ac Dei numquam relinquere ductricem dexteram idem est — hoc vos haud latet — ac studiose christianam colere pietatem, cuius ope tantum mens sublime ascendit et recte agendi assiduis votis inardescit. Potestne fieri, ut inter gladios et tela evangelicae pietatis flos redoleat? Ita vero est. Reliquis praetermissis documentis, revocate memoriam eorum hominum, sanctitatis lumine fulgentium, qui e militari ordine prodierunt. Qui, dum disciplina adstringuntur vestrae haud dissimili, vixere iunctissimi cum Deo et pro Deo, quoniam unum summopere quaerebant, videlicet cunctis satisfaciendo officiis divinam implere voluntatem. Vos ipsi ubicumque et semper Dei beneplacitum scrutari eidemque, etiam reluctante natura, adhaerere omni ope studete : hic vester cotidianus sit labor, hoc facile tutumque sit viae compendium ad eam pietatem, quae in praesenti statu et condicione sacerdotali vocationi vestrae fido tutamini erit ac toto vitae vestrae cursu ad optima quaeque exantlanda valido incitamento et stimulo.

Ut autem complendae divinae voluntatis constanti voto et magno desiderio afiiciamini, oportet — quis dubitet? — spiritus precum vobis, novorum officiorum perfunctione detentis, haud languescat et torpeat, sed intimo flammescente igne dilatetur. Assiduum ei praebeant alimentum cum Eucharisticum Sacrificium devote actum aut Panis fortium fervide sumptus, tum ea omnia, quae diuturno fidelium usu comprobata, Spiritus Sancti aspirante gratia, quam maxime eo conducunt, ut hominum animi se culpis abstineant et virtutes solidiores usque appetant. Difficulter christifidelibus praesertimque sacerdotibus tantae negotiorum molestiae contingere possunt, ut prohibeantur, quin, quodammodo se introrsum inflectentes, crebro piis vacent meditationibus, bene

et male acta in se attente inquirant, ardenti studio divinum Magistrum ac Dominum coram sacris Tabernaculis saepe, proh! dolor, desertis adorent, unde Is ad se venientes infusa gratia collustrare et corroborare solet.

Quam plurimum potestis, dilectissimi Nobis, hanc pietatem vobis comparate, hac ditamini. Qua comite, pericula ubi, sinente Deo, versamini, ita suscipietis, ut ipsi meritorum proventum assequamini, fratres autem commilitones vestri uberes colligant salutis fructus : nam administer Evangelii sive iuvamine operis sive miserentis animi indulgentia proximis suis cuncta est semper dare paratus.

Conspecti undique studiosa indagatione ab hominibus, vestrum honorate sacerdotium, honorate Ecclesiam, cuius bene multum in vos suscepistis onus. De patria ita insigniter merebimini, cuius cives arduo in discrimine exempli vestri praestantia erexeritis, eorum animos in tranquillum redigentes itemque ad fortiter agendum et ad maiora sibi imposita officia obeunda excitantes. Certatim vobis gratias persolvent matres et sponsae, quas ipsarum caros iuvando multipliciter solati eritis. Praemio vobis erit rei bene gestae conscientia, quae vobis intus susurrabit etiam ista tempestate non diminutum sacerdotium vestrum esse, sed Spiritus munere, actionis efficientia, devotionis propensione adauctum. Ante omnia autem — quod plurimi ducendum est — animadvertens vos a Deo fallere nescio probari itemque ad vos ipsos humiles, verum puro gaudio gestientes quasi praevium iudicium coronaturi olim vos Iesu evangelicum adhiberi promissum : *Omnis, qm confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego coram Patre meo, qui in caelis est* (Matth., X, 32).

Firma demum freti fiducia desiderii Nostri exspectationem impletum iri, vos, dilecti Filii, paternis prosequimur votis, valde cupientes, ut animo et corpore optime valeatis, et a periculis semper absitis. Ac, dum Deum exoramus, ut vobis et universis hominibus calamitosum belli tempus corripiat et, redintegrata cito populorum pace, vos ad quietas sacerdotalis ministerii sedes vel ad sacrarum disciplinarum optata studia restituat, Apostolicam Benedictionem, paternae Nostrae benevolentiae testem, libenti vol en tique animo vobis impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Decembris, in festo Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis, anno MDCCCCXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XII

LITTERAE APOSTOLICAE

NOVA NUNTIATURA APOSTOLICA DB URAGÜAJA ERIGITUR

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Ob animorum curam ubique terrarum a Christo Domino sibi commissam Romani Pontifices Decessores Nostri in regionibus ab hoc Catholicae Ecclesiae centro dissitis atque apud nationum Gubernia iugiter Legationes suas instituere consueverunt, quibus ecclesiastici viri pietate ingenioque praeessent omni nomine laudabiles, qui operam suam sollerter apud earundem regionum sive nationum Gubernia praeberent spirituali christifidelium bono opportunis aptisque adiumentis provehendo, rebusque magni momenti christianis quam maxime fovendis. Interest enim non modo Sanctae huic Sedi sed unicuique Reipublicae bene dispositae id expetere, facere atque explere quod civium utilitati ac profectui iuvat, in iis praesertim quae ad religionem spectant atque unitatem et catholicitatem Ecclesiae á divino Nostro Redemptore constitutae plane demonstrant. Nos propterea, ad hanc Sancti Petri Cathedram inscrutabili Dei dispositione evecti, vestigiis Decessores Nostros sequuti, ad huiusmodi christifidelium necessitates oculos Nostros convertimus, libenterque si exstet, occasionem ulla interposita mora naciscimur Nostrum animum Nostramque studium erga populos nationesque christianae communitatis ostendenda Quapropter cum in Republica Uraguajana Gubernatores et populares studium Catholicae Fidei atque erga Nos et hanc Romanam Cathedram omni laude dignam observantiam Nobis probaverint, volumus nunc peculiarem benevolentiae Nostrae significationem catholicae illi nationi eiusque Gubernio exhibere. Quod ad capiendum consilium eo magis movemur, quod certa Nobis spes effulget, hanc propensi animi Nostri testificationem tum religioni provehendae tum vinculis inter populum de Uraguaja et Sanctam hanc Sedem, arctius obstringendis esse profuturam. Quae cum ita sint, auctoritate Apostolica Nostra, praesentium Litterarum tenore, Nuntiaturam Apostolicam de Uraguaja perpetuo erigimus et constituimus, eique omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores praerogativas, indulta quae huiusmodi Legationum propria sunt, Montisvidei vero sedes Apostolicae Nuntiaturae de Uraguaja erit. Decernentes praesentes Litteras Nostras firmas; validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, ipsique Nuntiaturae per Nos erectae nunc et in posterum perpetuo suf-

fragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, diei x m. Novembris MCMXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

A. Card. MAGLIONE, *a Secretis Status.*

EPISTULA

AD EMUM P,. D. SEBASTIANUM TIT. SS. BONIFACII ET ALEXII S. R. E. PRESB. CARDINALEM LEME DA SILVEIRA CINTRA, ARC FI IEPI SCOPUM S. SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONGRESSUM EUCHARISTICUM III E TOTA BRASILIANA NATIONE IN URBE REÇIFENSI PERAGENDUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Laeto iucundoque animo novissime nuntium accepimus, tertium apparari Congressum e tota Brasiliana natione Eucharisticum, ineunte proximo Septembri mense, in clara urbe Recifensi peragendum. Est enim experiendo compertum, ex publicis fidei pietatisque erga Augustum Sacramentum testimoniis plane consequi, ut boni fideles ad christianas virtutes ampleetendas magis magisque exacuantur, ut torpentes quoque propter diuturnam religionis negligentiam homines et vel impii improbique ad Christum sub Eucharisticis velis latentem allici ac rapi se sentiant, atque, socordia aut erroribus vitiisque còmploratis, ad sinum miserentis Patris feliciter redeant confugiantque. Minime igitur dubitamus, quin proximus istic Conventus Eucharisticus eas populo Brasiliano afferat uberrimas utilitates, quas ex similibus iam celebratis, Deo favente, percipi licuit. Quapropter ad augendum eiusdem Congressionis splendorem, votis egregii Episcopi Olindensis et Recifensis paterno animo obsecundantes, te, Dilecte Fili Noster, qui nobilissimae Sedi Metropolitanae Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii moderaris, quique, Senatui Nostro adlectus, Romana purpura praefulges, Legatum Nostrum a latere eligimus ac renuntiamus, ut tertio Conventui e tota Brasiliana natione Eucharistico, ineunte Septembri mense in civitate Recifensi celebrando, nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas. Pro certo quidem habemus, te, quemadmodum in anteactis istic Eucharisticis e tota natione Coetibus, sive Bahiae, sive in Bello Horizonte urbe concelebrans, perno-

norificum munus praeclare utiliterque esse obiturum. In auspicium interea caelestis praesidii, inque praecipuae Nostrae dilectionis pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, itemque Episcopo Olindensi et Recifensi, iisque universis, qui Congressioni intererunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXI mensis Iulii, anno MDCCCCXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

Beatissimus Pater, die 7 mensis Decembris a. 1939, nobilissimis verbis, quibus Excmus Vir Dinus Alfieri qua Italiae Orator extra ordinem liberis cum mandatis Litteras publicas porrexit, haec respondit :

Signor Ambasciatore,

La solenne presentazione delle Lettere credenziali* colle quali Sua Maestà il Re Imperatore accredita Vostra Eccellenza presso di Noi quale Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario, succeduto in tale alta missione ad illustri personaggi, le cui esimie qualità e la cui proficua attività rimarranno sempre qui in grato ricordo, avviene in un momento storico di singolare importanza, i cui vari aspetti sono pure stati egregiamente posti in rilievo nelle parole testé pronunziate dalla stessa Eccellenza Vostra.

Innanzi ad ogni altra considerazione si presenta la fausta circostanza che in quest'anno si è compiuto il decennio dalla conclusione di quei Patti Lateranensi, i quali, nella coscienza del popolo italiano, significarono e portarono il provvidenziale raggiungimento di una pace ansiosamente attesa da molti anni di doloroso dissidio, che turbava gli animi e inceppava nell'opera le energie di molti fra i migliori figli di questa gloriosa e privilegiata terra d'Italia; mentre nella coscienza del mondo cattolico quei medesimi auspicati Patti rappresentarono il nuovo e solenne e aperto riconoscimento della reale ed effettiva sovranità ed indipendenza del Capo Supremo della Chiesa.

Onde, come torna gradito al Nostro animo il voto, anzi la lieta certezza, cui esprime l'Eccellenza Vostra, che i rapporti di cordiale e fiduciosa intesa fra Chiesa e Stato in Italia, fondati sull'opera di pace dei

Laterano, continueranno a svolgersi in uno spirito di fedele osservanza, così anche da parte Nostra daremo a queste alte intenzioni del Suo Augusto Sovrano e del Suo Governo tutto quel benevolo appoggio, che l'elevatezza di un tale scopo e i suoi benefici effetti per il pacifico sviluppo e la prosperità del popolo italiano richieggono.

Nella difficile ora presente, quando le Autorità degli Stati, nell'ambito della loro attività interna ed esterna, si trovano di fronte a compiti, che alle loro energie di decisione e di azione impongono straordinari sforzi; quando l'adempimento di sì gravi oneri di governo, per il peso degli eccezionali sacrifìci che vi vanno inseparabilmente congiunti, rende più che mai necessaria l'intima fiducia e la leale adesione delle masse del popolo, di quelle masse le quali, oggi come sempre, sono costituite principalmente da coloro che portano la croce per la via dolorosa che la umanità deve di nuovo percorrere; in tali circostanze, diciamo, l'armonia fra i due Poteri e la interna pace, che come frutto ne consegue, sono il più efficace rimedio per alleggerire le difficoltà e insieme il miglior dono, che lo Stato possa fare a se stesso e ai suoi cittadini.

In questo tempo che Vostra Eccellenza inizia la Sua onorifica missione, anche l'opera della Sede Apostolica a favore della pace e della intesa fra i popoli apparisce, per quanto doverosa ed urgente, altrettanto difficile e spinosa. Difficile sopratutto, perchè i concetti fondamentali della giustizia e dell'amore, che creano non solo la felicità dei singoli, bensì ancora la nobiltà e l'incremento della convivenza sociale, — attraverso un falso processo di pensiero e di azione che umanizza il divino e divinizza l'umano — sono caduti, sotto molteplici aspetti, in un oblio o in un disprezzo, che in alcuni luoghi si manifestano in misura sempre più preoccupante. Siffatto fallace svolgimento, anzi capovolgimento dei principi della giustizia e dei doveri morali, ha mirato e voluto sostituire alla concezione cristiana della vita, della comunità e dello Stato dottrine e pratiche disgregative e distruggitrici, che ripongono il progresso civile e umano nella separazione dai vincoli del diritto naturale e della rivelazione divina, la cui fulgida luce da questa Boma sacra risplende nel mondo.

Ognuno di questi errori, come in generale ogni errore, ha il suo tempo : il suo tempo di accrescimento e il suo tempo di decadenza ; il suo meriggio e il suo crepuscolo o tramonto precipitoso. Due tempi : il tempo, quando il veleno inebriante delle dottrine seduttrici travolge e infatua le masse e a sè le avvince in suo potere, — e il tempo, quando gli amari frutti maturano e gli occhi delle masse o almeno degli uomini più assennati e riflessivi li guardano atterriti, ripensando ai calcoli e alle promesse,

dimostratisi fallaci, con cui sono stati attratti nell'errore. Oggi quanti occhi si aprono e riaprono, dianzi rimasti chiusi!

Ma in modo speciale il consenso, che l'Eccellenza Vostra ha con elevate espressioni manifestato, ai pensieri fondamentali della Nostra recente Enciclica, per la tranquilla e fraterna unione degli animi e per la pace nella giustizia, Ci infonde la lieta speranza che le nostre ulteriori sollecitudini per sì alto scopo troveranno sempre un'eco fedele nel prode, forte e laborioso popolo italiano, che la saggezza dei Governanti e il suo proprio intimo impulso hanno finora felicemente preservato dal trovarsi implicato nella guerra, ponendolo così anche nella più favorevole situazione per meglio cooperare all'avvento e alla restituzione di una vera pace, fondata sui nobili principi della giustizia e della umanità.

Mentre pertanto dall'intimo del Nostro cuore supplichiamo l'Onnipotente, perchè assista coi suoi lumi e colla sua protezione l'Italia ed i suoi Reggitori, impartiamo con tutto l'animo a Sua Maestà il Re Imperatore e a tutta la Reale Famiglia, a Sua Eccellenza il Capo del Governo, a tutto il popolo italiano a Noi così vicino e così caro, e in particolare all'Eccellenza Vostra la implorata Benedizione Apostolica.

II

Summus Pontifex, die 8 mensis Decembris a. 1939, in festo Conceptionis Immaculatae B. Mariae V., ad Patriarchalem Basilicam Liberianam S. Mariae Maioris primum accedens, e Solio in sacello S. Catharinae erecto, observantissime sermoni, quem Emus P. D. Cardinalis Archipresbyter nomine adstantis Capituli perlegerat, haec benigne respondit:

Magnas tibi agimus gratias, dilecte Fili Noster, qui summo officio Nos Liberianum templum ingredientes excepisti et tam pio salutasti alloquio; itemque Venerabilibus Fratribus ceterisque dilectis Filiis Nostris gratum profitemur animum, qui suae ipsorum Romanae Purpurae maiestate hanc horam sollemniorem reddiderunt ; ac debitas etiam persolvimus grates venerandae huius Patriarchalis Basilicae Canonicorum collegio et clero, necnon cunctis adstantibus christifidelibus, quorum amata praesentia et frequentia Nobis haud exiguae delectationis est causa, Vobis vero peculiari modo gratam idcirco significamus voluntatem Nostram, qui Sanctissimae Virginis imaginem, tam affabre minio depictam, tamque Nobis carissimam, ac mnemosynon primi a Nobis celebrati eucharistici Sacrificii, dono dare voluistis.

Semper laetus Nobis illuxit dies Deiparae sine originalis culpae labe conceptae sacer, quippe qui, miro recensito mysterio, humanae Redemptionis auroram producat et communis laetitiae afferat spei plenas primitias. Hoc autem anno is laetior obtingit, quia heic vobiscum sacerdotii octo abhinc lustra a Nobis initi memoriam celebramus. Maxima haec Beatissimae Virginis aedes a pueritia Nobis percara fuit; perplacuit namque Nobis, quia in media Nostra natali urbe veluti materna aula patet, uti praecelsa caelitum hominumque Regina misericordia sua regnat, suaviter imperat, conciliat venias, praestat auxilia; perplacuit quia amabile praesepe tuetur, in quo, ut pie fertur, Servatoris vagi vit infantia, quia Summi Pontificis Nostro nomine quinti colendas servat exuvias, quia excellit religionis afflatu, magnificentia, venustate, gratia. Idcirco hoc Templum Nos, ad sacerdotum cohortem adscripti ac primum ad aram operaturi, delegimus et in Burghesiano Sacello, laetitia sancta parentibus, propinquis, amicis gestientibus, divina mysteria peregimus : auspicatissimi illius eventus suavis semper subit animum Nostrum memoria. Iucunda sinceraque facti testificatione fatemur sacerdotium Nostrum, quod a Dei Matre sumpsit auspicium, ab Eadem assecutum esse processum. Etenim, si quid bonum, si quid rectum, si quid catholicae fidei conducibile sat diuturno vitae Nostrae cursu perfecimus, non in Nobis, sed in Deo et Domina Nostra gloriamur ideoque iusta huius celebritatis gaudia ducimus, In Mariae fidem tutelamque recepti, in rebus dubiis et anxiis, in quibus saepenumero versati sumus, dulcissimam appellavimus Matrem ac, secura spe in Ea collocata numquam destituti, ab Ipsa lucem, praesidium, solatium nacti sumus.

Pergat Tutrix fidissima alumnum Suum, apostolici ministerii sarcina oneratum praesentioris Sui indigum auxilii, benigna et facilis fovere. Alma Dei Parens, ad Cuius aram immortali Deo primitus Ipse litavit et Cui pro effusa accepta benefactorum largitate meritas nunc canit laudes, precibus vocata adsit. Det cultori clientique Suo ad caelestis Numinis Suamque gloriam et ad Ecclesiae salutem comparandam consiliorum prudentiam, operis sollertiam, atque illum Dei hominumque amorem, quem nulla adversa minuant, itemque insuperabilem fidem, quae pugnando non nutet, vincendo non tepescat. Ipsa, Quae Salus Populi Romani gaudet vocari, respiciat, quaesumus, et hanc perdilectam Urbem, quae per Eam tantum adepta est ornamenti et decoris; puerorum surgentia ingenia, Ea propitia, candore et innocentia niteant sicut nix, quae, ut traditur, calente aestate, erigendi domicilii Eius terminos definivit; sint, Ea auspice, Romanorum proposita firma, lucida, pura sicut marmoreae huius templi columnae; atque eorum continenter in exemplum

fulgescat caritas, sicut musivum opus, quod daedalo artifìcio absidem decorat, et sicut speciosi aurum laquearis ; ac denique omnigena prosperitate eorum domestica et publica negotia florescant.

At animus Noster e praesenti ereptus gaudio eo evolat, ubi in christianis finibus bellum saeviens tot succidit iuvenes ac ruinas et lacrimas parit. Tot ferimur luctibus et ingenti nimioque afficimur moerore. A miserentissima et clementissima Matre narrant christianae historiae annales quidquid maiorum in filios Eius ingrueret saepe averruncatum esse. Ea igitur misericordibus oculis respectante, simultatum acerbitates restituantur ac, odiis positis et concordia inita, bona redintegretur pax, quae homines mutuis solidisque nexibus coniungat Deoque subiungat ac caelestium mandatorum fideli fulciatur custodia. Placa mare, maris Stella !

Inter pontificalia sollemnia haec vota suppliciter proferemus Deo ut, beatissimae Virginis patrocinio interposito, caligantes fugentur nimbi et melioris aevi cito arrideat felicitas. Id omnibus flagranti studio ominamur ; vobis autem, qui, festa iucundaque corona, nunc Nos circumstatis, effusa caritate benedicentes Immaculatae Virginis indulgentiam ac favorem exoptamus, ut iustitia, fiducia et laetitia uberius affiuatis. « Sit in singulis Mariae anima, ut magnificet Dominum ; sit in singulis spiritus Mariae, ut exsultet in Deo». (S. Ambros., *Expos, in S. Lucam,* lib. II, 26).

III

Beatissimus Pater, cum die 21 mensis Decembris a. 1939 Maiestates Suas Victorium Emmanuelem III Regem Italiae et Albaniae Imperatoremque Aethiopiae ac Reginam Imperatricem augustam eius coniugem necnon áulicos eorum comites sollemniter coram Se admisit, hunc sermonem habuit:

La solenne visita che Sua Maestà il Re Imperatore con la Sua Augusta Consorte la Regina Imperatrice, fulgido esempio di bontà alle donne italiane, accompagnati da così splendido e nobile seguito, hanno voluto fare alla Nostra Persona, come già fecero, dieci anni or sono, al Nostro incomparabile Predecessore, sapiente Conciliatore colla Maestà Sua della Chiesa e dello Stato in Italia, è tornata all'animo Nostro tanto più gradita, perchè illuminata dallo splendore della prossima solennità del Santo Natale, festa della pace, festa della carità redentrice e trasformatrice del mondo. Questa visita avviene in un momento in cui, mentre altri popoli sono travolti o minacciati dalla guerra, e la tran-

quillità e la pace sono andate esuli da gran numero di cuori, l'Italia invece, pur sempre vigile e forte, sotto la augusta e saggia mano del Suo Re Imperatore, e per la chiaroveggente guida dei suoi Governanti, posa pacifica nel vivere civile, nella concordia degli spiriti, nel culto delle lettere, delle scienze e delle arti, nelle opere dei campi e delle industrie, nelle vie del cielo e dei mari, nei solenni riti della religione cattolica.

La fede, che animò nei secoli la illustre Casa di Savoia e la elevò anche sugli altari, ha attestato oggi innanzi a Noi quanto intensa essa viva nella reale ed imperiale Dinastia, la cui gloria si sublima nell'emblema della candida croce. Sulle Loro Maestà, su tutta la dilettissima Reale Famiglia, sul Capo e sui membri del Governo, sui Personaggi qui presenti, invochiamo, nella imminenza delle feste natalizie, le più abbondanti benedizioni del Cielo. Possa la onnipotente mano di Dio guidare le sorti del popolo italiano, a Noi così vicino e così caro, e le decisioni dei suoi Reggitori, in guisa che gli sia dato di servire, in previdente vigilanza e in conciliante saggezza, non solo alla sua pace interna ed esterna, ma anche al ristabilimento di una onorevole e durevole pace fra i popoli !

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

INDEX FACULTATUM

quae a Sanctissimo Domino Nostro PIO Divina Providentia Papa XII Vicariis castrensibus seu Cappellanis maioribus, quocumque vocantur nomine, in omnibus nationibus aut regionibus in quibus status belli aut militum ad arma convocatio adest vel forte aderit, conceduntur, habitualiter subdelegandae suis cappellanis militaribus aliisque, si velint, sacerdotibus utriusque cleri ratione militiae sibi subditis, dummodo idoneis et dignis, in favorem tum ipsorum sacerdotum et clericorum tum militum aliorumque fidelium exercitum terrae, maris et a eris comitantium, atque perdurante praesenti bello dumtaxat valiturae :

1. Sacrum bis litandi diebus dominicis aliisve festis de praecepto et, urgente necessitate conficiendi nempe Ssmam Eucharistiam in communem utilitatem, etiam diebus ferialibus servatis rubricis et ieiunio.

2. Litandi Sacrum loco honesto atque decenti, etiam sub dio et in navi, remoto quovis irreverentiae periculo iustaque de causa, servatis vero cautelis, quoties Missa Utatur sub dio, ad impediendam fragmentorum Ssmae Eucharistiae dispersionem causa ventorum, ad hoc adhibito tentorio ad tria latera altaris descendente.

3. Gaudendi personali indulto altaris privilegiati, quoties Missae sacrificium in suffragium animarum illorum, qui in bello ceciderunt, applicant.

4. Legendi diebus dominicis et festis Domini Missam *de Ssma Trinitate;* per Octavam Paschalem Missam Dominicae Resurrectionis; aliis vero festis duplicibus I et II classis Missam *de Beata Maria Virgine,* pro diversitate temporis adsignatam; in unoquoque casu cum *Gloria* et *Credo,* addita oratione *tempore belli;* reliquis autem diebus vel enunciatam Missam *de Beata Maria Virgine* cum oratione *tempore belli,* vel Missam *tempore belli* cum oratione *de Sancta Maria,* vel Missam *de Requie.*

Quod si Missam celebrare maluerint festi vel feriae currentis et para-

menta coloris ritui respondentis praesto non sint, liceat uti paramentis albi coloris.

5. Benedicendi paramenta necnon utensilia ad sacrificium Missae necessaria, quando sacra unctio non exquiritur.

6. Adhibendi formulam breviorem cum renovanda sit consecratio altaris portatilis.

7. Celebrandi Missam absque ministro inserviente, si hic haberi nequeat.

8. Omittendi «Passionem» diebus quibus legi oporteat, recitando loco Evangelii ultimam tantum partem Passionis, et Dominica Palmarum Evangelium Benedictionis Palmarum.

9. Adhibendi formulam breviorem Benedictionis Palmarum, recitando scilicet orationes ((Petimus», «Deus qui dispersa», ((Deus qui olivae ramum » (hic benedicuntur et distribuuntur rami) et in fine orationem «Omnipotens».

1.0. Celebrandi Missam feria V in Coena Domini.

11. Peragendi feria VI in Parasceve sacros ritus, incipiendo tamen a detectione Crucis et, Ss. Speciebus ad altare delatis, Missam prosequendo incensationibus omissis.

12. Permittendi ut in sacellis militibus destinatis etiam in navibus, loco tamen apto et decenti, sub peculiari vigilantia capellani militaris, Ssmae Eucharistiae Sacramentum adservetur, dummodo altare in quo ciborium collocabitur sit decenter instructum et sacra supellectili sufficienter praeditum, ibidem Missae sacrificium semel saltem in hebdomada celebretur, eiusdem ciborii clavis caute custodiatur^ lampas coram Sanctissimo indesinenter collucescat et Sacrae Species frequenter iuxta rubricas renoventur.

13. Excipiendi sacramentales confessiones omnium fidelium, qui in exercitu militant vel exercitui quovis modo sunt addicti, captivorum, si forte et ipsi in captivitate sint detenti, et, in locis bellici territorii tantummodo, omnium fidelium ad se accedentium, eosque absolvendi ab omnibus casibus et censuris quomodocumque reservatis, iniunctis de iure iniungendis, cum onere tamen intra semestre ab absoluto bello ad Sacram Poenitentiariam pro mandatis sub poena reincidentiae recurrendi, si de censuris specialissimo modo Sedi Apostolicae reservatis atque de illa, de qua in Decreto S. Poenitentiariae « Lex sacri caelibatus » diei 18 aprilis 1936 agatur. Haec autem valeant etiam pro absolutionibus impertiendis, de quibus infra n. 14.

14. Imminenti aut commisso praelio :

a) meminerint sacerdotes se, licet ad confessiones non adprobatos,

facultate gaudere omnes milites immediate ante praelium vel in praelio dimicantes, prout in mortis periculo constitutos, absolvendi, particulari quidem absolutione, a quibusvis peccatis et censuris, iniunctis de iure iniungendis;

b) liceat iisdem sacerdotibus absolvere a quibusvis peccatis et censuris quantumvis reservatis et notoriis, generali formula seu communi absolutione, absque praevia orali confessione, sed doloris actu debite emisso, quando sive prae militum multitudine sive prae temporis angustia singuli audiri nequeant, eosque ita absolutos, ad S. Mensam Eucharisticam, per modum Viatici, admittere. Ne omittant vero poenitentes docere absolutionem ita receptam non esse profuturam, nisi rite dispositi fuerint, eisdemque obligationem manere integram confessionem suo tempore peragendi;

r?) liceat denique impertire Benedictionem Apostolicam cum Indulgentia plenaria hac formula : « *Ego, facultate mihi ab Apostolica Sede tributa, Indulgentiam plenariam et remissionem omnium peccatorum vobis concedo in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen*».

Quoniam vero occasione belli ipsae civitates, quae liberae seu apertae vocantur, aeréis incursionibus expositae inveniuntur, ne christifideles religionis subsidiis in vitae discrimine destituantur, liceat sacerdotibus, instante mortis periculo durantibus praefatis incursionibus, eosdem a quibusvis peccatis et censuris reservatis et notoriis, etiam formula generali eadem ratione de qua sub n. 14 absolvere, eisdemque impertire Benedictionem Apostolicam cum Indulgentia plenaria de qua supra.

15. Adhibendi, in administrando Baptismate adultis, formulam pro parvulis adsignatam.

1.6. Concedendi infirmis ut Ssmam Eucharistiam quotidie recipere possint etiamsi aliquam medicinam vel aliquid per modum potus antea sumpserint.

17. Reducendi divinum Officium aut illud commutandi, quando ob aliquod legitimum impedimentum recitari nequeat, in alias pias praeces iuxta rerum adiuncta praescribendas.

18. Dispensandi super lege ieiunii et abstinentiae.

19. Concedendi ut praeceptum paschale adimpleri possit toto anni tempore.

20. Benedicendi unico signo crucis et gratis quocumque titulo :

a) obiecta pietatis eisque applicandi Indulgentias Apostolicas, necnon coronis eas, quae a S. Birgitta nuncupantur;

b) coronas iuxta typum coronarum Ssmi Rosarii B. M. V. confectas, eisque adnectendi Indulgentias a Patribus Crucigeris nuncupatas;

c) Crucifixos eisque applicandi sive sacrae *Viae Crucis* Indulgentias pro legitime impeditis a visitandis eiusdem *Viae Crucis* stationibus, sive Indulgentiam plenariam a quocumque ex fidelibus in mortis articulo constitutis lucrandam.

21. Ditandi numismata ad hoc praescripta singulis scapularium benedictionibus ita ut eadem deferentes gratias et Indulgentias lucrentur scapularium, quin haec ex panno confecta prius receperint.

Ut vero etiam fidelibus, qui captivi sive apud exercitum sive apud civitates detinentur, pro viribus auxilium et solacium afferatur, quae Benedictus XV f. r. superiore immani bello opportune statuerat, ab Augusto Pontifice iterum praescribuntur fideliterque exsequenda mandantur.

Quapropter :

1. Ordinarii dioecesani et Vicarii castrenses seu Cappellani maiores, sub quorum iurisdictione captivi inveniuntur, quamprimum sacerdotes eligant ut curam captivorum gerant, unum aut pro necessitate plures eorum linguae satis peritos; quos, si nullum habeant intra dioecesis suae fines, ab aliis Ordinariis mutuentur. Hi vero libenter idoneos suppeditent.

2. Sacerdotes ad id munus electi nihil reliqui faciant quod ad captivorum utilitatem tum animi tum vitae corporisque pertineat; consolentur, assideant, a necessitatibus variis — iisque interdum acerbissimis — aile vent.

3. Exquirant praesertim et percontentur, utrum litteris an alio modo, captivi familias de se certiores fecerint. Quod si negaverint se fecisse, suadeant, ut saltem apertas chartulas tabellarías (vulgo *caries postales, Postkarten, Post cards)* statim mittant, quibus suos de propria valetudine doceant.

4. Verum, si captivi aut imperitia scribendi aut ex morbo vel accepto vulnere, aut quavis alia de causa, a simili litterarum commercio prohibeantur, sua ipsi manu delecti sacerdotes, eorum vice ac nomine, caritate permoti, scribant, et diligenter studeant — opem, si casus ferat, ab Apostolicae Sedis Legatis petentes — ut epistolae eo tute perveniant quo destinantur.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die **S** Decembris 1939.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis*

L. œ S.

V. Santoro, *Adsessor.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis, ut infra, datis decretis Sacri Consilii christiano nomini propagando, Ssmus D. N, Pius divina Providentia Pp. XII dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum :

***14** Novembris 1939.* — Titulari episcopali Ecclesiae Scilitanae praefecit R. D. Iosephum Sak, Societatis S. Francisci Salesii sodalem, hactenus Praefectum Apostolicum de Luapula superiore, quem constituit Vicarium Apostolicum Sakaniensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tingitanae, R. P. Fridericum Osterrath, Congregationis Casinensis a primaeva observantia, quem confirmavit Abbatem nullius de Pietersburg

16 Novembris. — Cathedrali episcopali Ecclesiae Corvopolitanae, Exc. P. D. Franciscum Henschke, hactenus Episcopum titularem Praenetiensem.

II

NOMINATIONES

Decretis, ut infra, datis Sacra Congregatio de Propaganda Fide, ad suum beneplacitum, renuntiavit.

10 Novembris 1939. — R. D. Thomam McGettrick, *Praefectum Apostolicum de Ogoja.*

17 Novembris. — R. P. Ioannem Wember, e Missionariis a S. Familia de Grave, *Superiorem ecclesiasticum Districtus Norvegiae septentrionalis.*

III

DESIGNATIONES PRO APPELLATIONE

Iuxta can. 1594 § 2 Codicis Iuris Canonici pro appellatione Vicarius Apostolicus de Caqueta designavit Tribunal Ecclesiae Metropolitanae Popayanensis. Quam designationem Ssmus D. N. Pius div. Providentia Pp. XII in audientia diei 19 mensis Octobris a. 1939 approbavit.

Item Ordinarii Albaniae, quibus ex pontificia concessione facultas facta erat instituendi Seodrae unicum tribunal interdioecesanum primae instantiae, designaverunt pro appellatione Tribunal Metropolitanae Ecclesiae Barensis. Quam designationem Ssmus approbavit in audientia diei 14 mensis Novembris a. 1939.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

TÜRONEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI LEONIS DUPONT,, VIRI SAECULARIS.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Beatum Sacra Scriptura virum illum praedicat *qui timet Dominum, qui inventus est sine macula, qui post aurum non abiit, qui intelligit super egenum et pauperem;* quin immo ipse Dominus Noster ore suo dignatus est dicere : *Beati misericordes,* et : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota mente tua et ex tota virtute tua,* et : *Diliges proximum tuum tanquam teipsum* (Marc, XII, 30-31). His virtutibus prae ceteris vel optimis viris, qui Turonibus elapso saeculo vivebant, Leonem Dupont ornatum fuisse, quotquot eum agnoverunt testati sunt, tantaque virtutum eius fama modo quoque virescit, ut ipse *Le saint Homme de Tours* passim appelletur. Quod autem fama haec solido, ut videtur, non careat fundamento, vix eius vita delibetur, manifesto apparet.

